ΣΙΤΑΡΚΙ'Α, *commeatus*, *viaticum*, *cibaria*. לַצֵּדָה idem. *Incert.* Gen. XLV, 21. ἡ σιταρκίαν. Sed nescio, quo iure verba haec irrepserint in *Hexapla*, quae sunt potius *Hieronymi*, qui ἐπισιτισμὸν explicare voluit. En ipsa illius verba in *Quaestt.* ad h. l.: *Vocem seda omnes hic ore consono ἐπισιτισμὸν*, *h. e. cibaria vel sitarcia*, *interpretati sunt.* Vide quoque *Drusium* in *Fragm. Vett. Intt. GG.* p. 66. *Schweighaeuserus* ad *Polyb.* I, 70, 3. praefert scripturam σιταρχία. Vide *Ei. Lex. Polyb.*

ΣΙΤΕ'ΟΜΑΙ, *cibum capio*, *comedo*, *vescor*, a σιτέω, *nutrio*, *pasco*. לָחַם, idem. Prov. IV, 17. Conf. 2 Macc. V, 27. *Hesych.* σιτούμενος, ἐσθίων.

ΣΙΤΕΥΤΟ'Σ, *saginatus*. אָבוּס part. Pah. idem. *Theod.* Prov. XV, 18. σιτευτόν. — מְרִיא, idem. *Aquila* 2 Sam. VI, 15. — *שׁוֹר, *bos*, a שָׁרַר, *firmum esse*. Iud. VI, 25. — Vide alibi μόσχος.

ΣΙ'ΤΗΣΙΣ, *victus*, *alimentum*. לֶחֶם, *panis*, et in universum *omnia*, *quae sunt ad vitam sustentandam necessaria*. *Symm.* Iob. XXX, 4. — צֵידָה, *viaticum*. *Symm.* Ps. CXXXI, 15. *Suidas*: σιτήσεων, τροφῶν, δαπανῶν.

ΣΙΤΙ'ΖΩ, *nutrio*, *pasco*, *alimentum praebeo*. מֻרְאָה, *vesicula*. *Aqu.* Lev. I, 16. σιτίζουσαν, quasi dicas *frumenti receptaculum*, h. e. *vesica ad grana frumenti recipienda*. *Isych.* lib. I. habet σιτίον, monente *L. Bos.* ad h. l. Conf. ad h. l. *Montf.* et *Drusium* in *Fragm. vet. Intt. Graec.* p. 172.

ΣΙΤΙ'ΟΝ, *cibus*. אֹכֶל, *cibus*. *Symm.* Hos. XI, 4. — לֶחֶם. Prov. XXX, 22. Conf. *Aelian. V. H.* V. c. 1.

**ΣΙΤΙΣΜΟ'Σ*, *subministratio cibi*. צֵידָה, *viaticum*. Ios. I, 11. Sed ibi pro ἐπὶ σιτισμὸν in edit. *Complut.* coniunctim legendum est ἐπισιτισμὸν, quod reliqui libri habent.

ΣΙΤΙΣΤΟ'Σ, *saginatus*. בָּשָׁן, *Basan*, nomen proprium. *Symm.* Ps. XXI, 13. Causa haec est, quia Basanitis, regio trans Iordanem, perhibetur pascuis laetis abundasse. Pecus autem, quod pascuis laetis utatur, fere opimum esse, quis

ignorat? Vide quoque supra s. πίων et λιπαρὸς, ac *Funckii Symbolas* p. 41.

*ΣΙΤΟΒΟΛΩ'Ν, *granarium* (ita *Philoxen. Gloss.*), *horreum*, *in quo frumenta reconduntur.* אֲשֶׁר בָּהֶם, *quibus in iis*, h. e. *in quibus aliquid erat*, seu *horrea*. Gen. XLI, 56. πάντας τοὺς σιτοβολῶνας. *Hesych.* σιτοβολῶνες, ὅρια, h. e. *horrea*. *Photius Bibl.* p. 790. Vide *Intt.* ad *Hesych.*

ΣΙΤΟΔΕΙ'Α, *penuria rei frumentariae*, *annonae caritas*, *fames*. מַטֶּה, *baculus*. Levit. XXVI, 26. ἐν τῷ θλίψαι ὑμᾶς σιτοδείᾳ ἄρτων, affligendo vos *penuria* panum. Sed quomodo haec verba cum textu hebr. conciliari possunt? *Baculus panis* significat *panem*, *quatenus fulcit et sustentat corpus*, unde formula *frangere baculum panis* de *penuria panis* et *caritate annonae* haud raro in SS. adhibetur. Luculenter hinc apparere arbitror, σιτοδείαν ad formulam שֶׁבֶר מַטֵּה לֶחֶם pertinere, verba ἐν τῷ θλίψαι autem sensus causa a LXX paulo liberius vertentibus adiecta esse, ἄρτων autem prorsus expungi debere. Caeterum codex *Oxon.* habet σιτοδοσίᾳ pro σιτοδείᾳ, quod mihi merum glossema esse videtur. — רָעָב, *fames*. *Al.* Nehem. IX, 15. σιτοδείαν. Minus recte, qui h. l. σιτοδοσίαν legunt, manifeste enim ἡ σιτοδεία opponitur ibi τῇ δίψῃ. *Suidas:* σιτοδεία, λιμὸς, ἔνδεια. *Hesych.* σιτοδεία (Vulgo male σιτοδία), λιμὸς, ἔνδεια σίτου. ubi vide *Intt.* *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Σιτοδίαν (Lege et hic σιτοδείαν), ἔνδειαν σίτου, ἢ λιμόν. *Gloss. in Octat.* σιτοδείας, λιμοῦ, στενοχωρίας. Conf. *Fischer.* ad *Theophr. Char.* XXIII, 2.

ΣΙΤΟΔΟΣΙ'Α, *frumenti datio vel distributio.* *מַטֶּה, *baculus*. Levit. XXVI, 26. sec. cod. *Oxon.* Vide supra s. v. σιτοδεία, quae vox fortasse illius loco substituenda est. — רָעָב, *fames*. Nehem. IX, 15. εἰς σιτοδοσίαν αὐτῶν. Lectio inepta. Reponendum est ex aliis σιτοδείαν. Eadem varietas est etiam in Codd. *Theodoreti* ad *Genes.* T. I. *Opp.* p. 102. — רַעֲבוֹן, idem. Gen. XXII, 19. 33. ubi libere mihi vertisse videntur. Sermo enim ibi est de deferenda annona ad depellendam famem.

ΣΙΤΟΔΟΤΙ'Α, idem. רָעָב, *fames*. *Al.* Nehem. IX, 15. σιτοδοτίαν, quod ex σιτοδείαν mihi ortum esse videtur.

*ΣΙΤΟΔΟΧΕΙ͂ΟΝ, *horreum*, *receptaculum frumenti*. *Aqu.* Ioel. I, 17. sec. cod. *Barber.* ubi σιτοδοχεῖα (quod hebr. פְּרֻדוֹת, *grana*, respondet) proprie notat *sulcos*, et h. l. *ipsa semina sulcis commissa*, ut bene docuit *Fischerus* de *Verss. GG. V. T.* p. 45. sequ.

ΣΙΤΟΜΕΤΡΕ'Ω, *frumentum admetior.* כִּלְכֵּל Pih. a כּוּל, *sustento*. Gen. XLVII, 12. ἐσιτομέτρει σῖτον. *Suidas:* σιτομετρεῖν, τὸν σῖτον παρέχειν, καὶ σιτομέτριον, ἡ σιτοδοσία. Πολύβιος· Ὁ Φίλιππος διαδοὺς, ὅτι μέλλει σιτομετρεῖν, ἐκήρυξεν, ὅσοι μὲν πλεῖον ἔχουσι τριάκοντα ἡμερῶν σῖτον, ἀπογράφεσθαι

πρὸς αὐτόν. Conf. quae de h. v. observant auctores laudati *Wolfio* ad Luc. XII, 42. p. 15. et *Lex N. T.* s. h. v.

ΣΙ'ΤΟΝ, in plur. *σῖτα*, *cibus*, *cibarium*, *alimentum*, speciatim *alimentum panis*. אֹכֶל. Iob. XII, 11. XXXIX, 29. - רֶתֶא, *herba tenera*. Iob. VI, 5. ubi *σῖτον* est *pabulum*, i. e. בְּלִיל ibid. - לֶחֶם. Iob. VI, 7. XV, 23. XXX, 4. Prov. XXXI, 27. ubi alii *ἄρτον* habent. - Legitur praeterea apud LXX Prov. III, 10. ubi nihil ei in textu hebr. respondet. Reponendum autem est loco *σίτῳ*, quod ed. *Rom.* exhibet, *σίτου* ex *Alex. Ald. et Compl.*, sive a verbo *πίμπληται*, sive a nomine *πλησμονὴ* suspendatur.

ΣΙ'ΤΑ Α'ΓΡΙΑ, *alimenta agrestia*. רְתָמִים, *iuniperi*. *Symm.* Iob. XXX, 4. *σίτων ἀγρίων*. Genus posuit pro specie, ut quoque factum est ab auctore Iobi.

ΣΙΤΟΠΟΙΟ'Σ, *cibi confector*, *pistor*. אֹפֶה, idem. Gen. XL, 17. 20.

ΣΙ'ΤΟΣ, *frumentum*, et synecdochice *triticum*. *וְאֵין, *et non*. Prov. XX, 4. Legerunt fortasse דָּגָן, aut, omisso plane τῷ וְאֵין, *σῖτον* de suo addiderunt. - בַּר, *frumentum*. Gen. XLI, 35. 39. Psalm. LXIV, 14. et alibi. - גֹּרֶן, *area*, et per metonymiam *frumentum*. Deut. XV, 13. - דָּגָן. Gen. XXVII, 28. 37. Num. XVIII, 12. 27. et alibi saepius. - חִטָּה, *triticum*. Iud. VI, 11. sec. *Vat.* 1 Par. XXI, 23. 2 Par. II, 10. *Symm.* Iob. XXXI, 40. Conf. Matth. III, 12. XIII, 30. - לֶחֶם, *panis*. Gen. XLVII, 12. 13. Iob. III, 24. XXXIII, 20. - תְּבוּאָה, *proventus*. Ios. V, 11. 12. - עֲרִיסוֹת plur. *massae*. Nehem. X, 37. *τὴν ἀπαρχὴν σίτων ἡμῶν*, *primitias panum* nostrorum. Ita *Homerus* Il. ω'. v. 641. et *Odyss.* ι'. v. 147. *σῖτον panem* appellat, et apud *Hesychium σιτοποιὸς* est *ἀρτοκόπος*, ἡ *πέπτρια*. - שֶׁבֶר, *annona*, *frumentum*. Gen. XLII, 2. 26. XLIII, 2. XLVII, 14.

ΣΙ'ΤΟΣ "ΩΡΙΜΟΣ ΚΑΤΑ` ΚΑΙΡΟ'Ν ΘΕΡΙΖΟ'ΜΕΝΟΣ, *frumentum maturum in tempore messum*. כֶּלַח, *senectus*, etiam *maturitas*, ex sententia nonnullorum antiquiorum Intt. Iob. V, 26. - Vide alibi s. v. *ἀναλίζομαι*.

ΣΙΩ'Ν. Ipsa vox hebr. צִיּוֹן, *locus aridus*. Ies. XXV, 5. XXXII, 32. In utroque loco LXX vocem ea ratione punctatam legisse videntur, qua est nomen montis, nempe צִיּוֹן. Sic et Ierem. XXXI, 21. legitur pro צִיֻּנִים, *tituli*. Fuerat ipsum hebr. *Sionim*, ut effert *Hieronymus*, male in illud notius mutatum. Depravata quoque est vox

**ΣΙΩ'ΝΩΝ*, quae Iud. VIII, 26. in cod. *Alex.* legitur. Scribendum est *Σιρώνων*. Interpres enim retinuit vocem hebr. שַׂהֲרֹנִים, *lunulae*.

ΣΙΩΠΑ'Ω, *taceo*, *sileo*, etiam *ad silentium redigo*. דָּמַם, idem. Iob. XXIX, 21. XXX, 27. *καὶ οὐ σιωπήσεται*, h. e. interprete *Vulgato*: *absque ulla requie*. Nam *σιωπᾶν*

θαι est h. l. *cessare, quiescere*; i. q. *παύεσθαι* apud *Symmachum* Thren. II, 20. et alibi. Apud *Aquilam* et *Symm.* Ps. XXX, 8. *σιωπᾷν* notionem hiphilicam habere videtur, ut sit *ad silentium redigere.* - הֶחֱרִישׁ Hiph. Num. XXX, 15. Iob. XLI, 4. Ierem. IV, 19. - הַסָּה Pih. *sileo.* Iud. III, 19. - הִסְכִּית Hiph. *ausculto.* Deut. XXVII, 10. Arab. سكت, *quievit, siluit, tacuit*, et in coniug. 4. *desiit loqui.* - חָדַל, *desisto.* 2 Par. XXV, 16. Iob. XVI, 6. - חָשָׁה: הֶחֱשָׁה, Kal et Hiph. 1 Reg. XXII, 3. 2 Reg. II, 3. 5. VII, 9. Ies. XLII, 14. *Symm.* Ps. XXXVIII, 3. - טָמָא, *impurus sum.* Iob. XVIII, 3. נִטְמִינוּ, observante *Dathio*, h. l. non est a טָמָא, *immundus fuit*, sed melius derivatur a طما ultima و et ي, quod est *obturare, obstruere*, quod de ore h. l. recte accepit interpres. - *נִדְמָה. Ies. VI, 5. secundum cod. *Iesaianum*, monente *Curterio*, sc. in editione τῶν Ο' *Hexaplari*. - *עָצַל, *piger vel potius otiosus sum.* Iud. XVIII, 9. *σιωπᾶτε. Al. ἡσυχᾶτε.* - הִצְמִית Hiph. *disperdo. Symm.* Ps. CXLII, 12. *σιωπήσεις, tacere facies.*

ΣΙΩΠΗ', *silentium.* דּוּמִיָּה, idem. *Quinta editio* Ps. XXI, 3. *Aqu.* Ps. XXXVIII, 3. - הַסָּה Pih. *sileo.* Amos. VIII, 3.

*ΣΙΩΠΗΛΟ'Σ, *taciturnus.* צַמָּה, *coma, peplum. Symm.* Ies. XLVII, 2. *τὸ σιωπηλόν σου*, al. *τὴν σιώπησίν σου. K.*

ΣΙΩΠΗΛΟ'Σ, *taciturnus.* צַמָּה, *coma, peplum. Symm.* Ies. XLVII, 2. *τὸ σιωπηλόν σου*, al. *τὴν σιώπησίν σου, id quod tacendum est. Vulg. turpitudinem.* Deduxit vel a צָמַם, vel a צָמַת, unde צְמִיתֻת est *silentium.* Caeterum *τὸ σιωπηλὸν* h. l. eodem modo explicandum est, quo infra expositum est *σιώπησις*, quod vide. LXX sec. cod. *Vat.* habent *κατακάλυμμα*, et sec. *Compl. κάλυμμα. Doederleinius* in notis ad vers. lat. Iesaiae coniicit, *σιωπηλὸν*, pro quo *σώπηλον* reponi debeat, formatum esse ex hebr. שֹׁבֶל.

ΣΙΩ'ΠΗΣΙΣ, *taciturnitas, silentium.* צַמָּה, *coma, peplum.* Cant. IV, 1. 3. VI, 6. Sponte apparet, eos hanc vocem vel a צָמַם, *colligavit, constrinxit,* Arab. صمم, *obsurduit, conticuit,* deduxisse, vel a צָמַת, quod in l. *Syr.* et *Arab. silere,* etiam *ad silentium redigere* notat. Iure autem quaeritur, quid hac voce intellexerint LXX. In notione *taciturnitatis* aut *silentii* accipere absonum esset, ergo alia ratione explicandum erit. *Hieronymus σιώπησιν* exponit per *id quod taceri debet prae verecundia*, h. e. *verenda muliebria.* Sed haec est mira explicandi ratio, quae non tam facile fautores inveniet. *Vulgatus* paulo melius: *absque eo quod* (lege *quo*, conf. v. 3.) *intrinsecus latet.* Mihi *σιώπησις*

h. l. significare videtur *peplum*, *velum*, ita dictum, quia faciem aspectui aliorum subtrahit, adeoque quasi silentium imperat. Verba igitur ἐκτὸς τῆς σιωπήσεώς σου vertenda sunt: *extra velum tuum*, s. *seposito velo*, si conspiciuntur oculi tui, sunt columbini. Hebr. צַמָּה de *peplo* a constringendo interpretatur *I. D. Michaelis* in *Suppl.* p. 2100. Non male. Certe alii Cant. l. l. κάλυμμα habent. Adde *Symm.* Ies. XLVII, 12.

ΣΚΑ'ΖΩ, *claudico*. הוֹאִיל Hiph. a יָאַל, *volo*. *Symm.* 1 Sam. XVII, 39. ἔσκαζεν. Ita *Bielius*. Nonnullis videtur magis ad seriem orationis respexisse, quam ad significationem verbi. Sed nec hoc mihi sufficere videtur. Potius ἔσκαζεν pertinet ad totam formulam יָאַל לָלֶכֶת, *voluit ire*. הוֹאִיל autem h. l. videtur eandem habere notionem, quam נוֹאַל habet, ut sit: *stolide se gessit*. Ergo *stolide se gessit in incedendo*, h. e. ex sententia *Symmachi claudicavit*. LXX habent ἐκόπιασε περιπατήσας, et *Inc.* ἐχώλαινεν ἐν τῷ βαδίζειν. - צֶלַע, *claudicatio*. *Symm.* Ps. XXXVII, 18. ἐν τῷ σκάζειν. - בְּצַלְעִי, *in claudicatione*. *Symm.* Ps. XXXIV, 15. σκάζοντος. *Hesych.* σκάζει, χωλαίει, χωλαίνει. *Lex. vet.* σκάζω, *titubo*, *vacillo*.

ΣΚΑΛΕΥ'Ω, *fodio*, *investigo*, *perscrutor*. חָפַשׂ, quod pr. de *sarritione* usurpatur, et deinde notat *indagare*, *investigare*, *scrutari*. Sic quoque σκαλεύειν per *surculare* explicatur in *Gloss. Vett.* *Aqu.* 1 Reg. XX, 38. ἐσκαλεύσατο ἐν σποδῷ ἐπὶ ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ. Ubi vocem σκαλεύεσθαι pro *aspergere* omnino accepisse videtur *Aquila*. Certe *Montf.* transtulit: *conspersit se in cinere super oculos eius*, et *Symmachus* habet: καταπασάμενος σποδῷ κατὰ τῶν ὀφθαλμῶν αὐτοῦ. *Aqu.* Ps. LXIII, 7. σκαλεύσει σκαλευόμενος, *scrutabitur scrutans*, ubi מְחֻפָּשׂ, quod Massorethae in Pual ponunt, transitive et active accepit. Idem Ps. LXXVI, 6. *Suidas:* σκαλεύειν, ἀνακινεῖν, διαξαίνειν. *Hesych.* ἐσκάλευεν, ἐκινεῖτο, ὤρυσσεν, ἀνελογίζετο.

**ΣΚΑ'ΛΙΣΤΡΟΝ*. שַׁפְרִיר vel sec. Chetibh שַׁפְרוּר, *tectum*, *quod throno regis imminet*. Ierem. XLIII, 10. *Aqu.* *Symm.* sec. cod. *Syr. Hex. Mediol.* ad quem locum *Norbergius:* Vox Graeca σκάλιστρον hic posita incertae mihi est notionis, nisi eadem sit cum σκαλιστήριον, *sarculum*. Sed utrumque prorsus alienum est a textu hebraico. Equidem iudico, reponendum esse σκεπαστήριον, syriace ܐܣܩܦܣܛܪܝܢ, aut σκέπαστρον, quod vide infra.

ΣΚΑ'ΛΛΩ, *fodio*, *circumcirca scalpo*, *sarrio*, *circumfodio*, ac metaphorice *quaero*, *scrutor*. חָפַשׂ. Ps. LXXVI, 7. ἔσκαλλεν τὸ πνεῦμά μου, *scrutabatur* spiritus meus. *Hieron.* in Ep. ad *Suniam et Fretelam*: *Proprie* σκαλλισμὸς,

inquit, *in agricultura dicitur, in sarriendo, i. e. sarculando, et quomodo ibi quaeruntur herbae sarculo, quae secentur* etc. *Suidas:* ἔσκαλλεν, ἐσκάλευεν, ἐσάλευεν, ἠρεύνα, ἀνεζήτει. Idem verba Psalm. l. c. subiungit. *Küsterus* not. ad *Suidam* putat, vocem ἐσκάλευεν esse emendationem τοῦ ἐσάλευεν, et ex margine in textum irrepsisse. Quod tamen, cum apud *Hesychium* etiam ἐσκάλευεν exponatur per ἐκινεῖτο, non opus videtur, ut statuamus. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* legitur: ἔσκαλλεν, ἐσκάλευσεν. Alii Codd. *Psalm.* l. c. pro ἔσκαλλεν habent ἔσκαλλον: unde apud *Hesychium* ἔσκαλλον, ἀνεζήτουν, ἀνηρεύνων, uti pro ἀνηρεύνουν scribendum iudicat *L. Bos* in *anim.* ad *auctt. Graecc.* p. 127. qui *Symmachum* pro ἔσκαλλον Psalm. l. c. habere ἀνηρεύνων observat. - כָּרָה, *fodio. Aqu.* Ps. CXVIII, 85. ἔσκαλλον, *fodiebant.* Adde *Herodot.* II, 14. et *Schol. Theocrit. Idyll.* X, 14.

ΣΚΑΜΒΟ'Σ, *qui obliquus in latus procedit, cui crura introrsus intorta sunt, incurvus, distortus, obliquus, perversus.* עִקֵּשׁ, *perversus.* Ps. C, 5. καρδία σκαμβὴ, *cor perversum. Suidas:* σκαμβὴ, διεστραμμένη. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σκαμβὸς, στρεβλός. *Symm.* Prov. II, 15. σκαμβαὶ, ubi *Theodot.* στρεβλαί.

ΣΚΑΝΔΑΛΙ'ΖΩ, *offendo, facio, ut aliquis offendat,* et σκανδαλίζομαι, *offendor, impingo.* הִכְשִׁיל Hiph. *Aqu.* Ps. LXIII, 9. ἐσκανδάλισαν. *Aqu. Symm.* sec. *Montf.* et *Theodoretum* Mal. II, 8. ἐσκανδαλίσατε. Sed vide s. σκανδαλόω. - כָּשַׁל. *Aqu.* Ies. XL, 30. σκανδαλισθήσονται, *impingent. Aqu.* Prov. IV, 12. σκανδαλισθήσῃ. Adde Dan. XI, 41. sec. cod. *Chis.* - *נִקְשָׁה, *induratus. Symm.* Ies. VIII, 22. ἐσκανδαλισμένος. Legit נוֹקֵשׁ, *illaqueatus,* a יָקֹשׁ, aut ex *Houbigantii* sententia cum *Chaldaeo* מכשל. Vide et Sirac. IX, 5. XXIII, 7. XXXII, 1. 6. et conf. *Vorstii Philol. S.* P. I. c. 3. p. 96. sequ. et *Drusium* in *Fragm. Vett. Intt. GG.* p. 1098.

ΣΚΑ'ΝΔΑΛΟΝ, *scandalum, offendiculum, impedimentum, ad quod aliquis offendit s. impingit.* דֹּפִי, *probrum.* Ps. XLIX, 21. Arab. دفا, coll. دفي et دفو, notat *impingere, trudere,* inde דֹּפִי, *contusio.* Sir. VII, 7. θήσεις σκάνδαλον ἐν εὐθύτητι, *maculam* adspergas probitati. - כֶּסֶל, *stultitia.* Ps. XLVIII, 13. Cum *Syro* legerunt כָּשַׁל. - מוֹקֵשׁ, *laqueus.* Ios. XXIII, 13. Iud. II, 3. VIII, 27. Ps. CXXXIX, 6. *Symm. Theod.* Prov. XIII, 15. XIV, 29. σκανδάλων. *Symm.* Prov. XXIX, 6. σκάνδαλον. *Aqu. Symm.* Ies. VIII, 14. - מַכְשֵׁלָה. *Symm.* Soph. I, 3. - מִכְשׁוֹל, *offendiculum.* Lev. XIX, 14. 1 Sam. XXV, 31. Ps. CXVIII, 164. - Praeterea legitur Hos. IV, 16. ubi post הֵבוּ־לוֹ legerunt adhuc דֹּף, coll. Ps. XLIX, 21. Vide et Iudith. V, 1. 24. *causa exitii.* XII, 2. Sap. XIV, 11. Sir. XXVII, 24. ἐν τοῖς λόγοις σου δώσει σκάνδαλα, verbis tuis

tibi struet perniciem, ea sc. immutando et sinistre interpretando. 1 Macc. V, 4. et conf. *Vorstii Philol. S.* P. I. c. 3. p. 87. sequ. et *Tob. Eckhardum Technic. Sacr.* p. 124.

*ΣΚΑΝΔΑΛΟ'Ω, i. q. σκανδαλίζω. הִכְשִׁיל Hiph. a כָּשַׁל. *Aqu.* sec. cod. *Barber.* Mal. II, 8. ἐσκανδαλώσατε: quae lectio praeferenda est lectioni ἐσκανδαλίσατε, quia delectatur *Aquila* verbis in syllabam οῦν desinentibus. Certe sic iudicavit *Fischerus Proluss. Quinque in var. loca V. T.* p. 30.

ΣΚΑ'ΠΤΩ, *fodio.* בָּקַע, *findo, diffindo. Quint. Ed.* Ps. CXL, 7. σκάπτων. - כָּרָה, *fodio. Aqu.* Ps. XXXIX, 7. ἔσκαψας. - נֶעְדַּר Niph. *pastinor.* Ies. V, 6.

ΣΚΑΣΜΟ'Σ, *claudicatio.* צֶלַע, idem. *Aqu.* Ps. XXXIV, 18. ἐν σκασμῷ.

ΣΚΑΦΕΙ͂ΟΝ, *ligo, nis.* אֵת, *ligo', instrumentum agricolationis. Symm.* 1 Sam. XIII, 20.

ΣΚΑ'ΦΗ, *vas cavum et oblongum.* Draco v. 14. ἐνέτριψεν ἄρτον εἰς σκάφην. Reddenda est haec vox *Philostrato de vita Apollonii* IV, 3. p. 142. loco σκάφει.

ΣΚΑ'ΦΟΣ, in plur. σκάφη, *scapha, navigii genus.* 2 Macc. XII, 3. 6. τὰ σκάφη κατέφλεξε: ubi significat *portum,* h. e. *opera ex ligno in portu confecta, qualia sunt,* quae *pilas Vitruvius* vocat. Vide ad h. l. *Grotium. Hesych.* σκάφος, πλοιάριον. Dicitur alias σκάφη. Vide Act. XXVII, 16. et ad h. l. *Heinsii Exerc. Sacr.* p. 306.

ΣΚΕΔΑ'ΖΩ, *dissipo.* כָּבָה, *extinguo. Inc.* 2 Reg. XXII, 17. σκεδάσῃς. Sermo ibi est de lucerna. Coniici potest, σκεπάσῃς legendum esse (tegitur enim lucerna, quando exstinguitur), aut σβέσῃς, ut habent LXX, ut adeo tantum propter λυχνίαν loco λύχνον versio *Inc. Int.* separatim posita fuerit.

ΣΚΕΛΙ'ΖΩ, *supplanto, subverto,* et ex adiuncto *perverto, corrumpo, iniuste ago.* סִלֵּף Pih. *perverto. Theod.* Prov. XIX, 3. σκελίζει. - עִוֵּת *Pih. perverto, subverto. Aqu.* Iob. VIII, 3. σκελίσει. LXX ἀδικήσει. - קָלַע, *funda proiicio.* Ierem. X, 17. Legerunt צֶלַע, nam צֶלַע est *costa, crus, latus. Glossae:* σκελίζω, *varico.*

ΣΚΕ'ΛΟΣ, *crus.* יָרֵךְ, *femur.* Ezech. XXIV, 4. - כְּרָעַיִם dual. *crura.* Levit. XI, 21. Amos. III, 12. - מַרְגְּלוֹת plur. *pedes.* Dan. X, 6. - קַרְסֹל, *malleolus pedis.* 2 Sam. XXII, 37. - רֶגֶל, *pes.* Iud. V, 27. 1 Sam. XVII, 6. Ezech. I, 7. XVI, 24. *Hesych.* σκελῶν, ποδῶν. - שׁוֹק Prov. XXVI, 7. - *שָׁק chald. *tibia.* Dan. II, 32. sec. *Chis.* τὰ δὲ σκέλη σιδηρᾶ. *Theodot.* αἱ κνῆμαι σιδηραῖ.

ΣΚΕΠΑ'ΖΩ, *tego, operio, occulto.* *בִּמְצֹלוֹת, *in profundis. Symm.* Ps. LXXXVII, 7. ἐσκεπασμένον. Sensum expressit. - *הָיָה. Num. IX, 20. Sensum expresserunt. Conf. ib. X, 33. - הֶחְבִּיא Hiph. *Inc.* Iob. V, 21. σκεπάσεις. - הֵעִיר

Hiph. ab עוּר, *excito.* Deut. XXXII, 11. Hic alia imagine magis usitata usi sunt. – הִסְתִּיר : נִסְתַּר : הִסְתַּתֵּר, *Hiph. Niph. et Hithp.* 1 Sam. XXVI, 1. *δαβὶδ σκεπάζεται μεθ' ἡμῶν ἐν τῷ βουνῷ*, ubi *σκεπάζεται* est *latet*, i. q. *κρύπτεται* et *κέκρυπται* in reliquis. Ps. XVI, 10. Ies. XXVIII, 15. Soph. II, 3. Ies. XLIV, 2. sec. cod. *Alex. ἐσκέπασε*, quae est vera lectio, quam etiam *Eusebius* lib. II. *Demonstr. Evang.* tuetur. Lectio *ἔκρυψε*, quam Cod. *Vat.* exhibet, ex antecedentibus orta videtur, aut glossema sapit. – *הִצִּיל עֵינַיִם, *eripio me oculis. Inc.* 2 Sam. XX, 6. *σκεπασθῇ ἀφ' ἡμῶν*, *se obtegat a nobis*, q. d. *subducatur oculis nostris*, s. *effugiat nos.* Vide infra s. v. *σκιάζω.* Fortasse autem deduxerunt a צָלַל, quod interdum a טָלַל, Arab. ظل, mutuo petit sensum *obtectionis* et *obumbrationis.* – חָסָה, *confugio.* Ps. LX, 4. Ies. XXX, 2. – חֻפָּה, *obtectio.* Ies. IV, 6. – חָפַן, *accelero.* 1 Sam. XXIII, 26. *ἦν δαβὶδ σκεπαζόμενος πορεύεσθαι*, ubi *σκεπαζόμενος* est i. q. *κρυπτόμενος*, ac חָפַן cum חָפָה aut חָפַף, *texit*, *obtexit*, permutasse videntur. – חָפַף, *tego. Theodot.* Deut. XXXIII, 12. *σκεπάσει.* – כָּסָה. Deut. XIII, 8. Ies. LI, 16. Adde *Inc.* Ps. CV, 11 .ubi de *aquis, quibus aliquis demergitur*, usurpatur. Alius *Inc. Int.* ibi voce *καταποντίζειν* usus est. – מְעוֹנָה, *habitaculum.* Deut. XXXIII, 27. ubi pro *σκεπάσει* alii habent *σκέπασις.* – נִצַּל Niph. *evado.* Hab. II, 9. *Ald. σκεπασθῆναι.* Sed rectius alii *ἐκσπασθῆναι.* – סָכַךְ. Exod. XL, 3. 19. – פָּסַח, *transeo*, etiam *eripio*, *salvum conservo.* Exod. XII, 13. 27. – צָפַן, *abscondo. Symm. LXX* Exod. II, 2. Ps. XXX, 27. – *קִדֵּם, *antevenio, anteverto. Inc.* Ps. LVIII, 11. Sensum expressit. Nam קִדֵּם notat h. l. *subvenire.* – שִׂגֵּב Pih. *extollo.* Ps. XC, 14. *σκεπάσω αὐτόν.* Vox hebr. notat *collocare aliquem in loco edito, ad quem non tam facile aditus patet*, ac metaphorice, *tueri*, *tutum praestare aliquem*, ut adeo appareat, eos sensum non male expressisse. Conf. etiam *Inc.* Ps. XIX, 2. – שָׂכַךְ (ש pro ס). Exod. XXXIII, 22. Sir. XXII, 30. *σκεπάσαι. Vulg. salutare.* Legit *ἀσπάσαι*, et ita legit quoque *Ambrosius: ἀσπάζεσθαι* autem h. l. est *benevole ac benigne tractare.* Sirac. XLVIII, 12. *ἐν λαίλαπι ἐσκεπάσθη.* Lege *ἐπετάσθη*, ut *Hieronymus* habet, *in turbine avolavit*, coll. Ps. XVIII, 10. 1 Macc. III, 3. ubi pro *σκεπάζων Syrus* legisse videtur *σφάζων*, *iugulans*, quod rectius videtur.

ΣΚΕ'ΠΑΡΝΟΝ, *ascia*, *dolabra*, *bipennis*, *securis.* חֲרִיצִים plur. *tribulae.* 1 Par. XX, 3. Sed ibi traiectio vocis *τρίβολος* facta videtur. – מְגֵרָה, *serra.* 1 Sam. XII, 31. *σκεπάρνοις.* – מַעֲצָד, *dolabra.* Ies. XLIV, 12. *σκεπάρνῳ.* Sc. מַעֲצָד est pro בְּמַעֲצָד. *Hesych. σκέπαρνον, τὸν ἀμφίστομον πέλεκυν.*

ΣΚΕ'ΠΑΣΙΣ, *protectio*, *operimentum*. מְעֹנָה; *habitaculum*. *Al.* aut secundum *Schol.* ed. *Rom.* ἄλλα ἀντίγραφα Deut. XXXIII, 27.

*ΣΚΕΠΑΣΤΗ'ΡΙΟΝ. Vide infra s. v. σκέπαστρον.

ΣΚΕΠΑΣΤΗ'Σ, *qui tegit et operit*, metaphorice: *protector*, *defensor*. גּוֹן, *avulsor*. Ps. LXX, 7. Sensum secuti sunt. E coniectura *Koehleri* reponendum esset σπαστής, qua tamen non opus esse videtur, quanquam ei favet locus Psalm. XXII, 9. Vide quoque *Rosenmülleri Scholia ad h. l.* et *Dathii* notas. – זִמְרָת (ת pro ה), *cantus*. Exod. XV, 2. ubi aut sensum expresserunt (ut זִמְרָת sit *carmine laudandus et celebrandus*, sc. ob praesidium ac protectionem), aut voci hebraicae vere hanc significationem tribuerunt, quam etiam habere potest. Certe arab. ذمار *praesidium* notat. Vide infra s. v. ὑπερασπιστής. *Buxtorfius* in *Anticrit.* p. 637. ad h. l. scribit: Quasi idem esset ac שֹׁמֵר. Forte simul in voce זְמִרוֹת, *cantica noctis*, respexerunt ad gallicinia, secundum quae olim noctis custodias distinguebant, ad sensum, non ad literae rationem respicientes. – *מָגֵן, *clypeus*. *Ed. Quinta* Ps. LXXXIII, 12. – סִתְרָה, *latebra*. Deut. XXXII, 38. Vide quoque Iudith. IX, 12. Sir. LI, 2. σκεπαστὴς καὶ βοηθός.

ΣΚΕΠΑΣΤΟ'Σ, *tectus*, *opertus*. צָב, idem. *Aqu.* (sec. *Euseb. Emisen.* in *Cat. Niceph.* ad h. l.) Num. VII, 3. σκεπαστὰς, et Ies. LXVI, 20. σκεπαστοῖς. Lege σκεπασταῖς, sc. ἁμάξαις.

ΣΚΕ'ΠΑΣΤΡΟΝ per syncopen pro σκεπαστήριον, *tegumentum*, *operimentum*, *opertorium*. סֵתֶר, *absconsio*. *Symm.* Iob. XXIV, 15. Vide quoque supra s. v. σκάλιστρον.

ΣΚΕΠΕΙΝΟ'Σ. Vide σκεπηνός.

ΣΚΕ'ΠΗ, *tegumentum*, *tegmen*, *operimentum*, *umbraculum*; metaphorice: *tutamen*, *praesidium*. אֹהֶל, *tentorium*. Exod. XXVI, 7. *Theod.* et LXX Iob. XXI, 28. *Aqu. Symm. Theod.* Exod. XXXV, 11. *Aqu.* Iob. VIII, 22. Οἱ λοιποὶ 1 Par. XVII, 5. ubi tamen pro σκέπην fortasse legendum erit σκηνὴν, quod praecessit. Cur enim in continua hac oratione alio vocabulo usi fuerint, causa nulla apparet. – אֶרֶב, *insidiarum locus*. Iob. XXXVII, 8. ubi σκέπη *locum quemvis* notat, *in quo quis latet*. – הַצָּלָה, *liberatio*, Esth. IV, 13. βοήθεια καὶ σκέπη. – חֲגָוִים plur. *fissuras*. Cant. II, 14. ἐν σκέπῃ τῆς πέτρας. – מָגֵן, *clypeus*. Iud. V, 8. sec. *Alex. Ald. Compl. Theod.* 2 Sam. II, 21. – מַחְסֶה, *refugium*. Iob. XXIV, 8. Ies. IV, 6. XXV, 4. – מָסָךְ. Ps. CIV, 38. – מָעוֹן, *robur*. Ies. XXX, 5. – מֵצַל part. Hiph. a צָלַל, *umbram faciens*. Ezech. XXXI, 3. – *מִשְׁכָּן, *tabernaculum*. 1 Par. VI, 32. sec. edit. *Compl.* – סֵתֶר, *latibulum*. 1 Sam. XXV, 20. Ps. LX, 4. Ies. XVI, 4. – צֵל, *umbra*. Gen. XIX, 8. Iud. IX, 15. Ps. XC, 1. Ita etiam ibid.

Symm. et *Aquila* sec. *Hexapla.* Sed *Aquila* ibi transtulit ἐν σκιᾷ, teste *Heracleota* in *Comment. ad h. l.* T. II. *Catenae PP. GG.* p. 874. – *רֹמַח, *lancea. Inc.* Iud. V, 8. sec. *Hexapla.* Sed vox σκέπη ibi potius ad antecedens מָגֵן pertinere videtur. – רֹתֶם, *iuniperus. Symm.* 1 Reg. XIX, 5. Quodsi integra est haec versio *Symmachi*, nec cauda sua truncata, ita vertens sensum qualicunque modo expressisse videtur, ignorans nempe veram significationem hebr. רֹתֶם, aut certe de ea dubius haerens, quod accidisse videtur LXX Intt., qui ὑπὸ φυτὸν habent. Sed longe aliud statuere suadet *Vulgati* versio, qui hic aperte pro more suo secutus *Symmachum*, ita transtulit: *in umbra iuniperi*, ut adeo *Symmachus* scripsisse videatur: ὑποκάτω vel ὑπὸ σκέπην ἀρκεύθου, et illud σκέπην de suo addiderit. Sap. X, 17. σκέπη ἡμέρας dicitur *nubes contra radios solis obvelans.* Sir. XXIX, 22. ὑπὸ σκέπην δοκῶν, sub *domo* lignea, ubi σκέπη est i. q. σκηνή, *habitatio, domus. Hesych.* σκέπη, σκέπασμα. *Lex. Vet.* σκέπη, *tegmen, protectio.* – Vide alibi s. v. πένθος.

ΣΚΕΠΗΝΟ'Σ, *tectus, opertus, munitus,* a σκέπη, ut ἀκμηνὸς apud *Homer. Od.* ψ'. 191. ab ἀκμή. צְחִיחַ, *locus eminens et arduus,* it. *aridus et siccus.* Nehem. IV, 13. ἐν τοῖς σκεπηνοῖς, *in locis bene munitis.* Hanc lectionem unice veram habeo. Iuxta al. editt. legitur σκεπεινοῖς, sc. τόποις, in *locis tectis* s. *munitis.* Etiam apud *Suidam* σκεπεινὸς τόπος legitur sine addita explicatione. Quam scribendi rationem si amplectimur, descendit a σκέπος, ut σκοτεινὸς a σκότος. Sed σκέπος nusquam extat, unde *Sturzius* de *dial. Alex.* p. 194. praeferendum arbitratur σκεπηνὸς, quae vox legitur apud *Oribasium* de *Fract.* ex *Archigene* XXV. in *Cocchii Chirurg. Vet.* p. 118.

ΣΚΕ'ΠΩ, *tego.* אֹהֶל, *tentorium.* Exod. XXXVI, 12. – בְּצֵל, *in umbra. Symm.* Ps. LXII, 8. σκεπόμενος. Idem Cohel. VII, 13. σκέπει σοφία ὡς σκέπει, ubi pro בְּצֵל legisse videtur כְּצֵל, *sicut umbra.* – *כִּסָּה Pih. *tego. Symm.* Prov. XII, 16. ubi σκέπειν in notione *dissimulandi* legitur, qua ipsa voce *Vulgatus* h. l. usus est. – *מִבַּעַד, *intra seu post. Symm.* Cant. IV, 3. σκεπόμεναι. Bene: nam ibi de velo sermo est. Idem ib. VI, 6. – *סְכָךְ. *Symm.* Ezech. XXVIII, 16. Conf. Sir. VI, 15. *Lex. Vet.* σκέπω, *velo, tego, operio.*

ΣΚΕΠΟ'ΜΕΝΟΣ ΘΑΝΑ'ΤΩι, *tectus morte.* צַלְמָוֶת, *umbra mortis. Symm.* Iob. X, 21. σκεπομένην θανάτῳ.

ΣΚΕ'ΠΤΟΜΑΙ, *circumspicio, considero.* אֶדֶר, *magnificentia.* Zach. XI, 13. σκέψαι. Legerunt אֶרְאֶ pro אֲרָאָה. Lectio σκέψαι est a correctore et emendatore aliquo, qui putavit, illud esse debere in imperativo, sicut praecedens κάθες. – חָזָה, *video.* Exod. XVIII, 21. σὺ σεαυτῷ σκέψαι ἀπὸ παντὸς τοῦ λαοῦ ἄνδρας δυνατοὺς, tu tibi *elige* ex omni populo viros

idoneos. Conf. v. 25. et Act. VI, 3. ubi ἐπισκέψασθαι eodem sensu usurpatur. Eodem modo nostrates formula *sich nach jemanden umsehen* uti solent. - פָּקַד, *visito. Al.* Ierem. XXI, 14. XXXII, 5. In utroque loco ἐπισκέπτεσθαι reponendum erit. - רָאָה, *video.* Gen. XLI, 33.

ΣΚΕΥΑ'ΖΩ, *paro*, *apparo*. *Σκευάζομαι*, *convaso*. בָּשַׁל, *coquo*. *Symm.* Exod. XXIII, 19. σκευάσεις. - נִצַּל Pih. *eripio. Symm.* Exod. XII, 36. σκευάσασθαι, *convasare*, vel *vasa diripere*. Ita *Dinarcho* σκευασάμενοι τὰ ἐκ τῆς οἰκίας dicti videntur *convasantes*, vel *diripientes*, *quae in domo erant.* Vide *Polluoem* lib. X. segm. 16. Caeterum *Theodoretus* auctor est, LXX ibid. scripsisse ἐσκεύασαν. - פִּנָּה *Pih. e conspectu removeo*, *expurgo*, ac, si de *via*, uti h. l., sermo est, *paro*, *complano. Theod.* Ies. LXII, 10. σκευάσατε. Sir. XLIX, 1. μνημόσυνον ἐσκευασμένον, *monumentum fabrefactum* vel *fabricatum.*

ΣΚΕΥΑΣΙ'Α, *apparatus*, *qui in vestibus et armis et cultu corporis adhibetur*, *apparatio et confectio ciborum*, ac secundum *Kircherum condimentum.* יַבִּיעַ fut. Hiph. a נָבַע, *eructare faciet.* Cohel. X, 1. Ita *Bielius*, praeeunte *Trommio.* Sed vox σκευασία nullo modo cum יַבִּיעַ conciliari potest, quod potius LXX in versione sua prorsus neglexisse videntur. Respondet potius voci רֹקַח a rad. רָקַח, *aromata miscuit, ex iisque unguenta confecit. Desvoeux* in *Comment.* ad h. l. p. 278. e *Vulg.* Int., qui habet *suavitatem*, coniicit, LXX εὐοσμίαν scripsisse, adeoque מַבּוּעַ legisse.

ΣΚΕΥ'ΑΣΜΑ, *compositio*, *confectio*, seu *id*, *quod compositum et confectum est*, *apparatus*, *supellex.* Iudith. XV, (11.) 13. ubi σκευάσματα *supellectilem* notat. Adde *Aristoph. Lysistr.* v. 664. *Schol. Biseti.*

ΣΚΕΥΑΣΤΟ'Σ, *paratus*, *factus*, *confectus*, *factitius*, *compositus.* יוּצַר fut. Hoph. a יָצַר, *formabitur.* Ies. LIV, 17.

ΣΚΕΥΗ', *apparatus*, *quo aliquis instructus est.* אֹהֶל, *tentorium.* Gen. XXXI, 25. Ita *Bielius.* Sed in textu gr. legitur ibi σκηνὴν, pro quo in *Ald.* pesperam τὴν ὁδὸν τῆς σκηνῆς legitur. Eadem permutatio locum quoque habet apud *Pausaniam Att.* I, 20, 3. ubi vid. *Facius.* - *כְּלִי. *Symm.* Ies. LXI, 10. ubi σκευὴ *ornamenta et mundum mulierum* denotat. De *vestibus histrionum*, quibus alias personas producunt, legitur σκευὴ apud *Lucian. Nigrin.* c. XI. T. I. p. 37. Bip.

ΣΚΕΥ'ΟΣ, *vas*, *instrumentum*, *armatura*, *supellex*, *apparatus*, *vestimentum*, *ornatus*, *res*, et in plur. σκεύη, *arma*, *impedimenta.* אֵת, *ligo.* 1 Sam. XIII, 20. 21. - כְּלִי. Gen. XXVII, 3. λάβε τὸ σκεῦός σου, sume *armaturam* tuam, *pharetram sc. et arcum.* Conf. ad h. l. *Drusium Miscell. Cent.* II. c. 37. Gen. XXXI, 36. ἠρεύνησας πάντα τὰ σκεύη τοῦ οἴκου μου, perscrutatus es omnem *supellectilem* domus meae.

Deut. I, 41. τὰ σκεύη τὰ πολεμικὰ, *arma bellica*. Vide et Iud. IX, 54. XVIII, 11. 1 Sam. VIII, 12. Deut. XXII, 5. οὐκ ἔσται σκεύη ἀνδρὸς ἐπὶ γυναικὶ, non sint *vestimenta* viri in muliere. Ita Sir. XLV, 10. σκεύεσιν ἰσχύος, *vestimentis* opulentis. Conf. et Luc. XVII, 31. Alias σκευὴ Graecis eo sensu dicitur. *Suidas:* σκευὴ, ὅπλισις ἢ στολή. Idem verba haec auctoris incerti subiungit: ὁ δὲ ἱερεὺς σκευὴν ἐσκευάζετο τὴν τοῦ δημίου, μεταλαβὼν ἀντὶ τῶν σεμνοτάτων τὰ οἴκτιστα. 1 Sam. XXV, 13. ἐκάθισαν ἐπὶ τῶν σκευῶν, adsidebant *impedimentis*. Sc. *impedimenta* dicuntur h. l. *res, quae conducuntur in expeditione necessariae.* Vide et 1 Sam. XXX, 24. Psalm. XXX, 16. ἐγενήθην ὡσεὶ σκεῦος ἀπολωλὸς, factus sum tanquam *vas* perditum, vel tanquam *res* perdita. Ita Sir. XLIII, 2. sol dicitur σκεῦος θαυμαστὸν, *res admirabilis*, et v. 10. luna σκεῦος παρεμβολῶν, *res castrorum*, *res stellarum castris circumdata*, exponente *Vorstio Philol. S.* P. I. c. 2. p. 50. Eodem sensu vox apud profanos auctores occurrit. Vide *Lex. N. T. s. h. v.* Aliter autem σκεῦος ἀπολωλὸς e Psalm. *l. c.* exponitur in *Lex. Cyrilli MS. Brem.*, nempe ἄνθρωπος θνητός. Ierem. L, 25. ἐξήνεγκε τὰ σκεύη τῆς ὀργῆς αὐτοῦ, eduxit *instrumenta irae* suae. *Hebr.* Gen. XLIX, 5. σκεύη ὕβρεως. Num *homines violenti*, *crudeles?* aut *arma iniusta?* – מָאן chald. *vas.* Esdr. V, 14. Dan. VII, 18. – *מַלְקוֹחַ, *captura.* Num. XXXI, 11. sec. codd. 4 *Holm.* Vox hebraica h. l. *praedam* notat tam de hominibus, quam de animalibus. – מֻפְקָד part. Hoph. *praefectus.* 2 Reg. XII, 11. Legerunt sine dubio מִפְקָד, quod etiam *locum certum et destinatum* notat, et h. l. de *loculis* explicandum est. – *עֶצֶב, *dolor.* Ierem. XXII, 28. Ita transtulerunt ex usu l. *Samarit.* (עוּף), ubi *vas fictile* notat (ut quoque *Vulg.* h. l. interpretatus est), ab עָצַב, *formare*, *fingere.* Fortasse tamen verba ὡς σκεῦος, οὗ οὐκ ἐστὶ χρεία αὐτοῦ, pertinent ad כְּלִי אֵין חֵפֶץ בּוֹ in sequentibus. Certe clare dicit *Hieronymus*, in LXX priorem sententiam, הַעֶצֶב נִבְזֶה נָפוּץ, ad quae illa graeca retulit *Montfauconius*, non exstare. – *חָכְלִת, *hyacinthinus color.* *Syrus* Ezech. XXVII, 25. σκεύη. In mente habuit vocem כְּלִי, *vas, supellex.* Iudith. IV, 3. τὰ σκεύη sunt *vasa sacra.* Baruch. VI, 25. σκεῦος ἀνθρώπου, vas *figulinum.* Ita *Syrus.* Num fortasse legendum κεράμου?

ΣΚΕΥΟΦΥΛΑΞ, *vasorum* seu *utensilium custos.* שֹׁמֵר כֵּלִים. *Al.* 1 Sam. XVII, 21. τοῦ σκευοφύλακος.

*ΣΚΕΨΙΣ, *contemplatio*, *consideratio*, *cogitatio.* סוֹד, *secretum.* *Symm.* Ps. LXIII, 2. sec. *Origenem* T. II. *Opp.* p. 744. ed. *Paris.* ἀντὶ συστροφῆς, ἀποῤῥήτου Ἀκύλας εἴρηκεν, ὁ δὲ Σύμμαχος σκέψεως. Ignotum fuisse hunc locum *Montfauconio*, ex eius editione *Hexaplorum* luculenter apparet. Caeterum σκέψις h. l. malo sensu adhibetur de *observatione insidiandi causa*, quemadmodum et סוֹד de *malis consiliis* seu

aggressionibus malevolorum h. l. usurpatum legitur. *Philoxen. Gloss.* σκέψις, *consultum, consultatio, consilium, deliberatio, meditatio.*

ΣΚΗΝΗ', *tabernaculum, tentorium.* אֹהֶל, idem. Gen. IV, 19. XII, 8. XIII, 5. et alibi saepius. *Symm. Theod.* Iob. VIII, 22. *Symm.* Ps. XVIII, 5. Οἱ λοιποὶ et LXX 1 Par. XVII, 5. ubi pro ἤμην ἐν σκηνῇ εἰς σκέπην legere mallem ἐκ σκηνῆς εἰς σκέπην vel σκηνήν. *Vulgatus* bene transtulit: *mutans loca tabernaculi.* Vide supra s. v. σκέπη. – *אֲהָלִים plur. *sandalia.* Num. XXIV, 6. Deduxerunt ab אֹהֶל. Conf. *Simonis Lex. Hebr.* p. 45. – *בְּהֵמָה, *bestia.* LXX sec. *Hexapla* et edit. *Rom.* 1 Reg. XVIII, 5. σκηνῶν. Sed dubio caret, reponendum ibi esse κτηνῶν, ut habet *Inc. Int. Vulg. iumenta.* Sic quoque Gen. XIII, 5. in cod. *Vat.* σκηναὶ legitur pro κτήνη, quod reliqui libri habent. – חֲדָשָׁה foem. ex חָדָשׁ, *nova.* 2 Par. XX, 5. ubi tamen pro τῆς σκηνῆς fortasse reponendum est τῆς καινῆς. – חָצֵר, *atrium.* Gen. XXV, 16. Exod. XXXVIII, 6. – יְרִיעָה, *pellis, cortina, aulaeum.* 2 Sam. VII, 2. Hab. III, 6. In priore loco a LXX respicitur ad exstructionem tabernaculi, de qua legendum est Exod. XXVII, 7. sequ. Caeterum σκηνὴ etiam de *veste stragula, aulaeo, tapete* sive *peristromate* adhibetur, ut multis docuit *Locella* ad *Xenoph. Ephes.* p. 155. – לִשְׁכָּה, *cubiculum, receptaculum.* Esdr. VIII, 28. Alter interpres Graecus 3 Esdr. VIII, 59. vertit γαζοφόριον, *gazophylacium. Theodot.* 1 Sam. IX, 22. – מִבְטָח, *fiducia.* Iob. VIII, 14. ἀράχνη δὲ αὐτοῦ ἀποβήσεται ἡ σκηνή. Libere verterunt. מִבְטָח h. l. *omne* notat, *in quo spes ac fiducia ponitur,* cuius speciem σκηνὴν ideo elegerunt, ut elegantior sit comparatio cum domo araneae. – מַכָּסָה. *Symm.* Ies. XXVIII, 20. Vox hebr., quae *omne tegumentum* s. *operimentum* notat, commode quoque de *tentorio* s. *tabernaculo* dici potest. – *מַעְגָּל, *plaustrorum ambitus. Symm.* 1 Sam. XXVI, 5. ubi pro σκηνὴ reponendum est σκηνῇ, nam pendet a praepositione ἐν ex antecedentibus supplenda. *Vulg. in tentorio.* Singularis numerus autem h. l. positus est pro plurali hoc sensu: *inter media militum suorum tentoria.* Conf. v. 7. Respexit vero *Symmachus formam tentorii rotundam,* et *castra* (quorum pars est carrago) *Arabum,* quantum per soli opportunitatem fieri potest, semper sunt rotunda. Accedit quod *Harmarus* in *Obss. de Oriente* T. II. p. 277. מַעְגָּלָה de *orbe militum,* ab עָגִיל, *circulus, orbis,* interpretatus est. Aliquando tamen conieci, pro σκηνὴ l. l. reponendum esse ἀπήνη, quod etiam bene convenit. – מִשְׁכָּן. Exod. XXV, 9. XXVI, 1. XXVII, 9. et alibi saepius. – נָוֶה, *habitaculum.* Iob. V, 24. – סֹךְ, *tentorium, tugurium.* Ps. XXVI, 9. *Aqu.* Ps. LXXV, 3. – *סָךְ, *turba, multitudo hominum.* Ps. XLII, 5. Legerunt בְּסֹךְ pro בְּסֻכָּה, quod *tentorium* notat. – סֻכָּה, *ten-*

torium. Gen. XXXIII, 17. Levit. XXIII, 34. Deut. XV, 15. et alibi. – סכות, idem. Amos. V, 26. *Cappellus Crit. S.* p. 158. putat, LXX legisse סכות vel סכה, *tabernaculum.* Vide tamen *Scharfenbergium* ad *Cappelli Crit. S.* p. 514. Caeterum σκηνὴ (qua voce praeter LXX h. l. *Symmachus* quoque usus est) vel ut σκήνωμα pro *delubro* (vide *Lexicon N. T.* s. v. ναὸς n. 6.) sumi potest, vel pro *lectica*, *in qua portabant numinis*, i. e. Molochi, *imaginem.* – *עבודה, *servitium*, *ministerium.* Exod. XXXV, 24. Sed lectio σκηνῆς, quam ibi solus Cod. *Oxon.* exhibet, huc e v. 21. transiisse videtur: pertinet enim ad אהל. – קדש, *sanctuarium.* Exod. XXXVIII, 27. *Hesych.* σκηνὴ, ἡ ἀπὸ ξύλων ἢ περιβολαίων οἰκία. – ראשונה foem. *prior.* Gen. XIII, 4. sec. cod. *Alex.* τὴν σκηνήν. Sed reponendum ibi est τὴν ἀρχὴν, ex quo lapsu librarii factum est αὐλὴν, unde deinde σκηνὴν ortum suum traxisse videtur. – *שכות, *spinae s. aculei*, h. e. *hami*, a שכך, *transpungere.* *Symm.* Iob. XL, 25. σκηναῖς. Vulgo statuunt, *Symmachum* סכות, *tabernacula*, legisse. Sed non opus est: nam etiam שכך, ut סכך, notat *tegere*, *operire*, ac fuerunt inter antiquiores interpretes, qui שכות de *umbraculo* exponerent. Ingenue tamen fateor, mihi lectionem σκηναῖς apud *Symmachum* suspectam videri. *Vulgatus* certe *Symmachum* secutus habet: *numquid implebis sagenas pelle eius.* Videtur igitur pro σκηναῖς legisse σαγήναις (tunc autem in *Symmacho* legendum esset: μὴ πληρώσεις σαγήνας τοῦ σώματος seu τῷ σώματι αὐτοῦ), quod commodum sensum fundit, et voci hebr. quoque convenit, quae originem ducit a שכך, quod *texere* notat. Posset quoque pro σκηναῖς legi σκαφαῖς. Certe *Theod. Hasaeus* in disquisit. de *Leviathane* p. 141. vocem hebr. intellexit de *naviculis pellibus tectis*, et LXX quoque de *naviculis piscatoriis* h. l. cogitarunt. – *תחלה, *initium.* Gen. XIII, 4. sec. cod. *Alex.* et ed. *Ald.* ubi autem in Cod. *Vat.* pro σκηνὴν rectius legitur ἀρχήν. Vide supra s. v. ראשונה.

ΤΌΠΟΣ ΣΚΗΝΗ͂Σ, *locus tabernaculi.* סך, *turba mixta*, *multitudo hominum.* Ps. XLI, 4. Vide supra s. v. σκηνή.

ΣΚΗΝΟΠΗΓΙ'Α, *tabernaculi fixio;* sic vocatur *festum tabernaculorum*, סכה. Deut. XVI, 16. XXXI, 10. Zach. IV, 16. 18. 19. – *תרועה, *vociferatio*, *iubilatio.* Levit. XXIII, 24. ubi verbis μνημόσυνον σαλπίγγων quidam *Codd. MSS.* et editio *Rom.* addunt: ἡ τῆς σκηνοπηγίας. *Caten. Nic.* p. 1123. ἡ τὴν τῆς σκηνοποιΐας. Sunt autem verba haecce, ut recte monuit ad h. l. *Scharfenbergius*, errore librariorum ad h. l. relata, et spectant v. 34. חג הסכות, *festum tabernaculorum.* Caeterum confer *Plutarch. Sympos.* lib. IV. T. VIII. p. 670. *Reisk.*

ΣΚΗΝΟΠΟΙΕ'Ω, *tabernaculum facio.* יהל Hiph. per apocopen pro יאהל, ab אהל, *tentorium tendo.* *Symm.* Ies.

XIII, 20. *σκηνοποιήσω*. – סֹכֵן, *praefectus aulae*. *Symm*. Ies. XXII, 15. *σκηνοποιοῦντα*, h. e. *σκηνοῦντα*. Legit שֹׁכֵן, nam שָׁכַן est *habitare in tabernaculo*. Conf. *σκηνόω*.

ΣΚΗΝΟΠΟΙΐΆ, *tabernaculorum fabricatio*. סֻכּוֹת, *tabernacula*. *Incert*. Deut. XXXI, 10. Sensus non mutatur. – תְּרוּעָה, *vociferatio*, *iubilatio*. Levit. XXIII, 24. Vide supra s. v. *σκηνοπηγία*.

ΣΚΗ͂ΝΟΣ, i. q. *σκηνὴ*, *tentorium*, *tabernaculum*, it. *corpus*. Sap. IX, 16. *τὸ γεῶδες σκῆνος*, terrenum *corpus*. Similiter *Plato* corpus *γήϊνον σκῆνος* appellavit, ut ex *Clemente Alex*. *Strom*. lib. V. p. 593. observat *Alberti* ad 2 Cor. V, 1. p. 360. et *Iacobs* in *Anthol. Gr*. Tom. XII. p. 30. *Lex. Cyrilli MS. Brem*. *σκῆνος*, *οἰκητήριον*, *σῶμα*. *Suid*. *σκῆνος*, *σκήνωμα*. *Etymol. M*. *σκῆνος καὶ τὸ σῶμα*, *παρὰ τὸ σκήνωμα καὶ σκηνὴν εἶναι τῆς ψυχῆς*, *οἷον οἰκητήριον*. Et sic passim apud externos Graeciae scriptores legitur. Vide auctores allegatos a *Wolfio* ad 2 Cor. l. c. p. 601. sequ. ac *Lexicon N. T*. s. h. v.

ΣΚΗΝΟ'Ω, *habito*, *commoror tanquam in habitaculo*; אָהַל, *tabernaculum figo*. Gen. XIII, 12. *ἐσκήνωσεν ἐν Σοδόμοις*, *commorabatur* in Sodomis. – סֹכֵן, *praefectus aulae*. *Aqu*. Ies. XXII, 15. *σκηνοῦντα*. Legisse videtur שֹׁכֵן. – שָׁכַן. *Al*. Iud. VIII, 11. *σκηνούντων*. *Aqu*. Exod. XXIV, 16. *ἐσκήνωσε*. *Aqu*. *Symm*. *Theod*. Exod. XXV, 8. *σκηνώσω*. *Aqu*. *Symm*. Iob. XI, 14. *σκηνωσάτω*. *Aqu*. Iob. XXXVIII, 19.

ΣΚΗ'ΝΩΜΑ, i. q. *σκηνή*, *tabernaculum*, *tentorium*, *habitaculum*. אֹהֶל, idem. Gen. IX, 27. ubi pro *σκηνώμασι* ed. *Rom*. *οἴκοις* habet. Deut. XXXIII, 18. Iud. VII, 8. et alibi saepius. *Aqu*. *Syrus*, *Theodot*. et *Ed. Sexta* Ps. XVIII, 5. *Inc*. Iud. VII, 8. – אֱלֹהִים plur. *dii*. 2 Sam. VII, 23. Legerunt literis transpositis אֹהָלִים. – מִגְרָשׁ, *suburbium*. 2 Par. XI, 14. Forte legerant מִקְדָּשׁ. – *מִסְכְּנוֹת, *thesauri*, *promptuaria*. *Aqu*. *Symm*. Exod. I, 11. Legerant מִשְׁכְּנוֹת. – מִשְׁכָּן. Iob. XXI, 28. XXXIX, 6. Ps. XXV, 8. et alibi. – שֹׂךְ (שׂ pro ס). Thren. II, 6. Confuderunt שֹׂךְ cum סֹךְ. Iudith. XV, 1. ubi *οἱ ἐν τοῖς σκηνώμασιν ὄντες* sunt milites in *castris*. 2 Macc. X, 6. ubi *τὰ σκηνώματα festum tabernaculorum* notat, quod vulgo *σκηνοπηγία* et paulo post l. l. *ἡ τῶν σκηνῶν ἑορτὴ* dicitur, celebratum a Iudaeis in memoriam commorationis ipsorum sub tentoriis. De ipsa *habitatione* legitur 3 Esdr. I, 50. hebr. מָעוֹן, 2 Par. XXXVI, 15. *Hesych*. *σκήνωμα*, *οἴκημα*, *οἶκος*, *τόπος*. *Suid*. s. v. *σκῆνος*· *σκήνωμα τοῦ θεοῦ*, *ὁ ναὸς τοῦ θεοῦ*.

**ΣΚΗ'ΝΩΣΙΣ*, *tabernaculum*, *tentorium*, *habitaculum*. אֹהֶל. *Symm*. Psalm. LXXVII, 51. – מִשְׁכָּן. *Symm*. Ps. LXXVII, 16. *Aqu*. *Symm*. *Theod*. et *Vers. Quinta* Ps. XLII, 3.

ΣΚΗ'ΠΤΡΟΝ, *baculus, scipio, cui innitimur inter eundum*, item *regium gestamen*, *sceptrum*, it. *tribus*. מוֹט, *iugum*. Ezech. XXX, 18. – מַטֶּה, *virga*. 1 Sam. XIV, 44. Hab. III, 8. E posteriori loco *Gloss. MS.* in *Cantica Scripturae*: σκῆπτρα· βασιλείαν. *Arabs Hab.* l. l. videtur legisse σημεῖα. – שֵׁבֶט. 1 Sam. X, 19. κατὰ τὰ σκῆπτρα ὑμῶν, iuxta *tribus* vestras. Vide et 1 Sam. IX, 21. 1 Reg. VIII, 16. XI, 13. 31. *Symm.* Ps. LXXIII, 3. σκῆπτρον, ubi alii φυλὴν habent. *Aqu.* Ierem. X, 16. sec. cod. *Syr. Hex. Mediol.* Conf. *Vorstii Philol. S.* P. I. c. 6. p. 189. *Hesych.* σκῆπτρον, κυρίως μὲν πᾶσα ῥάβδος, ἀπὸ τοῦ σκηρίπτεσθαι. ἐπ' αὐτῇ, ὃ ἐστὶν ἐπερείδεσθαι, καὶ τὸ βασιλικὸν δὲ σύμβολον. Idem tradit *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ubi tamen post σύμβολον adhuc additur: καὶ τὴν βασιλείαν συνεκδοχικῶς. Male autem, iudice *Bielio*, σκῆπτρον hic derivatur a σκηρίπτεσθαι, cum potius sit a שֵׁבֶט, quod proprie convenit cum מַטֶּה, et *virgam* significat. Nimirum sceptra antiquissima merae virgae s. hastae erant, usu a pastoribus desumto. Conf. *Lampium Comment.* in Ps. XLV. p. 241.

ΣΚΙΑ', *umbra*. מִנְלָה, *perfectio*. Iob. XV, 29. Num legerunt צֵל aut צֶלֶם? (quam lectionem probat *I. D. Michaelis*) aut alia imagine usi sunt, desumta illa ab arbore late umbram spargente, cum qua opulentus bene comparari potest? *Kreyssigio* pro σκιὰν, coll. Iob. V, 3., ῥίζαν legendum videtur. – צֵל. Iud. VI, 39. 2 Reg. XX, 9. 10. 11. et alibi. – צְלָלִ. Cant. II, 17. IV, 6. Ierem. VI, 4. – צַלְמָוֶת, *umbra mortis*. Iob. XVI, 16. *Symm.* Iob. XXIV, 16. *Aqu.* Ps. XLIII, 20. – צִלְצַל, *umbra*. *Aqu.* Ies. XVIII, 1. In notione metaphorica *tutelae* et *quietis* legitur Baruch. I, 12. – Vide alibi s. v. θάνατος.

ΣΚΙΑΓΡΑ'ΦΟΣ vel σκιογράφος, *qui rem aliquam adumbrat*, *pictor*. Sap. XV, 4. σκιογράφων πόνος, *pictorum labor*. Alii habent σκιαγράφων. Sic apud *Hesychium* Apollodorus pictor modo σκιογράφος, modo σκιαγράφος dicitur. Vide illum in v. σκιαγραφίαν, et σκιαγράφος. In *Complut.* ed. legitur σκιαγραφῶν, *adumbratio pictorum*, etiam non male.

ΣΚΙΑ'ΔΙΟΝ, *umbella*, *umbraculum*, *tegmen capitis*. כִּרְכָּרוֹת plur. *veredarii*. Ies. LXVI, 20. ἐν λαμπήναις ἡμιόνων μετὰ σκιαδίων, in vehiculis mulorum cum *umbraculis*. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σκιαδίων, καρούχων, h. e. rhedarum, quae scilicet tectae erant, et umbraculum praebebant. Apud *Suidam* legitur: σκιαδείων, καρουχίων. Conf. de voce καροῦχα *Alberti* not. ad *Gloss. Gr. N. T.* p. 69. Graecis alias σκιάδιον appellatur *umbella*, *quam canistriferae ferebant ad sacra Eleusinia euntes, ne a sole adurerentur*. Vide *Schol. Aristoph.* in *Aves* v. 1508. et *Suidam* in σκιάδιον. Conf. et *Valesium* ad *Ammian.* p. 531.

ΣΚΙΑ'ΖΩ, *obumbro*, הִצִּיל Hiph. a נָצַל, *eripio.* 2 Sam. XX, 6. *μήποτε καὶ σκιάσει τοὺς ὀφθαλμοὺς ἡμῶν.* *Trommius* putat, eos hic legisse הִצִּיל a צָלַל. Mibi autem hic sensum non male expressisse videntur. Formula *σκιάζειν τοὺς ὀφθαλμούς τινος* notat *tenebras offundere oculis alicuius*, ut v. c. a persecutione detineatur: h. e. *se subducere oculis alicuius, et ita effugere.* Eundem sensum habet formula hebr. *liberare se ex oculis alicuius*, h. e. *effugere*, qua ipsa voce h. l. *Vulgatus* usus est. Vide quoque supra s. v. *σκεπάζω.* Ion. IV, 7. *τοῦ σκιάζειν αὐτῷ ἀπὸ τῶν κακῶν αὐτοῦ.* Nec hic הִצִּיל a verbo צָלַל natum profectumque putarunt LXX, sed voci *σκιάζειν* subiecerunt notionem metaphoricam *protegendi ac defendendi.* – חָפַף, *obtego.* Deut. XXXIII, 12. ubi absque nulla necessitate nonnulli voluerunt eos legisse כָּנַף. *Hesych.* ad h. l. *σκιάζει, σκεπάζει.* – *טְלַל chald. *obumbratus sum*, ut hebr. צָלַל. In coniug. Aphel *umbram capto.* Dan. IV, 9. sec. cod. *Chis.* ubi *ἐσκίαζον* vertendum erit *obtecti, obumbrati sunt*, nisi legere malis *ἐσκιάζοντο.* *Theodotion κατεσκήνουν* habet. – *מָסָךְ, *operimentum.* Num. IV, 5. *τὸ σκιάζον.* – נָטָה Niph. *extendor.* Num. XXIV, 6. *ὡσεὶ νάπαι σκιάζουσαι.* Bene quoad sensum. – *סֻכָּה, *tabernaculum.* Ies. IV, 5. *σκιάσει.* Legerunt סָכַךְ. – סָכַךְ, *tego.* 1 Par. XXVIII, 18. Iob. XL, 17. – רָעַף, *stillo.* Iob. XXXVI, 28. *ἐσκίασε δὲ νέφη.* Lectio haec mihi admodum suspecta est. Num fortasse legendum est *ἔσταξε* aut *ἐστάλαξε* aut *ἐσκέδασε*? Certiora his non habeo. – שָׁכַן, *habito.* Num. IX, 18. 22. In utroque loco שָׁכַן de *nube* dicitur tabernaculo immorante, unde non male voce *σκιάζειν* h. l. usus est. Sap. XIX, 7. Baruch. V, 7.

***ΣΚΙΟΓΡΑ'ΦΟΣ**, i. q. *σκιαγράφος*, quod vide supra. *Philoxen. Gloss. σκιογραφία, inpremia.*

ΣΚΙΡ'ΡΑ'Ω et **ΣΚΙΡ'ΡΟ'Ω**, *induro in scirrhum, tumefactum induro.* עֲקַלָּתוֹן, *tortuosus.* *Theod.* Ies. XXVII, 1. *σκιῤῥωμένον.* *Aquila* ibid. *ἐσκιῤῥωμένον.* *Phavor. σκιῤῥωθέν, σκληρυνθέν.* Confer quoque Iob. XLI, 7.

ΣΚΙΡΤΑ'Ω, *salto, tripudio, subsilio.* הִתְרֹצֵץ Hithp. *collido me.* Gen. XXV, 22. *ἐσκίρτων δὲ τὰ παιδία ἐν αὐτῇ.* Hinc apparet, *σκιρτᾷν* in universum *se movere* notare. *Hesych. σκιρτᾷ, κινεῖται.* Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* n. 3. – עָבַשׁ, *mucidus sum.* Ioel. I, 17. *ἐσκίρτησαν δαμάλεις ἐπὶ ταῖς φάτναις αὐτῶν.* *Cappellus* in *Crit. S.* p. 631. existimat, LXX legisse בָּעֲטוּ, a בָּעַט, *calcitrare, calces remittere.* Aliter visum est *Fischero*, qui in *Prolus. de Vers. Graecc. V. T.* p. 13. coniicit, hos interpretes legisse פָּשׁוּ, sive, quod *Scharfenbergius* mavult, פָּשׁוּ. Nam פְּשָׁא apud Chald. notat *salire s. saltare.* *Rosenmüllero* denique in notis ad *Bocharti Hieroz.* T. III. p. 299. LXX hebr. עָבַשׁ *ludendi* significatione sumsisse videntur, quae inest arabico عبث. Vide *Pocockium*

in *Comm.* ad h. l. p. 84. - עֶכֶס, *compes.* *Symm.* Prov. VII, 22. *σκιρτῶν*. Voci עכס *saliendi* notio asserta est ab *Huntio* ad h. l. ac *Arnoldi* in *symbolis critt.* ad h. l. p. 23. sequ. qui etiam LXX Ioel. I, 17. עָכְשׁוּ vel עָכְזוּ legisse existimat. - פּוּשׁ, *augesco.* Ierem. L, 11. Malach. IV, 2. Sc. vox hebr. secundum *Schultensium* ad Iob. XXXV, 15. pr. in l. arab. *turgere* notat, et secundum *Ludov. de Dieu* ad Hab. I, 8. in l. aethiop. *robustum*, *sanum esse.* Bene itaque transfertur ad vitulos prae pabuli ubertate salientes et lascivientes. - *פָּזַז, *agilis*, *levis sum*, *salto.* *Symm.* 2 Sam. VI, 16. *Vulg. subsilientem.* Vide supra s. v. *διατινάσσομαι*. - *קַלָּה, *levis.* *Hebraeus Int.* Ierem. II, 23. *σκιρτᾷ*, *leviter incedit.* - רָקַד. Ps. CXIII, 4. 6. ubi *σκιρτᾶν concuti*, *commoveri* notat, quemadmodum *ὀρχεῖται* ab *Hesychio* per *διασείεται* explicatur. *Baruch.* V, 8. *ἐσκίρτασαν*, quod habet *Compl.*, in *ἐσκίασαν* mutandum est. *Hesych.* *σκιρτᾷ*, *ἅλλεται*, *κινεῖται*, *ὀρχεῖται*, *τρέχει*, *ἀναστρέφεται*. Confer *Elsnerum* ad Luc. VI, 23. p. 206.

ΣΚΙΡΤΟΠΟΙΕ'Ω, *saltare et exultare facio.* הִרְקִיד Hiph. idem. *Ed. Quinta* Ps. XXVIII, 6. *σκιρτοποιήσει*.

ΣΚΙΡΤΑ'Ω, *salto*, *exsilio.* הִרְקִיד Hiph. *saltare facio.* *Aqu.* Ps. XXVIII, 6. *σκιρτώσει*, ubi notat *saltare* s. *subsilire faciet*, quia sequitur *αὐτάς*. *Symm.* *ὀρχεῖσθαι ἐποίησεν*. *Ed. Quinta σκιρτοποιήσει*.

*ΣΚΙΩ'ΔΗΣ, *umbrosus*, *obscurus*, *caliginosus.* Legitur haec vox apud *Inc.* 1 Sam. X, 2. ubi בְּצֶלְצַח, *in Selsach*, transtulit: *ἐν σκιώδει τὸ σῶμα*. Legit nempe divisim בְּצֵל צַח. Quomodo autem notionem corporis e צַח elicere potuerit, me non videre ingenue fateor. (Nescio an rectius scholion dixeris. *K.*)

ΣΚΛΗΡΙ'Α, *duritiee.* סִכְלוּת, *stultitia.* Cohel. VI, 26. *Σκληρία* h. l. est i. q. *σκληροκαρδία*, quae recte tribuitur stulto.

*ΣΚΛΗΡΟΚΑΡΔΙ'Α, *durities cordis.* עָרְלַת לֵבָב, *praeputium cordis.* Deut. X, 16. Utraque formula de incredulis, impiis et profanis hominibus metaphorice adhibetur. Vide et Sir. XVI, 11. et conf. Matth. XIX, 8. Marc. XVI, 14.

ΣΚΛΗΡΟΚΑ'ΡΔΙΟΣ, *durus corde.* אַבִּיר לֵב, *fortis corde.* *Symm.* Ies. XLVI, 12. *σκληροκάρδιοι*. Similiter *Hesiodo ἔργ.* v. 146. genus hominum, quod animo haud facile flecti potest, dicitur *ἀδάμαντος ἔχον κρατερόφρονα θυμόν*, ubi *Tzetzes*: *τουτέστι σκληρὰν ψυχὴν εἶχον*, *καὶ ἀκαμπεῖς ἦσαν*, *ὥσπερ ὁ ἀδάμας*. - עִקֶּשׁ לֵב, *perversus corde.* Prov. XVII, 21. - קְשֵׁה לֵב, *durus corde.* Ezech. III, 7. - *קְשֵׁה עֹרֶף, *durus cervice*, h. e. *pertinax*, *contumax.* Exod. XXXIII, 3. sec. cod. 52. *Holm.* *σκληροκάρδιον*, e glossemate, aut ex aliis SS. locis.

ΣΚΛΗΡΟΠΡΌΣΩΠΟΣ, *durus facie*, *qui dura est faeie*, seu *cordis duritiem vultu prodens*, h. e. *impudens*. קְשֵׁה פָנִים, idem. *Theod. LXX* Ezech. II, 4.

ΣΤΕΡΙ'ΣΚΩ, i. q. *στερέω*, *privo*, *orbo.* חִסֵּר Pih. *destituo.* Cohel. IV, 8. *Hesych.* στερίσκω, ἀποστερῶ.

ΣΤΕ'ΡΝΟΝ, *pectus.* Sir. XXVI, 20. *ἐπὶ στέρνοις*, *in pectoribus. Suidas:* *στέρνοις*, *στήθεσι.* *Grotius* Sir. l. c. pro στέρνοις ex *Vulgato* (qui habet: *super plantas stabiles*) legendum censet *στερεοῖς*, et *τὰ στερεὰ firmamenta pedum*, h. e. *plantas*, interpretatur. Sed *Grabius Proleg. in LXX* T. IV. c. 4. §. 6. nullus dubitat, *πτέρναις* reponendum esse.

ΣΤΕΦΑ'ΝΗ, *corona*, *lorica.* *זֵר, *limbus*, it. *cinctura*, ex verbi significatione *cingendi.* Exod. XXX, 3. 4. XXXVII, 31. — מִסְגֶּרֶת, *taenia.* Exod. XXV, 25. 26. XXXVII, 12. 13. — מַעֲקֶה, *lorica illa*, *qua tecta aedium* s. *solaria veterum cingi solebant et debebant.* Vide *Michaelis Synt. commentatt.* p. 55. sequ. Deut. XXII, 8. *ποιήσεις στεφάνην τῷ δώματί σου*, facies *loricam* tecto tuo. Latinis *corona* eodem sensu usurpatur. *Paschalius* de *Corona* lib. I. c. 2. p. 7.: *Nec solum Graecis στεφάνη est summitas, sed et* corona *est pars muri totiusque lapideae structurae, quam* loricam *dicimus, ut apud Vitruvium* (lib. II. c. 8.) *legimus* proiectura coronarum: *id est porrectiores coronae. Et apud Qu. Curtium* (Lib. IX. 4, 30.) angusta muri corona *est contractior proiectura coronae.* Idem hoc ipso sensu vocem usurpari a *Plinio* lib. XXXVI. c. 24. observat. Adde *Iul. Caes. B. Gall.*

VIII, 9, 3. - סִיר, *olla.* Exod. XXVII, 3. XXXVIII, 3. Ierem. LII, 14. Ad postremum locum *Chrysostomus* in *Catena Ghislerii* p. 929. *στεφάνην λέγει τὰ καγκελωτὸν σχῆμα, τὸ περὶ τοὺς κίονας.* - Vide alibi *στρεπτός.*

ΣΤΕΦΑΝΗΦΟΡΕ'Ω, *coronam fero.* Sap. IV, 2.

ΣΤΕ'ΦΑΝΟΣ, *corona*, i. q. *στεφάνη*, item *omne quod formam habet coronae, circulus.* אַבְנֵט, *balteus.* Ies. XXII, 21. - זֵר, *limbus*, it. *cinctura. Samarit.* Exod. XXXVII, 2. - כָּלִיל, *perfectus.* Thren. II, 15. Ezech. XXVIII, 12. Habet כְּלִיל notionem *coronae* in l. *Syriaca* et *Chaldaica.* - לִוְיָה, *adiectio.* Prov. IV, 9. *ἵνα δῷ τῇ σῇ κεφαλῇ στέφανον χαρίτων*, ut det capiti tuo coronam gratiarum. Vide et Prov. I, 9. Arab. لوى, *flexit, plicuit, contorsit*, unde לִוְיָה ad *omnes res multo flexu plexuque sese innectentes et complicantes* transfertur. *Lex. Cyrilli MS. Brem. στέφανος χαρίτων, στέφανος τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων.* Inde et apud *Hesychium* pro *στέφανος τῶν κ. τ. λ.* legendum: *στέφανος χαρίτων, τῶν πνευματικῶν χαρισμάτων ὁ στέφανος.* - עָטַר, *corono.* Ps. LXIV, 12. ubi pro עִטַּרְתָּ, *coronasti*, legerunt substantivum עֲטֶרֶת. - עֲטָרָה. 2 Sam. XII, 30. 1 Par. XX, 2. Iob. XIX, 9. et alibi saepius. - פְּאֵר, *ornamentum. Aqu. Symm. Theod.* Ies. LXI, 10. - צָנוֹף infin. *volutando.* Ies. XXII, 18. ubi legerunt צָנִיף, *cidaris.* Sir. I, 22. *στέφανος σοφίας φοβεῖσθαι τὸν κύριον*, *summa* sapientia est timere Deum. *Στέφανος* hic notat *omne quod primum seu summum est in aliqua re.* Sir. I, 11. 16. *στέφανος ἀγαλλιάματος*, *summa laetitia*, coll. v. 18. Sir. XXV, 8. *στέφανος γερόντων πολυπειρία*, *corona* i. e. *ornamentum* senum multa experientia. Sic *Homerus Epigr.* in *Palat. Curial. ἀνδρὸς μὲν στέφανος παῖδες, πύργοι δὲ πόληος.* Sir. L, 12. *κυκλόθεν αὐτοῦ στέφανος ἀδελφῶν*, ubi est i. q. *κύκλος*, adiuncta notione *praestantiae* et *decoris.* Eadem vox in singulari pariter ac plurali numero interdum notat *coronas aureas*, seu *aurum coronarium* (*στεφανίτην φόρον, στεφανικὸν τέλεσμα*), *genus tributi aut muneris, quod Iudaei quotannis soliti erant regibus offerre honoris causa, non tanquam tributum dominis, sed ut coronam amicis.* 1 Macc. X, 29. *ἀφίημι πάντας τοὺς Ἰουδαίους ἀπὸ τῶν στεφάνων.* Ib. XI, 35. *τοὺς ἀνήκοντας ἡμῖν στεφάνους.* Ib. XIII, 39. *τὸν στέφανον, ὃν ὀφείλετε.* Sic etiam *Polybio* XXII, 17, 4. *στέφανος* est *pecuniae summa loco coronae honoris et officii causa oblata victoribus et rerum dominis.* Vide ibi *Schweighaeuserum*, et quae loca laudavit in *Lex. Polyb.* De *auro coronario* confer quoque *Titul. Cod. Theodos. de auro coronario*, et ibid. *Iac. Gothofredum*, *Petavium* ad *Synes.* p. 7. *Valesium* ad *Ammian.* lib. XXV. p. 301. etiam *Suidam* s. *στεφανικὸν τέλεσμα.*

ΣΤΕΦΑΝΟ'Ω, *corono, orno, cingo, (Homer.* Il. ο', 153.) *protego.* הִכְתִּיר Hiph. *cingo. Symm.* Ps. CXLI, 8. *στεφανώσονται.* - עָטַר, *corono. Aqu.* et *LXX.* Ps. V, 15. *ὡς ὅπλῳ εὐδοκίας ἐστεφάνωσας ἡμᾶς,* tanquam scuto beneplaciti *cinxisti,* h. e. *protexisti nos.* Cf. Ps. XC, 5. ubi, quod hic est *στεφανοῦν,* est *κυκλοῦν.* Sic *Orpheo* (*Argon.* v. 895.) *στέφανοι* sunt *muri, quibus urbes coronae ad instar cinctae et munitae sunt.* Vide *Lexic. Stephani.* Et *στέφανοι πύργων Euripidi Hecub.* v. 910. sunt *turres, quibus Ilium eodem modo septum et munitum fuit.* Sic et *urbes bene munitae εὐστέφανοι* Graecis vocantur. Vide quae ex *Hesiodi Scut. Herc.* v. 80. et *Theogon.* v. 978. et *Phlegonte Tralliano Mirabil.* c. 3. (Adde *Eustath. de Ismen.* lib. I. init. urbs Eurycomis *θαλάσσῃ στεφανοῦται.*) observat *I. H. Maius filius Obss. SS.* lib. II. p. 25. Unde *Suidas εὐστέφανον* interpretatur *εὐτείχιστον,* et *Hesychio εὐστέφανος* est *εὔπυργος, εὔτειχος.* Nam verba haec, *εὔπυργος, εὔτειχος,* cum sequentibus, *καλὸν στέφανον ἔχων,* quae vulgo ab *εὐστέφανος* tanquam nova glossa separantur, illam adhuc exponere manifestum est. Confer et Ies. XXIII, 8. ubi Tyrus ob muros et turres, quibus munita fuit iuxta Ezech. XXVI, 4. et XXVII, 12., dicitur הַמַּעֲטִירָה, *coronata,* et *Spanhemium* in *Callimach.* p. 346. - פֵּאֵר, *orno. Inc.* Deut. XXIV, 20. *στεφανώσεις.* Sirac. XIX, 5. sec. *Complut. ὁ ἀντοφθαλμῶν ἡδοναῖς στεφανοῖ τὴν ζωὴν αὐτοῦ,* qui pravis cupiditatibus resistit, *felicem se reddit,* aut: *vitam agit tranquillam et beatam.* Sic quoque *στέφανος* 1 Petr. V, 4. de *felicitate aeterna* adhibetur.

ΣΤΕ'ΦΟΣ, *corona.* 3 Macc. IV, 8.

ΣΤΕ'ΦΩ, i. q. *στεφανόω, corono.* הִכְתִּיר Hiph. *cingo. Theod.* Prov. XIV, 8. *στεφθήσονται.* - עָטַר. *Aqu.* et *Inc.* Ps. VIII, 6. *στέψεις.* Sap. II, 8. *στεψώμεθα ῥόδων κάλυξιν,* coronemus nos rosarum calicibus. *Hesych. στέφεται, στεφανοῦται, κοσμεῖται.* Idem: *Στέφαι* (lege *στέψαι* e *Phavorino*), *πληρῶσαι, στεφανῶσαι, κεράσαι, κυκλῶσαι.*

ΣΤΗΘΟΔΕΣΜΙ'Σ, *fascia pectoralis.* פְּתִיגִיל, *fascia mulierum pectoralis rotunda. Symm.* Ies. III, 24. *τῆς στηθοδεσμίδος.* - קִשֻּׁרִים plur. *redimicula.* Ierem. II, 32. Atticis dicitur *ταινία. Moeris: Ταινία, Ἀττικῶς. στηθοδεσμὶς, Ἑλληνικῶς. Pollux* lib. VII. c. 14. segm. 69. p. 734. *στηθόδεσμον* vocat, et *Aristophanem ἀπόδεσμον* dixisse testatur. En verba: *ἀντικρὺς δὲ τὸ νῦν καλούμενον στηθόδεσμον, εὕροις δ' ἂν ὀνομαζόμενον ἀπόδεσμον ἐν Θεσμοφοριαζούσαις Ἀριστοφάνους· Τὴν πτέρυγα παραλύσασαν τοῦ χιτωνίου, καὶ τῶν ἀποδέσμων, οἷς ἐνῆν τιτθίδια.* Graecis alias etiam appellatur *ἀμπεχόνη* aut *ἀμπεχόνιον,* Latinis *strophium* vel *strophiolum.* Vide *Ez. Spanhemium Obss.* in *Callimachum* p. 135. *Postel.* in not. ad *Callidam Iunon. Homeri* carmine vernaculo redditam p. 229. sequ.

et *Schlaegeri* Diss. de *Diana* λυσιζώνῳ p. 32. sequ. ubi etiam hebr. כּוּמָז Num. XXXI, 50. cum Targumista de *strophio mamillas coercente* interpretatur.

ΣΤΗ͂ΘΟΣ, *pectus*. גָּחוֹן. *Aqu.* Lev. XI, 42. Vox hebr. *partem inferiorem corporis reptilium, qua terram tangunt,* denotat. – חֲדִי chald. Dan. II, 32. – לֵב, *cor.* Exod. XXVIII, 23. 26. Adde *Theodot.* Ierem. XXXI, 33. – לוּחַ לֵב, *tabula cordis. Symm.* Prov. III, 3. coll. VII, 3. – נַחַר, *rhonchus.* Iob. XXXIX, 20. Sc. نحر est *pars pectoris superior prope iugulum et claviculam.* Caeterum Iobi l. l. loco δόξα δὲ στηθέων αὐτοῦ τόλμη in cod. *Alex.* rectius legitur: δόξῃ στηθέων αὐτοῦ τόλμην.

ΣΤΗΘΥ'ΝΙΟΝ, *pectusculum*. חָזֶה, *pectus*, pars corporis anterior et exstantior, speciatim *pectus brutorum.* Vid. *Amralkeis Moall.* v. 63. Exod. XXIX, 26. 27. Levit. VII, 20. 21. et alibi saepius. Reperitur quoque apud *Inc.* Levit. VII, 13. ubi nihil in textu hebr. legitur. Videtur autem e sequentibus huc translatum esse, ubi τοῦ חָזֶה mentio fit. A *Polluce* II, 162. explicatur τῶν στηθῶν τὸ μέσον. Conf. *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 194.

**ΣΤΗ'ΚΩ*, *firmiter sto.* הִתְיַצֵּב Hithp. a יָצַב. Sec. cod. *Alex.* et ed. *Compl.* Exod. XIV, 13. στήκετε, *fortes, animosi estote.* Reliqui libri habent στῆτε. Confer *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΣΤΗ'ΛΗ, *lapis e terra exstans, qui vel munitionis gratia, vel in signum erectus est,* deinde *quidquid ad rei monumentum ac memoriam erigitur, s. statua sit, s. pyramis s. columna s. sepulcrum s. altare s. lapis impolitus,* i. q. *titulus.* Conf. *Cuperum* in notis ad *Lactantium* p. 176. אוֹב, *pytho. Al.* 2 Reg. XXI, 6. στήλην. Vide infra s. τέμενος. – בָּמָה, *excelsum.* Levit. XXVI, 30. Num. XXII, 41. XXXIII, 52. – בַּעֲלֵי בָמוֹת, *domini excelsorum.* Num. XXI, 28. Sed ibi στήλας tantum hebr. בָּמוֹת respondet, ac ad בַּעֲלֵי pertinet κατέπιε, quod vide supra. – מִזְבֵּחַ, *altare.* 2 Par. XXXIII; 3. – מוֹשָׁב, *sedes.* Ezech. VIII, 3. – מַצֵּבָה : מַצֶּבֶת, *titulus, monumentum.* Gen. XXVIII, 18. 22. XXXI, 13. XXXV, 14. et alibi saepius. – נְצִיב. Gen. XIX, 26. – עַמּוּד. Ierem. XXVII, 19. – *קָדֵשׁ, *scortum masculum, cinaedus. Inc.* 1 Sam. XV, 12. τὰς στήλας. Forte legit קְרָשִׁים, a קֶרֶשׁ, *asser, tabula, trabs secta.* Coniici quoque posset κύνας, quae vox apud Graecos eodem modo de *cinaedis s. scortis masculis* adhibetur, ut hebr. קָדֵשׁ. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* Sed nihil mutandum videtur, modo στῆλαι h. l. explicentur de *columnis in honorem idolorum exstructis*, ut adeo partem pro toto, seu speciem pro genere posuerit. Nam קֳדָשִׁים in universum *omnes res sanctas, cultui divino s. religioso destinatas* significat.

ΣΤΗΛΟΓΡΑΦΙ'Α, *tituli inscriptio*, *inscriptio in columnam vel cippum*. מִכְתָּם, *aureolum*, *aureum* κειμήλιον. Ps. XV, 1. LV, 1. LVI, 1. et alibi in inscriptionibus Psalmorum. *Cappellus* in *Crit. S.* p. 574. vult, eos legisse מִכְתָּב, *inscriptio lapidaris*, sed rationem huius interpretationis ex usu verbi כָּתַם apud *Syros* reddit *I. D. Michaelis Colleg. Crit. in Ps.* XVI. p. 44. et in *Supplem.* ad *Lex. hebr.* n. 1243. Conf. quoque *Vriemoet Obss. Miscell.* p. 204. et *Iablonski Pantheon Aegypt.* V. c. 5. §. 13. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* στηλογραφία, φανέρωσις ἐσομένων.

ΣΤΗΛΟ'Ω, *cippum*, *columnam erigo*, *statuo*, *stabilio*, et Στηλόομαι, *affigor alicui rei*, *ita ut ab ea non discedam*, *immotus sto instar cippi*, vel simpliciter *sto*. Metaphorice: *affigor alicui rei*. נִצַּב, הִצִּיב et הִתְיַצֵּב, Niph. Hiph. et Hithp. a יָצַב. Iud. XVIII, 16. ἐστηλωμένοι παρὰ τὴν θύραν τοῦ πυλῶνος, *firmiter stantes* ad ostium portae. Vide et v. 17. 1 Sam. XVII, 16. ἐστηλώθη ἐνώπιον Ἰσραήλ, *stabat* coram Israel. *Aqu.* Psalm. XLIV, 11. ἐστηλώθη ἡ βασίλισσα ἐκ δεξιῶν σου, *stat* regina a dexteris eius. Usus est his verbis, ut *proceritatem et maiestatem corporis* indicaret. *Hesych.* ἐστήλωτο, εἱστήκει. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐστηλώθη, ἐπάγη, ἡδράσθη. 2 Sam. XVIII, 17. ἐστήλωσεν ἐπ' αὐτὸν σωρὸν λίθων μέγαν, *erigebat* super illum acervum lapidum magnum. Vide et 2 Reg. XVII, 10. 2 Sam. I, 18. *Aqu.* Ps. XXXVIII, 6. *Aqu. Theod.* Ps. LXXII, 17. – *נְצִיב, *praefectus*, *princeps s. praeses provinciae*. *Ino.* sec. *Cod. Coisl.* 2. 2 Sam. VIII, 14. καὶ ἔθηκεν ἐστηλωμένην. Cum iam praecesserit versio alia, ad eadem verba hebraica pertinens, nempe καὶ ἔθηκε φρουράς, sponte apparet, continere haec verba versionem alius interpretis, sine dubio *Aquilae*, qui supra v. 6. eandem vocem per ἐστηλωμένους reddidit, respiciens nempe propriam verbi נָצַב notionem. Conf. *Simonis Lex. hebr.* s. v. נְצִיב p. 1045. Post ἐστηλωμένην autem supplendum erit φρουρὰν, nisi quis ἐστηλωμένους reponere malit. *Montfauconius* autem ἐστηλωμένην transtulit *praesidium*, nempe *fixum*, *quod in certo ac constituto loco semper manet*. *Vulgatus* נְצִיבִים h. l. per *custodes* interpretatus est. – עָמַד, *sto*. 2 Sam. XVIII, 30. ubi στηλοῦσθαι non simpliciter *stare*, sed *immotum stare*, *de loco suo non moveri* notat. – צְבִי, *decus*, *gloria*. 2 Sam. I, 19. στήλωσον ἰσραὴλ, erige Israeli columnam, h. e. monumentum s. pyramidem in eorum memoriam perpetuumque monumentum. Hoc nempe honore sunt dignissimi. Legerunt הַצִּיב (imp. Hiph. a נָצַב, *posuit*, *statuit*, unde מַצֵּבָה, *statua*.), sive הַצַּב, sive adeo in foeminino הַצְבִי. Conf. *Grabii Proleg. in LXX* T. II. c. 4. §. 2.

ΣΤΗ'ΛΩΜΑ, *columna*. מַצֵּבָה, idem. 2 Sam. XVIII, 18. sec. *Alex. Theod.* Ies. VI, 15. – מַצָּב. *Aqu.* Iud. IX, 6.

ΣΤΗ'ΛΩΣΙΣ, *statio*, *erectio columnae*, etiam *columna ipsa*. מַצֵּבָה. *Aqu.* Ies. VI, 13.

ΣΤΗ'ΜΩΝ, *stamen*, *filum tendens per longitudinem telae*. קָרַחַת, *calvities*. Levit. XIII, 55. ἢ ἐν τῷ στήμονι. Ita interpretati sunt ex aliis huius capitis locis. – שְׁתִי. Levit. XIII, 48. 49. 56. et alibi.

***ΣΤΗ͂Ρ**, idem quod στέαρ. Hist. *Bel* et *Drac*. v. 27. sec. cod. *Alex*. Similis vox est κῆρ pro κέαρ.

ΣΤΗ'ΡΙΓΜΑ, *firmitas*, *firmamentum*, *fulcrum*. אַיִל, *superliminare*. *Aqu*. Ezech. XLI, 5. – אמונים plur. ex אֵמוּן, *fidelitates*, *fideles*. 2 Sam. XX, 19. – הָמוֹן, *multitudo*. 2 Reg. XXIV, 31. τὸ λοιπὸν τοῦ στηρίγματος, ubi alii λαοῦ habent, qui h. l. στήριγμα dicitur, quia eo nititur salus ac potentia reipublicae. – יָתֵד, *paxillus*. Esdr. IX, 8. – מַטֶּה, *virga*, *baculus*. Ps. CIV, 16. στήριγμα ἄρτου, fulcrum panis. Vide et Ezech. IV, 16. et V, 16. *Theodoretus* ad Psalm. l. c. et ex eo *Suidas*: *στήριγμα ἄρτου, οὐ μόνον σῖτος καὶ κριθὴ, ἀλλὰ πᾶν τὸ τρέφειν δυνάμενον*. De *omnibus vitae adminiculis* στήριγμα quoque legitur Ezech. XIV, 13. De *potentia* s. *prospero rerum statu* ibid. VII, 11. – מַשְׁעֵן, *scipio*. *Symm*. Ies. III, 1. – פִּסַּת בָּר, *particula frumenti*. Ps. LXXI, 16. ubi post στήριγμα fortasse excidit vox σίτου aut ἄρτου, ut στήριγμα σίτου aut ἄρτου sit i. q. Ps. CIV, 16. מַטֵּה לֶחֶם, ac στήριγμα positum sit pro ῥυμῷ s. *baculo crassiori*. Conf. *Casaub*. et *Iungermann*. ad *Pollucis Onom*. lib. X. segm. 157. *Grotius* coniicit, legendum esse σίτου δράγμα, h. e. *tritici tantum*, *quantum manu sumi potest*. *Meibomius* denique ad *Ps. Dav. Duodecim* p. 56. LXX σιτηρέσιον scripsisse iudicat. *Vulg*. habet *firmamentum*, pro quo nonnulli *frumentum* legere malunt. Sed *Chaldaeus* quoque *fulcimentum* habet, ut adeo στήριγμα sit *abundantia frumenti*, *vitae firmamentum et columen*. Chald. פַּס *certum reddere*, *firmare*, *fulcire* notat. *Suidas*: *στήριγμα ἄρτου, οὐ μόνον σῖτος καὶ κριθὴ, ἀλλὰ πᾶν τὸ τρέφειν δυνάμενον*. Vide *Opuscula Critica* p. 229. sequ. – תָּא, *thalamus*, *excubitorium*. *Aqu*. Ezech. XL, 7. 12. In notione *auxilii* ac *liberationis* legitur Sirac. III, 34. ἐν καιρῷ πτώσεως αὐτοῦ εὑρήσει στήριγμα. Tob. VIII, 8. Eva στήριγμα dicitur, h. e. *firmum ac fidele praesidium*. Videndum tamen est, annon ibi στήριγμα cum βοηθὸν coniungendum, ac per Hendiadyn explicandum sit de adiutrice, socia ac comite vitae, in qua summam animi fiduciam habere poterat ac debebat. *Syrus* aeque ac *Vulgatus* h. l. στήριγμα prorsus omisit. 1 Macc. II, 43. ubi sermo est de *copiis auxiliaribus*.

ΣΤΗΡΙΓΜΟ'Σ, *fulcimentum*, *stabilimentum*. מַשְׁעֵנָה, idem. *Symm*. Ies. III, 1. Conf. 2 Petr. III, 17. *Suidas*: *στηριγμὸς*, *ἑδρασμός*.

ΣΤΗΡΙ'ΖΩ, *firmo*, *obfirmo*, *stabilio*, *fulcio*. *אָמוֹן, *nutricius*. *Symm*. *Theod*. Prov. VIII, 30. ἐστηριγμένη. E notione *firmandi*, quam habet אָמַן. – אֱמוּנָה, *firmitas*. Exod. XVII, 12. ἐγένοντο αἱ χεῖρες μωϋσέως ἐστηριγμέναι, manus Mosis *fir-*

miter ac fideliter erectae stabant, nec demittebantur. Confer supra s. v. πίστις. – אֹמְנוֹת plur. *antae.* 2 Reg. XVIII, 16. – הִצִּיב: הִצַּב, Hiph. et Hoph. a נָצַב. Gen. XXVIII, 12. κλίμαξ ἐστηριγμένη ἐν τῇ γῇ, scala *firmiter stans* in terra. *Hesych.* στηριγμένον, ἱστάμενον. Prov. XV, 26. ἐστήρισε ὅριον χήρας, *firmavit* fines viduae. Prov. XV, 26. – הִסְתַּפֵּחַ Hithp. a סָפַח, *adhaeresco.* 1 Sam. XXVI, 19. – הִפִּיל Hiph. a נָפַל, *cadere facio.* Ierem. III, 12. οὐ μὴ στηρίσω πρόσωπόν μου ἐφ' ὑμᾶς, non *obfirmabo* faciem meam adversus vos. – *הֵקִים Hiph. a קוּם. *Inc.* Levit. XXVI, 9. Vide infra s. v. στρῆξις. – *חָיָה. *Inc.* Hos. XIV, 8. στηριχθήσονται, vino se *recreabunt et confortabunt.* Vide supra s. v. μεθύομαι, ac στήριγμα. – *חֶבְיוֹן, *abscondo.* Hab. III, 3. στηρίξαι. Legerunt הָכִין, vel aliquid simile, a verbo כּוּן. – *חָקַק. *Symm.* Ies. XLIX, 16. ubi στηρίζειν *insculpere, firmiter inscribere* notare videtur. – *נְטַר, chald. *conservo.* Dan. VII, 28. sec. cod. *Chis.* τὸ ῥῆμα ἐν καρδίᾳ μου ἐστήριξα. – נָתַן, *do.* Ezech. XIV, 8. στηριῶ τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὸν ἄνθρωπον, *obfirmabo* faciem meam adversus hominem. Vide et Ezech. XV, 7. – סָמַךְ, *fulcio, sustento.* Gen. XXVII, 37. σίτῳ καὶ οἴνῳ ἐστήριξα (alii ἐστερέωσα) αὐτόν. Ps. L, 13. CX, 7. *Aqu.* et LXX Cant. II, 5. *Aqu.* Ies. XXVI, 2. – סָעַר, idem. Iud. XIX, 5. στήρισον τὴν καρδίαν σου κλάσματι ἄρτου, *suffulci* stomachum tuum frusto panis. Conf. notata in v. καρδία, et *Thucydidis* locum lib. II. p. 63. ed. *Steph.* Ps. CIII, 17. ἄρτος καρδίαν ἀνθρώπου στηρίζει, panis stomachum hominis *suffulcit.* – *עַל, *super.* *Theod.* et *LXX* Iud. XVI, 29. Conf. supra s. v. ἵστημι, et ἐπιστηρίζω. – *עָצָה, *claudo.* Prov. XVI, 30. Sermo ibi est de oculis, quos qui claudit, etiam firmare, h. e. impedire, quo minus vagentur, dici potest. Vide supra s. στερεόω. Praeterea عصي est *induruit*, unde עָצֶה, *spina dorsi.* Conf. *Simonis Lex. hebr.* p. 1233. – פַּחַתַת, *corrosio.* Lev. XIII, 55. ἐστήρικται. Libere transtulerunt, sensu tamen eodem. – שׂוּם: הֵשִׂים, Kal et Hiph. *pono.* Ierem. XXI, 10. ἐστήριξα τὸ πρόσωπόν μου ἐπὶ τὴν πόλιν ταύτην, *obfirmavi* faciem meam adversus hanc urbem. Vide et Ezech. VI, 2. XIII, 17. (*Symm.*) XXI, 6. XXIX, 2. et conf. *Vorstium Philol. Sacr.* P. II. c. 39. p. 284. sequ. *Al.* Amos. IX, 4. στηριῶ ὀφθαλμούς μου ἐπ' αὐτοὺς εἰς κακά, *obfirmabo* oculos meos adversus illos ad mala, h. e. ad eos perdendos intentus ero. – תָּמַךְ, *sustento.* Exod. XVII, 2. – תָּקַע, *figo.* Ies. XXII, 25. 1 Macc. II, 17. ἐστηριγμένος ἐν υἱοῖς καὶ ἀδελφοῖς, *munitus* filiis et fratribus, h. e. *Drusio* interprete, *firmatus, stipatus.* Ibid. v. 49. ἐστηρίχθη, *invaluit, maximam vim obtinuit.* *Hesych.* στηρῖξαι, στῆσαι, ἐνερεῖσαι, ἁρμόσαι, ἐγγίσαι, κρύψαι. Sir. XIII, 25. στηρίζεται, *confirmatur,* h. e. *succurritur ei consilio et auxilio.* Sir.

XXIV, 10. *ἐστηρίχθην*, *firmam sedem accepi s. fixi.* 1 Macc. XIV, 14. *ἐστήριξεν*, *sublevavit.*

ΣΤΙΒΑΡΟ'Σ, *densus*, *spissus*, *crassus*, it. *gravis*, *firmus*, *robustus*, *validus.* כָּבֵד, *gravis.* Ezech. III, 6. *στιβαροὺς τῇ γλώσσῃ*, *graves* lingua. *Hesych.* *στιβαρὸν*, *εὔρωστον*, *βαρὺ*, *εὔτονον*, *στεῤῥὸν*, *ἰσχυρόν.*

ΣΤΙΒΑΡΩ͂Σ, *dense*, *spisse*, *graviter*, *firmiter.* עַבְטִיט, *densum lutum.* Hab. II, 6. ubi *στιβαρῶς* de iis dicitur, quibus in luto eundum est, ita ut vix pedes extrahere possint. *Arabs* legisse videtur *ὡς βαρέως*, quasi in gravitate. Vide quoque supra s. *βαρύνω.*

ΣΤΙΒΑ'Σ, *stibas*, *culcita*, *stratum.* טוּר, *ordo*, *series*; etiam *septum*, *paries.* *Aqu.* Ezech. XLVI, 23. (Equidem coniicio legendum *στιχάδες.* Vide infra s. v. *στίχος.*) Conf. *Aelianum V. H.* IX, 24.

ΣΤΙ'ΒΗ, *ros matutinus*, *frigore concretus et condensatus*, secundum alios vero: *stibium*, *fucus*, *quo oculos nigros reddere solent*, quod tamen rectius *στίβι* scribi videtur. פּוּךְ, *fucus*, *stibium.* Ierem. IV, 30. *ἐὰν ἐγχρίσῃς στίβῃ τοὺς ὀφθαλμούς σου*, si unxeris stibio oculos tuos. *Hesych.* *στίβη*, *ἀράχνη* (legendum videtur *ἡ τάχνη* ex *Suida*), *καὶ χρῶμα μεταλλικὸν μέλαν.* Cod. *Alex.* Ierem. l. c. pro *στίβῃ* habet *στίμῃ.* *Rom.* *στίβι.* *Chrysostomus* autem legit *στίβει.* Sic enim in *Catena Ghislerii* in Ierem. p. 427. *τὸ δὲ, ἐὰν χρίσῃς στίβει*, *τὸ μέλαν λέγει*, *ᾧ ἐπιχρωννύειν τοὺς ὀφθαλμοὺς εἰώθασιν αἱ γυναῖκες.* Alexandrinos *ει* pro *η* scripsisse docuit *Sturzius* de *lingua Maced. et Alex.* p. 119. *Clemens Alex. Paed.* lib. III. c. 2. p. 220. *στίμμι* exhibet. *Dioscorides* lib. V. c. 99. *τοῦτο οἱ μὲν στίβι*, *οἱ δὲ πλατυόφθαλμον*, *οἱ δὲ στίμμι ἐκάλεσαν.* Hinc vox *στιμμίζομαι*, de qua vide infra. *Ionice* *στίμμιν* apud *Pollucem* lib. V. segm. 101. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* dicitur *στίμις*, et exponitur: *τὸ μέλαν χρῶμα*, *ὃ βάλλουσιν αἱ γυναῖκες ἐν τοῖς ὀφθαλμοῖς*, *τὸ λεγόμενον χωλᾶν.* Conf. v. *στίμις* infra, ac *Trilleri Obss. Critt.* p. 404. Plura vero de hoc oculorum fuco vide apud *Spanhemium* in *Hist. Iobi* c. 15. §. 11. *Casaubonum* in *Athenaeum* lib. XII. c. 2. et *Conr. Mel Epist. de lapide* פּוּךְ ad Ies. LIV, 11. in *Bibl. Brem.* Cl. VIII. p. 793. sequ. Scribitur quoque *στίβει* in *Cod. Syr. Hex. Mediol.* Ierem. IV, 30.

ΣΤΙΒΙ'ΖΟΜΑΙ, *stibio lino*, *fuco.* כָּחַל, *fuco.* Ezech. XXIII, 40. *ἐστιβίζου.* — הָשִׂים בַּפּוּךְ, *pono in stibio.* 2 Reg. IX, 30. sec. ed. *Ald.* *ἐστιβίσατο τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῆς*, ubi Cod. *Vat.* *ἐστιμμίσατο*, *Alex.* *ἐστιβείσατο*, *Compl.* vitiose *ἐστιβάσατο.* Conf. ad h. l. *Grotium.* Adde *Euseb. H. E.* V, 18.

ΣΤΙ'ΓΜΑ, *stigma*, *signum impressum*, *punctum.* נְקֻדָּה, *punctum.* Cant. I, 10. *μετὰ στιγμάτων τοῦ ἀργυρίου*, *vermiculatos argento.* *Hesych.* *στίγματα*, *πληγαί*, *ποικίλματα.*

ΣΤΙΓΜΗ', *punctum*, it. *momentum*. פֶּתַע, *repente*. Ies. XXIX, 5. *καὶ ἔσται ὡς στιγμὴ παραχρῆμα*, eritque ut *momentum* confestim. 2 Macc. IX, 11. *κατὰ στιγμὴν* (sc. *ἑκάστην*) *ἐπιτεινόμενοι ταῖς ἀλγηδόσι*. *Latinus* reddit: *per momenta singula doloribus suis augmenta capientibus*. Ita Luc. IV, 5. *ἐν στιγμῇ χρόνου*, in *momento* temporis.

ΣΤΙΚΤΟ'Σ, *punctatus*, *impressus*. קַעֲקַע, *stigma*. Lev. XIX, 28. *γράμματα στικτὰ οὐ ποιήσετε ἐν ὑμῖν*, literas *impressas* non faciatis in vobis.

ΣΤΙΛΒΗ', *splendor*. צָהֹב, *flavus*. *Symm.* Lev. XIII, 36. Lapilli flavi etiam splendidi dici possunt.

ΣΤΙΛΒΟ'Σ, *splendidus*, *candidus*, *lucidus*. צַחַר, *candor*, *nitor*. Ezech. XXVII, 18. *ἔρια στιλβὰ*, lanas *candidas*.

ΣΤΙΛΒΟ'Ω, *lucere*, *coruscare facio*, *splendidum reddo*. לָטַשׁ, *acuo*, etiam *polio*. Ps. VII, 13. *τὴν ῥομφαίαν αὐτοῦ στιλβώσει*, gladium suum coruscare faciet. Sensum expresserunt: nam gladius, qui acuitur, splendorem accipit. *Hesych.* *στιλβῶσαι*, *ἀπαστράψαι*.

ΣΤΙ'ΛΒΩ, *splendeo*, *luceo*, *corusco*. בָּרָק, *fulgor*. Ezech. XXI, 28. — הִצְהִיל Hiph. *Symm.* Ps. CIII, 15. *τοῦ στίλβειν πρόσωπον ἐν ἐλαίῳ*, ut *fulgeat* facies oleo. Legit, ni fallor, הִצְהִיר aut הִצְחִיב. Sic *Paris Homero* Il. γ', v. 392. dicitur *κάλλει* (h. e. exponente *Hesychio*, *τῷ μύρῳ τῷ τῆς Ἀφροδίτης*) *στίλβων*, unguento *fulgens*. Plura eiusmodi loca ad illustrandam *Symmachi* versionem attulit *Suicerus Thes.* T. I. p. 1079. — לַהַב, *flamma*. Nahum. III, 3. *στιλβούσης ῥομφαίας*, *coruscante* gladio. — מֻצְהָב part. Hoph. a צָהַב, *fulgens*. Esdr. VIII, 26. — צָחֹר, *candidus*. *Aqu.* Iud. V, 10. *στιλβουσῶν*. — קָלָל, *tersus*. Dan. X, 6. Adde Ezech. XL, 3. ubi nihil est in textu hebr. 3 Esdr. VIII, 57. coll. Esdr. VIII, 27. ubi hebr. מֻצְהָב respondet, quod *fulvum et aureum colorem* designat. Adde Ep. Ierem. v. 23. 1 Macc. VI, 39. *ὡς δὲ ἔστιλβεν ὁ ἥλιος*.

ΣΤΙ'ΛΒΩΣΙΣ, *politio*, *qua aliquid nitidum redditur et splendidum*, *nitor*, *splendor*, *fulgor*. בָּרָק, idem. Ezech. XXI, 10.

ΣΤΙΛΠΝΟ'ΤΗΣ, idem. יִצְהָר, *oleum*. *Aqu.* Deut. VII, 13. et Zach. IV, 14. Vox hebr. descendit a radice inusitata צָהַר, quae, ut זָהַר, habuit *splendendi* notionem.

ΣΤΙ'ΜΙΣ, *stibium*. פּוּךְ, *fucus*, *stibium*. *Aqu.* *Symm.* Ies. LIV, 11. *στίμει*, ubi vid. *Montf.* *Moeris*: *Στίμις*, *Ἀττικῶς*. *Στίμι* *Ἕλληνες*. Sic enim legendum pro *στιμὶς* et *στίμη*. Vide supra in *στίβη* ac *Sturz* de *dial. Maced.* p. 112.

ΣΤΙΜΜΙ'ΖΟΜΑΙ, *stibio me lino*, *fuco me*. כָּחַל, idem. *Al.* Ezech. XXIII, 40. *ἐστιμμίζου*. — הֵשִׂים בַּפּוּךְ, *pono in stibio*. LXX sec. cod. *Vat.* 2 Reg. IX, 30. *ἐστιμμίσατο*. Vide supra s. *στιβίζομαι*. *Suidas*: *ἐστιμμίσατο*, *τοὺς ὀφθαλμοὺς*

αὐτῆς ἐκαλλωπίσατο. De voce *στίμμι* vid. *Coray* ad *Heliodor.* p. 355. ac *H. Stephani Thes. l. gr.* (ed. *Lond.*) T. I. Vol. 2. p. 349. sequ.

ΣΤΙΠΠΥ'ΙΝΟΣ, *stupeus*, *ex stupa confectus.* פִּשְׁתָּה, *linum.* Lev. XIII, 47. 59.

ΣΤΙΠΠΥ'ΟΝ, *stupa*, *stipula.* פִּשְׁתִּים plur. *Incert.* Lev. XIII, 48. XXVI, 26. *Al. Cant. tr. puer.* v. 17. Unde *Gloss. MS. in Cantica Script.* *Στιππύον*, *καλάμη*.

ΣΤΙ'ΦΟΣ, *cohors militum*, *turma.* דָּגַל, *vexillum erigo. Symm.* Cant. VI, 9. *μετὰ στίφους*, hebr. כַּנִּדְגָּלוֹת, *ut vexillatae s. castra cum vexillis. Suïdas: στῖφος, τάξις πολεμικὴ ἢ φάλαγξ, συστροφὴ, πλῆθος, σύστασις.* Ita bene *Küsterus* pro *πλῆτος συστάσεων.*

ΣΤΙΧΙ'ΖΩ, *ordino*, *in ordinem dispono.* אַתִּיק, *peristylium.* Ezech. XLII, 2. *ἐστιχισμένοι.*

ΣΤΙ'ΧΟΣ, in universum *ordo*, *series.* In re militari est *decuria*, in re rustica *ordo arborum et vitium*, in libris *versus*, *lineae*, *periodi* etc. a *στείχω*, *ordine eo.* אַתִּיק, *peristylium. Al.* Ezech. XLII, 2. *κατὰ στίχον.* - טוּר. Exod. XXVIII, 17. 18. XXXIX, 8. 1 Reg. VI, 35. - מִלּוּאָה, *impletio.* Exod. XXVIII, 20. *Hesych.* *στίχος, περίπατος.* Idem: *στίχους, τάξεις, πλήθη, ἢ τόποι τῶν στρατευμάτων.* Conf. *Suiceri Thes.* T. II. p. 1025.

ΣΤΟΑ', *porticus.* אַתִּיק, *peristylium.* Ezech. XLII, 2. - בִּנְיָן, *aedificium magnum. Al.* Ezech. XLII, 5. *στοαί.* - *מֵאֵת, *ex.* 1 Reg. VI, 33. sec. cod. *Alex.* *στοαὶ τετραπλῶς*, porticus in quadratam formam. Legerunt מְזוּזוֹת vel מְזֻזוֹת, *angulorum. Hesych.* *στοαὶ, τὰ ταμεῖα καὶ* (forte legendum est ἃ) *ἐπιμήκη εἰσίν.*

ΣΤΟΙΒΑ'ΖΩ, *congero*, *coagmento*, *construo*, *stipo.* עָרַךְ, *dispono*, *ordino*, etiam *sterno. Inc.* et LXX Lev. I, 7. *στοιβάσουσι ξύλα ἐπὶ τὸ πῦρ*, *congerent* ligna ad ignem Vide et v. 8. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *στοιβάσουσι, σωρεύσουσι, βουνίσουσι.* MS. vitiose *βουσίσουσι.* Unde apud *Hesychium* pro *στοβάσουσι* bene reponitur *στοιβάσουσι*, quod pariter ibi *σωρεύσουσι* exponitur. 1 Reg. XVIII, 33. *ἐστοίβασε τὰς σχίδακας ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον*, *congerebat* ligni assulas super altare. *Lat. interpr. composuit ligna.* Vide et Lev. VI, 12. *Al.* Ios. II, 6. *ἔκρυψεν αὐτοὺς ἐν τῇ λινοκαλάμῃ τῇ ἐστοιβασμένῃ αὐτῇ ἐπὶ τοῦ δώματος*, occultabat illos sub lini stipula, *coagmentata* ipsi in tecto. *Hesychius: ἐστοιβασμένη, συγκειμένη, σύνθεσις.* In *Gloss.* in *Octat.* sine distinctione legitur *συγκειμένη σύνθεσις*, *quae una iacet coagmentatio. Theod.* Prov. IX, 2. *ἐστοίβασεν*, *cumulabat.* Id. Ps. XLIX, 22. *στοιβάζω*, *certo quodam ordine dispono*, et metaphorice *convinco aliquem peccatorum*, scil. diligenti eorum enumeratione. - רִפֵּד Pih. *substerno.* Cant. II, 5. *στοιβάσατέ με ἐν μήλοις*, *stipate* me malis, ubi *Schol.* ed.

Rom. περικυκλώσατέ με, quae est ipsa versio *Symmachi.* — *רְתָמִים, *genistae. Symm.* Ps. CXIX, 4. ἐστοιβασμένων, *aggestorum.* Respexit etymologiam vocis רָתַם, quae notat ex usu l. arab. رتم, *ligare, colligare, iungere.* Mich. III, 1. Habuit itaque pro participio huius verbi. Doct. *Clarisse* in *Psalmis quindecim* Hammaaloth *philologice et critice illustratis* (L. B. 1819. 8.) p. 56. nescit, sensumne tantum expresserint, an vero de στοιβῇ, *herba quadam aculeata,* cogitaverint. *Suidas:* στοιβάζω, συνάγω.

ΣΤΟΙ'ΒΑΣΙΣ, *strues.* מַעֲרָכָה, *dispositio, strues. Inc.* Lev. XXIV, 6. *Scharfenbergio* ad h. l. στοιβάσει videtur esse futurum verbi στοιβάζειν, h. l. *apponere, exstruere, (Cic. Quaest. Tusc.* V, 21. *mensae conquisitissimis epulis exstruebantur)* atque potius referendum ad שׂוּם. Est enim στοίβασις substantivum dubiae auctoritatis, de quo tacent Lexicographi veteres et recentiores. Caeterum pro στοιβάσεις reponendum esse στοιβάσει iubet verbum hebraicum.

ΣΤΟΙΒΗ', *acervus, strues, congeries,* item *genus herbae, qua in exstruendis stibadiis et toris utebantur, quaque tomenti loco culcitras farciebant.* גָּדִישׁ, *acervus,* vel *meta frugum in congeriem collectarum. Complut. Ed. et Theod.* Iud. XV, 5. *manipulus.* Conf. *Bocharti Hier.* P. I. lib. III. c. 13. p. 854. — נַעֲצוּץ, *vepretum. Symm.* et LXX Ies. LV, 13. ἀντὶ τῆς στοιβῆς ἀναβήσεται κυπάρισσος, pro *stoebe* crescet cupressus. *Plinius* lib. XXI. c. 15. *stoeben* inter herbas sponte nascentes et aculeatas refert, et haec de illa habet: *Quaedam in folio habent* (spinam) *et in caule, ut phleos, quod aliqui stoeben appellavere.* Vide quoque *Dioscoridem* IV, 12. — עֲרֵמָה, *acervus.* Ruth. III, 7. ἦλθε κοιμηθῆναι ἐν μερίδι τῆς στοιβῆς. *Bielius* transtulit: *venit, ut dormiret in parte acervi segetis. Cappello Crit. S.* p. 609. legisse videntur עֲרֻשָׁה, nam עֶרֶשׂ est *stratum, sponda lecti:* ubi *Scharfenbergius* monet, στοιβὴν h. l. esse *acervum manipulorum. Vulg. iuxta acervum manipulorum.* Sed στοιβή potius notat *herbas idoneas ad culcitras et tomenta,* item: *compositionem talium herbarum, frondium aut similium pro strato vel lectulo. Gloss. Cyrilli:* στοιβή, *stipatio, stramentum.* Iam LXX, quia viderunt, sermonem esse de Boaso agente in messe, et in area cubitum se conferente, per עֲרֵמָה, *acervum, cumulum,* intellexerunt *huiusmodi stramentum* s. *stratum ex culmis frumenti aut stramine in eum finem, ut fieri solet a rusticantibus, coacervatum et compositum. Hesych.* στοιβή, σύνθεσις, καὶ εἶδος χόρτου.

ΣΤΟΙΧΕΙ͂ΟΝ, *elementum, principium.* Sap. VII, 18. XIX, 17. 4 Macc. XII, 13. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Στοιχεῖα. Ἀθηναῖοι μὲν γράμματα. γραμματικοὶ δὲ πῦρ, ὕδωρ, ἀέρα,

γαῖαν, ἀφ' ὧν τὰ σώματα. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* ac *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 195.

ΣΤΟΙΧΕΙ'ΩΣΙΣ, *primorum elementorum et rudimentorum traditio, formatio ex primis elementis.* 2 Macc. VII, 22. τοῦ ἑκάστου στοιχείωσιν οὐκ ἐγὼ διεῤῥύθμισα, *aptam uniuscuiusque ex principiis suis formationem* (seu *formationem in utero materno factam.*) non ego institui. *Suidas:* στοιχείωσις, ἀκριβεστάτη ἐπιτομὴ, ἡ πρώτη μάθησις, ἤτοι διάταξις. ubi vide *Ernestium. Hesych.* στοιχείωσις, διατύπωσις, ἡ πρώτη μάθησις. Conf. *Suidam Thes. Eccl.* T. II. p. 1040.

ΣΤΟΙΧΕ'Ω, *recte, bene procedo.* כָּשֵׁר, *rectus sum.* Cohel. XI, 6. οὐ γινώσκεις, ποῖον στοιχήσει, ἢ τοῦτο ἢ τοῦτο, non cognosces, quale *bene sit processurum*, num hoc vel illud. Conf. *Salmasium de modo usurarum* p. 519. et *Theophr. Hist. plant.* III, 6.

ΣΤΟΙΧΙ'ΖΩ, *ordine dispono.* אַתִּיק, *peristylium.* Al. Ezech. XLII, 2. ἐστοιχισμένοι, ubi alii ἐστιχισμένοι habent. Vide supra s. v. στίχος.

ΣΤΟΛΗ', *stola, toga, vestis oblonga ad pedes usque demissa* (v. c. *regalis, muliebris*, etc.), it. *vestis, habitus, ornatus in genere.* אַדֶּרֶת, *toga magnifica.* Ios. VII, 21. sec. cod. *Oxon.* στολὴν, quae est versio *Aquilae* sec. *Theodoretum*, ubi LXX ψιλὴν habent. Ion. III, 6. – אֵפוֹד, *amiculum humerale.* 2 Sam. VI, 14. 1 Par. XV, 27. – בֶּגֶד, *vestis.* Gen. XXVII, 15. XLI, 42. Exod. XXVIII, 2. et alibi saepius. – בַּד, in plur. בַּדִּים. Ezech. X, 2. 6. 7. – *בַּיִת, *domus.* 2 Reg. XXIII, 7. sec. *Compl.* Vox hebr. etiam *cortinas* notat. Sunt tamen, qui interpretem incertum בַּדִּים legisse putent. – *הוֹעִיל Hiph. a יָעַל, *prosum.* Iob. XXX, 13. ubi pro יֹעִילוּ legisse videntur מְעִילִי, nam מְעִיל est *pallium.* – חֲלִיפָה, *mutatio, vestis mutatoria.* Iud. XIV, 12. 19. – חֲלִיפוֹת בְּגָדִים, *vestes mutatoriae.* Iud. XIV, 13. στολὰς ἱματίων. Quanquam non ignoro, coniunctione vocabulorum idem significantium *varietatem ac diversitatem rerum*, de quibus sermo est, in literis sacris haud raro indicari solere, ut adeo στολαὶ ἱματίων *varia vestimentorum genera* aut *varias stolas ad permutandum necessarias* bene significare possit, tamen me offendit illud στολὰς, et legere mallem διαστολάς. Certe *Inc. Int.* in *Cod. Basil.* habet ἀλλαγὰς στολῶν. Vide tamen infra s. v. עֵרֶךְ. – חֲלִיצָה, *extractio. Inc.* et LXX Iud. XIV, 19. Vox hebr. significat *exuvias*, adeoque de *vestibus hostibus exutis* bene explicari potuit. – כֻּתֹּנֶת, *tunica.* Ies. XXII, 21. – לְבוּשׁ, *vestis.* Gen. XLIX, 11. Esth. VI, 8. 11. Ies. LXIII, 1. – *מַעֲטֶה. Ies. LXI, 3. sec. *Vat.* et *Ald.* ubi tamen pro κατὰ στολὴν legendum videtur καταστολὴν, quod habent ed. *Compl. MS. Oxon. Cyrill. et Theodoretus.* – מְעִיל, *pallium.* 1 Par. XV, 27. Iob. II, 12. – סְאוֹן, *conflictatio.* Ies. IX, 5

στολήν. Legerunt שְׂאוֹן a נָשָׂא, et στολὴ accipiendum est de ornatu et cultu corporis, qui unice in armis consistit. Favet huic lectioni parallelismus sententiarum. – עֹטָה infin. operiendo. Ies. XXII, 17. – עֵרֶךְ, dispositio. Al. Iud. XVII, 10. στολὴν ἱματίων. Vulg. duplicem vestem s. par vestium. Al. ζεῦγος. – שַׂלְמָה, vestis. Iob. IX, 31. – שִׂמְלָה, idem. Gen. XXXV, 2. XLI, 12. Syrus et LXX Gen. XLV, 22. Apud Hesychium στολὴ inter alia exponitur ἔνδυμα καὶ περιβόλαιον. Plura de hac voce vide apud Perizonium not. ad Aelian. V. H. l. III. c. 14. 1 Macc. X, 21. ἡ ἁγία στολὴ, vestis talaris, ornamentum summi sacerdotis proprium. Baruch. IV, 20. στολὴ εἰρήνης, vestis muliebris talaris pretiosa et honorifica, festa et solemnis. 1 Macc. XIV, 9. δόξας καὶ στολὰς, h. e. per hendiadyn vestes splendidas. – Vide alibi ἐξαλλάσσω.

ΣΤΟΛΗΤΗ'Σ, vestiarius, praefectus vestium. מַלְבּוּשׁ, vestis. 2 Reg. X, 23. ubi alii στολιστὴς, et quidem rectius, ut mihi quidem videtur.

ΣΤΟΛΙ'ΖΩ, vestio, stolam induo. לָבַשׁ, vestis. Esth. VIII, 15. ἐστολισμένος. Videntur legisse מַלְבֻּשׁ. – לָבַשׁ in Pyh. et Hiph. Esdr. III, 10. Esther. IV, 4. VI, 9. Dan. V, 7. sec. cod. Chis. 3 Esdr. I, 2. ἱερεῖς ἐστολισμένοι, sacerdotes veste festiva instructi, et sic iam parati et instructi ad sacra administranda, coll. 2 Paral. XXXV, 2. Nam στολὴ est vestis ad pedes usque demissa, qua in V. T. sacerdotes inprimis induti erant. Sic quoque legitur 3 Esdr. VII, 9. et V, 59. ἐστολισμένοι μετὰ μουσικῶν καὶ σαλπίγγων. Iosephus A. I. XI, 4. p. 556. Havero. μετὰ σαλπίγγων οἱ ἱερεῖς ταῖς συνήθεσι στολαῖς κεκοσμημένοι. Vide et Iudith. X, 3. 2 Macc. III, 33.

ΣΤΟΛΙΣΜΟ'Σ, vestitus, amictus, i. e. ipsa actio exornandi et amiciendi veste, vestimentum. בֶּגֶד, idem. Ezech. XLII, 17. – מַלְבּוּשׁ 2 Par. IX, 4. Vide et Sir. XIX, 26. Hesych. στολισμὸς, ἱματισμὸς, κόσμος.

ΣΤΟΛΙΣΤΗ'Σ, vestiarius, praefectus vestium. מַלְבּוּשׁ, vestis. Al. 2 Reg. X, 23. Στολιστὰς fuisse genus sacerdotum Aegyptiorum, multis docuit Sturz de dial. Maced. p. 112. sequ.

ΣΤΟ'ΛΟΣ, commeatus, profectio, iter. Dicitur et de expeditione tam terrestri quam navali: item classis. 1 Macc. I, 19. ἐν ἱππεῦσι καὶ ἐν στόλῳ μεγάλῳ. Vulg. cum copiosa navium multitudine. Syrus στόλον de pompa interpretatus est. Equidem exponere mallem de exercitu terrestri, qui στόλος dicitur παρὰ τὸ εἰς ὀξὺ συνεστάλθαι, teste Schol. ad Prometh. Vinct. 403. Suidas: στόλος καὶ τὸ πεζικὸν στράτευμα. Ἀῤῥιανὸς κ. τ. λ. κυρίως δὲ ὁ ναυτικός. Phavorinus: στόλος, ἡ διὰ θαλάσσης πορεία καὶ τὸ τῶν νεῶν πλῆθος, καὶ ἡ διὰ γῆς πορεία, καὶ αὐτὴ ἡ στρατεία. Idem docet Thomas Mag. p. 811. Lex.

Cyrilli MS. Brem. στόλος, πλοίων πολλῶν ἄθροισις. Vide quoque *I. D. Michaelis* not. ad *Macc.* l. c.

ΣΤΟ'ΜΑ, *os, oris, apertura, introitus, initium, facies, fauces*, it. *acies in gladio.* *אַף. Prov. XI, 2. ubi legeritne פִּי, an στόμα ab explicatione sua ultro addiderit, non decernit *Iaegerus.* - *בֶּטֶן, *venter.* Ezech. III, 3. τὸ στόμα σου φάγεται. Forte legendum est σῶμα. Στόμα et σῶμα saepe confusa reperiuntur in codd. versionis *Alex.* Sic Iob. XX, 25. *Ald.* et *Compl.* στόματος, pro quo *Rom.* et *Alex.* recte σώματος habent. Iud. XIV, 8. in Edit. *Alex.* emendatum σώματι pro στόματι. Adde *Theod.* in Cod. *Alex.* Dan. X, 5. ac conf. *Boissonade* ad *Philostrati Heroic.* p. 446. - בַּיִת, *domus.* 2 Sam. XV, 35. ubi non aliter legisse censendi sunt. - גֵּוָה, *corpus.* Iob. XX, 25. Vide supra s. v. בֶּטֶן. - גְּוִיָּה, idem. Iud. XIV, 8. ubi pro στόματι reponendum nonnullis videtur σώματι. Vide ad h. l. *Scharfenbergium*, *Bochartum Hier.* P. II. lib. IV. c. 12. p. 522. et *Grabii Proleg. in LXX Intt.* T. I. c. 4. §. 1. Sed mihi inanis videtur haec coniectura, ac persuasum potius est, continere lectionem στόματι interpretationem vocis גְּוִיָּה minime improbabilem, ut nempe per metonymiam גְּוִיָּה h. l. de *ore* cadaveris leonis exponendum sit. Partim enim probabilius est, examen apum in ore interfecti leonis fuisse, quam in inferiore parte cadaveris, (amant enim apes cavitates) partim v. 8. גְּוִיָּה a מַפֶּלֶת diserte distinguitur. Praeterea in priore parte v. 9. diserti apud *Inc.* legitur καὶ ἐξεῖλε αὐτὸ (sc. τὸ μέλι) ἐκ τοῦ στόματος τοῦ λέοντος, ubi verbis ἐκ τ. στ. nihil quidem in textu hebr. respondet, satis autem ex iisdem apparet, plurium olim interpretum de hac re fuisse eandem sententiam. - דַּבֵּר *infin. Pih. loqui.* 2 Sam. XIV, 13. De *sermone* στόμα legitur apud *Eurip. Orest.* 383. - חֵלֶב, *adeps.* Ps. LXXII, 7. ubi pro στόματος sine dubio legendum est στέατος. - *חֶרֶב, *gladius. Symm.* sec. marg. cod. 108. *Holmes.* Num. XXXI, 8. στόματι. Sed excidit hic ῥομφαίας aut μαχαίρας. - *יָד, *manus. Theod.* 1 Sam. XVII, 37. Ita fortasse transtulit, quia in antecedentibus mentio facta erat conviciorum, quibus Philistaeus prosciderat aciem Dei vivi. - כַּף, *manus.* Iud. XIV, 9. Libere verterunt. - לֵב, *cor.* Iob. XXIX, 13. στόμα δὲ χήρας με ηὐλόγησεν, os autem viduae me benedixit: ubi in textu hebr. legitur: *cor viduae canere faciebam.* Sensum liberius expresserunt. Nam qui animum alicuius exhilarat, is efficit, ut alter pro eo bona vota faciat, s. eum benedicat. - *מֹף. Nomen proprium urbis *Memphis* dictae. Hos. IX, 6. ἐκ στόματος. Legit מִפֶּה. Vide ad h. l. *Montfauconium.* - *נָוֶה, *habitaculum.* Prov. XXI, 20. *Fischerus Prol.* de *Verss. GG.* p. 189. interpretem suspicabatur reperisse לְפֶה, aut לְפִי, *Grabius* autem obsecutus hebr. בִּנְוֵה restituit δώματος. - *עֲצַב,

dolor. *Aquil.* Ierem. XXII, 28. στόμα. Inter utramque vocem nulla prorsus est convenientia. Num fortasse cum *Grabio* legendum est σῶμα, ut hebr. עצם expresserit? aut σκεῦος, quod apud *Inc.* legitur? *Doederleinius* (*Repert. Eichhorn.* T. I. p. 241.) coniicit legendum ξύσμα, aut τόρνευμα, *quisquiliae*, *ramentum*. *Semlerus* legere mavult πόνημα aut διαπόνημα. — פֶּה et constr. פִּי. Gen. XXIV, 57. ἐρωτήσομεν τὸ στόμα αὐτῆς, interrogabimus *ipsam*. Exod. IV, 16. αὐτὸς ἔσται σου στόμα, ille erit os tuum, h. e. ille tanquam propheta tuus erit, per quem, ut ego per prophetas loquor, loqueris, et voluntatem meam, tibi manifestatam, populo patefacies. Conf. notata supra in v. προφήτης, et Ierem. XV, 19. ubi Dominus ad Ieremiam: ὡς τὸ στόμα μου ἔσῃ. Ad quem locum *Victor* in *Catena Ghislerii*: στόμα δὲ γίγνεται Θεοῦ πᾶς ὁ τοὺς λόγους αὐτοῦ ἀπαγγέλλων. Οὐ γὰρ ὑμεῖς ἐστὲ, φησὶν, οἱ λαλοῦντες, ἀλλὰ τὸ πνεῦμα τοῦ Θεοῦ τὸ λαλοῦν ἐν ὑμῖν. Conf. et Hos. VI, 5. Similiter poetae gentilium στόματα Μουσῶν dicebantur. Sic enim *Theocritus Idyll.* ζ, v. 37. Μοισᾶν καπυρὸν στόμα, *Musarum facundum os*, se ipsum nuncupat. Et *Homerus* Καλλιόπας γλυκερὸν στόμα, *Calliopes dulce os*, audit *Moscho Idyll.* γ', v. 73. Et *Pindarus* Μουσάων ἱερὸν στόμα salutatur *Antipatro* in *Anthol. Epigr.* I, 66. p. 134. Nimirum et illi τὰ πάντα ἐκ Μουσῶν, ut loquitur *Eustathius* ad Il. α', p. 8., cognoscere, et Musae per illos loqui credebantur. Conf. *Platon. Ion.* p. 364. Inde frequentes in exordiis carminum poetarum ad Musas apostrophae, ut res, quas celebrandas sibi sumserant, eloquerentur. Immo etiam poetae *prophetae Musarum* dicti sunt. Vide notata supra in v. προφήτης. Num. XII, 8. στόμα κατὰ στόμα λαλήσω αὐτῷ, *ore ad os*, h. e. *coram*, loquar illi. Conf. 2 Ioh. v. 12. et 3 Ioh. v. 14. Num. XVI, 30. ἀνοίξασα ἡ γῆ τὸ στόμα αὐτῆς, aperiens terra os suum, h. e. *terra dehiscebat.* Vide et Num. XXVI, 10. Deut. XI, 6. et conf. Apoc. XII, 16. Num. XXII, 28. ἤνοιξεν ὁ Θεὸς τὸ στόμα τῆς ὄνου, aperiebat Deus os asinae, h. e. *facultatem loquendi ei dedit.* Conf. Luc. I, 64. et *Vorstii Philol. S.* P. II. c. 37. p. 262. Ios. VIII, 24. ἔπεσον πάντες ἐν στόματι ῥομφαίας, ceciderunt omnes ore, h. e. *acie*, gladii. Vide et Ios. X, 28. 29. 37. 39. Iud. I, 8. 25. *Al.* Deut. XIII, 15. et confer notata in v. προσβόλωσις, et Sir. XXVIII, 18. Luc. XXI, 24. et ad h. l. *Wolfium* p. 748. Hebr. XI, 34. et ad h. l. *Wolfium* p. 768. Sicuti vero Hebraei et iuxta illos Graeci Intt. στόμα ῥομφαίας, ξίφους, μαχαίρας, *aciem* s. *eam partem gladii* appellant, *quae tanquam os homines consumit* (conf. 2 Sam. XVIII, 8. 2 Reg. XI, 25.), ita *Homerus* bello μέγα στόμα tribuit, quod omnia consumat quasi et devoret. Vide Il. κ', v. 8. Unde *Hesychius*: πολέμου στόμα, τὸ ἀναλωτικὸν καὶ

φθαρτικὸν τοῦ πολέμου. Idem: στόμα, τὸ κατεργαστικώτατον μέρος τοῦ πολέμου. Conf. *Seberi not.* ad *Polluc.* lib. II. c. 4. p. 204. et *Eustathii* loca in *Homer. Kühnio* ibid. allegata. Ios. X, 18. κυλίσατε λίθους μεγάλους ἐπὶ τῷ στόματι τοῦ σπηλαίου, advolvite lapides grandes ad os, h. e. *introitum*, speluncae. Iud. XI, 35. ἤνοιξα τὸ στόμα μου περὶ σοῦ πρὸς κύριον, aperui os meum de te ad Dominum, h. e. *promisi aliquid*, *obstrinxi me voto.* Vide *Vorstii Philol. S.* P. II. c. 37. p. 263. 1 Sam. II, 1. ἐπλατύνθη ἐπ' ἐχθροὺς μου τὸ στόμα μου, *dilatatum est* os meum contra hostes meos, h. e. *possum nunc* παῤῥησιάζειν, *et libere loqui.* Conf. *Vorstium* l. c. p. 264. 2 Sam. XIII, 32. ἐπὶ στόματος Ἀβεσσαλὼμ ἦν κείμενος, *ab ore Absolomi pendebat.* Ita *Bielius:* sed male, si quid video. Nam κεῖσθαι ἐπὶ τοῦ στόματός τινος ad imitationem formulae hebraeae: שׂוּמָה vel עַל־פִּי פְּלֹנִי הָיָה שִׂימָה, quae ibidem legitur, *is* vel *id* dicitur, *de quo aliquis saepius aliquid dixit;* vel: *de quo et contra quem aliquis saepius aliquid declaravit ac professus est, sive boni s. mali.* Hinc verba LXX quoad sensum ita explicanda sunt: Absolom enim Amnoni necem ac interitum iureiurando interposito minatus fuerat, inde ab illo die, quo Thamarem sororem suam vitiaverat. Sic quoque *iacere s. positum esse in corde s. animo alicuius id* dicitur, *cuius aliquis semper memor est*, *seu quod semper alicuius menti obversatur.* Unde simul apparet, loco κείμενος 2 Sam. l. c. rectius fortasse legi κείμενον. 1 Reg. XXII, 13. πάντες οἱ προφῆται ἐν ἑνὶ στόματι λαλοῦσι καλὰ, omnes prophetae uno ore praedicunt bona. Vide et 2 Par. XVIII, 12. Sic *Cant. tr. puer.* v. 21. οἱ τρεῖς ὡς ἐξ ἑνὸς στόματος ὕμνουν, tres illi tanquam uno ore canebant. Et *Plato* lib. I. de *Leg.* dixit: μιᾷ φωνῇ καὶ ἐξ ἑνὸς στόματος. Et *Aristoph. Equit.* v. 667. οἱ δ' ἐξ ἑνὸς στόματος ἅπαντες ἀνέκραγον. ubi *Scholiastes* ἐξ ἑνὸς στόματος interpretatur ὁμοθυμαδὸν, καὶ μιᾷ φωνῇ. Conf. Rom. XV, 6. et *Erasmi Adag. Chil.* I. *Cent.* VIII. n. 17. p. 298. *Seberi not.* ad *Polluc.* lib. II. c. 4. p. 206. et *Fesselii Advers. Sacr.* lib. X. c. 2. p. 538. 2 Reg. X, 22. ἐπλήσθη ὁ οἶκος τοῦ Βάαλ στόμα εἰς στόμα, implebatur domus Baal *ore ad os*, h. e. *ab una extremitate ad alteram.* Vide et 2 Reg. XXI, 16. Ps. LXXVII, 2. ἀνοίξω ἐν παραβολαῖς τὸ στόμα μου, *proferam* parabolas. Adde *Symm.* 2 Reg. XXI, 16. ubi στόμα est *orificium.* Vide supra s. v. ἀγγεῖον. *Aqu.* Ps. CXXXII, 2. ubi στόμα est *ora vestimenti*, s. *fimbria*, i. q. ὦα apud reliquos interpretes. – פּוּם: פֻּם chald. Dan. VI, 17. ἐπὶ τὸ στόμα τοῦ λάκκου, super *aperturam* foveae. Dan. VI, 22. ἐνέφραξε τὰ στόματα τῶν λεόντων, obturabat ora vel *fauces* leonum. Conf. Hebr. XI, 33. – *פִּיפִיּוֹת, *geminae acies.* *Aqu.* Ps. CXLIX, 6. στόματα, *acies.* – פָּנִים plur. *facies.* Nehem.

II, 13. πρὸς στόμα πηγῆς τῶν συκῶν, ad os vel *initium* fontis ficuum. *Hesych.* κατὰ στόμα (sic enim bene *Salmasius* legit pro *Καταστόμα*), κατὰ τὴν ἀρχὴν μεταφορικῶς. Prov. XV, 15. στόμα δὲ ἀσεβῶν γνώσεται κακά. – רוּחַ, *spiritus*. Ps. XXXI, 2. *Al.* Cohel. VII, 10. ἐπὶ στόματι. *Semlerus* in *Ep. Crit.* ad h. l. coniicit legendum ἐν πνεύματι. Sed non opus est. Nam *στόμα* h. l. notat *id, quod ore profertur*, quam notionem quoque רוח habere h. l. potest. *Symm.* Ps. XXXI, 2. Ex aliis locis ita vertit, ubi eadem sententia legitur, v. c. Ps. CXXXVIII, 3. Ies. LIII, 9. Hic quoque *Semlerus* temere coniecit pro στόματος legendum esse πνεύματος. – *שֶׁלַח, *propago*. *Hebr. Int.* Cant. IV, 13. ἐκ στόματός σου, hebr. שְׁלָחַיִךְ *propagines tuae*. Sc. ש pro particula habuit: לחיך vero quasi significaret *maxilla tua* vel *os tuum*, a לְחִי, *gena, maxilla*. Vide ad h. l. *Montfauconium*. – *שָׂפָה, *labium*. *Inc.* Hab. III, 16. *Labia* pro *ore* sumi satis notum est. – שָׂפָם, *mystax*. Lev. XIII, 45. Ezech. XXIV, 22. Praeterea legitur Iob. XL, 26. ubi verbis τὸν γινόμενον ἐν στόματι, quod sc. bellum ore suo gerit Leviathan, nihil respondet in textu hebraico. Sirac. I, 35. μὴ ὑποκριθῇς ἐν στόμασιν ἀνθρώπων. *Vulg. ne fueris hypocrita in conspectu hominum*: ubi ἐν στόμασι notat *coram, apud*. Vide ad h. l. *Syrum*. Interdum στόμα pleonastice ponitur, v. c. Sir. XIII, 30. et XX, 20. Sir. XXVII, 23. στόμα est i. q. λόγος, *sermo*. Sir. XIV, 1. στόματι. *Vulg. verbo ex ore suo*. Ib. XXIV, 2. ἀπὸ στόματος θεοῦ, *voluntate Dei efficacissima*.

*ΣΤΟ'ΜΑ ΚΟ'ΡΗΣ, *os virginis*. פִּישׁוֹן, nomen proprium. Gen. II, 11. sec. *Coisl.* In mente habuisse videtur פֶּה et זונה aut similis soni dictionem.

ΤΟ` 'ΕΞΕΛΘΟ'Ν 'ΕΚ ΤΟΥ~ ΣΤΟ'ΜΑΤΟΣ, *quod egreditur ex ore*. דָּבָר, *verbum*. 1 Sam. I, 23.

ΣΤΟΜΙ'ΖΟΜΑΙ. עִלַּע Pih. *sorbeo, lambo*. *Aqu.* Iob. XXXIX, 30. ἐστομισμένοι, quam vocem *Montf.* ne vertere quidem ausus est. *Bielius* στομίζομαι transtulit: *ore accipio*, quae notio, si usu loquendi comprobari posset, bene conveniret pullis avium, quibus nutrimenta a parentibus in os ingeruntur. Quid si legatur ἐστιμμισμένοι? hoc sensu: ora pullorum eius sanguine quasi stibio oblita ac fucata sunt. Confirmatur haec coniectura versione LXX, qui habent φύρονται ἐν αἵματι, *consperguntur sanguine*, ubi sensum expresserunt.

ΣΤΟΜΟΚΗΡΙ'Α. Hac voce *Talmud Schabb.* fol. 8, 2. testatur *Aquilam* reddidisse בָּתֵּי נֶפֶשׁ, *domus animi*, h. e. *olfactoriola*, aut potius *amuletum*, φυλακτήριον. Ies. III, 20. Vide *Lightfooti Append. ad Hor. Talm.* in 1 ad Corinth. p. 281. Quid autem *Aquila* per vocem illam intellexerit, adhuc quaeritur.

ΣΤΟ'ΜΩΜΑ, *acies ferri indurata, ferrum acie a chalybe temperatum et roboratum* (Vide *Plin.* XXXIV, 14.), *aciale*. Sir. XXXI, 30. Conf. *Polluc. Onom.* lib. VII. c. 24. p. 764. et Lib. X. c. 49. p. 1376. et *Stephanum Byzant.* v. *Λακεδαίμων*.

ΣΤΟ'ΝΟΣ, *clamor inconditus, rugitus, fremitus.* שְׁאָגָה, idem. Iob. IV, 10. *στόνος λέοντος*, *fremitus* (iuxta *Hieronymi* versionem) vel *rugitus leonis.* Sic enim prò *σθένος* vel, ut *Complut* habet, *σθένος* bene legendum censet *Grabius Proleg.* in *LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 2. In *Hesychio* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *στόνος* exponitur *στεναγμός*. Sic et verbum *στενάζειν* de *rugitu ursi* usurpatur. Vide supra in h. v.

*ΣΤΟΡΓΗ', *amor.* 3 Macc. V, 32. ἡ τῆς συντροφίας στοργὴ, amor, quo aliquem ob communem educationem amplectimur. *Hesych.* στοργὴ, φιλία, ἀγάπη. *Philoxen. Gloss.* στοργὴ, *adfectio.*

ΣΤΟΧΑ'ΖΟΜΑΙ proprie notat *collimo, et recta ad scopum tendo*, metaphorice: *intendo et intentissime aspicio, ut facit sagittarius, dum in scopum iaculatur.* Deinde *exploro, coniicio, coniecturam facio*, it. *caveo*, etiam *misereor.* הֵכִין Hiph. a כּוּן, *praeparo.* Deut. XIX, 3. *στόχασαι σὺ τὴν ὁδὸν*, *explora* tu viam. Sap. XIII, 9. *στοχάσασθαι τὸν αἰῶνα*, *mundum explorare*, seu *penetrare naturam huius mundi.* Quid *στοχάζεσθαι* Sir. IX, 19. (ubi legitur *στόχασαι τοὺς πλησίον*) significet, dissentiunt interpretes tam veteres, quam recentiores. *Vulgatus* per *cavere* interpretatus est. Alii vertunt: *coniecturam facito de proximis*, quia *στοχάζεσθαι* quoque notat *colere et nutus eius observare, quem colere instituisti*, indeque *coniectare et coniecturam de aliquo facere.* Mihi vertendum videtur: *quantum potes, miserere aliorum*, h. e. *opitulare iis.* *Syrus* ibi: ܣܢ, *opitulatus est.* *Arabs: opem tulit.* 2 Macc. XIV, 8. τῶν ἰδίων πολιτῶν στοχαζόμενος, propriorum civium *misertus.* Apud *Lascarem Constantinum* legitur, quod *στοχάζομαι* significet *φείδομαι*, *ἀκριβολογοῦμαι*, *ἐλεῶ*. Eaque significatione verbum *στοχάζομαι* etiam positum esse videtur *Graevio* not. ad *Luciani Soloecist.* p. 747. ubi *στοχαζόμενος* ipsi redditur *parcens*, vel *misertus*, vel *consulens*, ut vertit Interpres illic. *Hesych.* στοχάζεται, οἴεται, κατασκοπεῖ, βάλλει.

ΣΤΟΧΑΣΤΗ'Σ, *coniector, qui ex coniectura aliquid colligit*, proprie: *qui bene collimat, et recta ad scopum tendit.* קֹסֵם part. *divinans, divinator.* Ies. III, 2.

ΣΤΡΑΓΓΑΛΙΑ', *tortuosus nodus, nexus intricatus, tendicula, funis*, it. *fraus, dolus.* אֲגֻדָּה, *fascis.* Ies. LVIII, 6. διάλυε στραγγαλιὰς βιαίων συναλλαγμάτων, solve *nodos tortuosos* violentarum commutationum, aut potius: *solve vincula*,

quae alios iniuste constringunt. Vide et Amos. IX, 6. et confer notata ad h. l. in v. ἐπαγγελία. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* στραγγαλιὰς, πλοκὰς, διαστροφὰς δυσδιαλύτους. *Hesych.* στραγγαλιαὶ καὶ στραγγαλίδες (ita bene *Sopingius* pro στραγγυλίδαι), συστροφαὶ, διαστροφαὶ, παγίδες, ἢ πλοκαί. *Suidas:* στραγγαλίδες, τὰ δύσλυτα ἅμματα. Φερεκράτης Αὐτομόλοις· Ὑμεῖς γὰρ ἀεὶ στραγγαλίδας ἐσφίγγετε. – עֲקַלְקַלּוֹת plur. *tortuosa.* Ps. CXXIV, 5. τοὺς δὲ ἐκκλίνοντας εἰς τὰς στραγγαλιὰς ἀπάξει, declinantes autem ad *fraudes* abducet. Vide ad h. l. *Dathium.* *Phavorinus:* στραγγαλιὰς, διαπλοκὰς διεστραμμένας, δολιότητας. Sic enim sine distinctione scribendum nonnullis videtur pro διαπλοκὰς, διεστραμμένας. Sed quomodo hic locus emendandus sit, optime apparet e *Zonara*, qui c. 1672. habet: Στραγγαλιὰς, ὁ μὲν Ἀκύλας διαπλοκάς. σκολιότητας δὲ ὁ Σύμμαχος. ὁ δὲ Θεοδοτίων διεστραμμένα ἡρμήνευσεν. Sed Psalm. l. c. στραγγαλιαὶ sunt *extorsiones, expressiones, cum torquendo humor exprimitur,* quod figurate de iis dicitur, qui a pauperibus, quae adhuc habent, extorquent.

ΣΤΡΑΓΓΑΛΙ'Σ proprie notat *nodos in fune difficiles solutu* (δύσλυτα ἅμματα interprete *Suida*), *qui si plures sint, et ordine ab invicem disiuncti, globulorum speciem praeferunt.* Hinc: *catenula, monile, torques.* נְטִיפוֹת, *myrothecia:* alii rectius *inaures* intellegunt, scil. ex *margaritis* stillarum instar puris et pellucidis. *Al.* Iud. VIII, 26. στραγγαλίδων. *Strattis* in *Phoenissis:* Οὐδὲ σχοινία, οὐδὲ στραγγαλίδες εἰσὶ, neque funiculi adsunt neque torques. Vide *Pollucem* lib. X. c. 47. segm. 184. p. 1374. qui e loco illo colligit, quod στραγγαλίδες fuerint similes δεσμῷ, *vinculo.*

ΣΤΡΑΓΓΑΛΙΩ'ΔΗΣ, *tortuosus, intortus, intricatus,* metaph. *perversus, dolosus.* עִקֵּשׁ, *perversus.* Prov. VIII, 8. οὐδὲν ἐν αὐτοῖς σκολιὸν, οὐδὲ στραγγαλιῶδες, nihil in illis perversum neque tortuosum. Cod. *Alex.* habet στραγγαλῶδες. *Codex Parisiensis* autem (cuius excerpta dedit *I. G. Dahlerus* in *Annal. Liter. Helmst.* 1789. Vol. I. p. 289. sequ.) exhibet στρογγαλῶδες. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* στραγγαλιῶδες, διεστραμμένον, στρογγύλον.

ΣΤΡΑΓΓΑΛΟ'Ω, *strangulo, praefoco.* Tob. II, 3. ἐστραγγαλωμένος, *strangulatus,* seu potius: *interfectus,* nam חָנַק non solum *strangulare,* sed etiam *morte violenta afficere* notat. Cod. *Alex.* vitiose ἐστραγαλλημένος. Sic quoque in *Epistola Africani* ad *Origenem* p. 221., ubi ad h. l. respicitur, pro ἀστραγαλώμενοι reponendum erit στραγγαλώμενοι.

ΣΤΡΑΓΓΕΥ'ΟΜΑΙ, (a στράγξ, *gutta*) propr. *guttatim exprimo* (Conf. *Schol.* ad *Aristoph. Nubes* v. 131.), et metaph. *cunctor, moror, desideo, segnis sum.* *אָחַר, Pih. *cunctor, tardo. Symm.* Hab. II, 3. – הִתְמַהְמַהּ Hithp. *cunctor, moror.* Iudic. XIX, 8. στρατεύθητι (legendum στραγγεύθητι), ἕως

κλίνῃ ἡ ἡμέρα, morare, usquedum inclinet dies. In Codice quodam ibi scriptum esse videtur *στραγεύθητι*, atque inde depravatum *στρατεύθητι*. Favet coniecturae *Lex. Cyrilli MS. Brem.* in quo ex illo procul dubio loco *στραγεύθητι* exponitur *νωθρεύθητι, διάτριψον*. Alias vero etiam apud Grammaticos *στρατεύομαι* vitiose pro *στραγγεύομαι* scriptum occurrit. Vide *Suidam* in v. *στραγγεύει*, et *Küsteri* notas ad eundem. Sic quoque apud *Hesychium: στρατεύεσθαι, διατρίβειν*, ubi legendum est *στραγγεύεσθαι*. Idem *Hesychius: στραγγεύεται, διατρίβει*, ubi *Schrevelius* ad h. l. citat *Petavium* in *Themist.* p. 557. Facilis autem est literarum *Γ* et *T*, si capitali charactere scribantur, permutatio, ut docuit *Salmasius* de *foenore trapezit.* p. 778. Conf. et *Valckenaer* ad *Ammonium* lib. II. c. 13. Eodem modo et peccatum est in *Scholiis* ad *Aristoph. Lysistr.* v. 17. ubi verbum *κυπτάζειν* dicitur etiam significare *ἐπικύπτειν* et *στρατεύειν*, quae sana et expedita erunt, si legerimus *στραγγεύειν*, de quo nihil admonuit *Küsterus*, qui tamen alias vim huius verbi satis intellexit, ut apparet ex iis, quae observavit ad *Suid.* T. H. p. 45. *Symm.* Hab. II, 3. Incertum tamen est, num ibi ad הִתְמַהְמַהּ, aut ad אחר *στραγγεύσεται* sit referendum. – הִתְרַפָּה, *remisse me gero. Symm.* Prov. XVIII, 9. *στραγγευόμενος, qui segnis est.* Idem Prov. XXIV, 10. *στραγγεύεσθαι ἐν ὥρᾳ θλίψεως, fatigari, animum abiicere* tempore calamitoso: ubi legisse videtur הִתְרַפּוֹת. Conf. *Pollucem* lib. IX. c. 8. segm. 136. p. 1121. et *Wesselingii Probab.* p. 291.

ΣΤΡΑΓΓΙ'ΖΩ, *guttatim exprimo, effundo*, a *στράγξ, gutta, stilla.* מָצָה, *exprimo.* Levit. I, 15. *στραγγιεῖ τὸ αἷμα πρὸς τὴν βάσιν τοῦ θυσιαστηρίου, effundet* sanguinem ad fundamentum altaris. *Vulg. decurrere faciet. Aqu. Symm. Theod.* Iud. VI, 38. *ἐστράγγισε, exstillare fecit. Vulg. expresso vellere.*

ΣΤΡΑΤΕΙ'Α, *exercitus, militia.* חַיִל, idem. Exod. XIV, 4. 9. 17. 1 Par. XXVIII, 1. – צָבָא, idem. 1 Par. XII, 34. *Aqu.* Iob. VII, 1. et Dan. X, 1. sec. cod. *Chis.*

ΣΤΡΑ'ΤΕΥΜΑ, idem. גְּדוּד, *turma. Al.* 1 Sam. XXX, 8. et 15. – צָבָא. *Symm.* Ps. XLIII, 10. Vide et 1 Macc. IX, 34. 2 Macc. V, 24. *Στράτευμα πολέμου, expeditio*, vel *res militaris.* Iudith. XI, 8. ubi Holofernes dicitur *θαυμαστὸς ἐν στρατεύμασι πολέμου. Syrus* simpliciter: *potentissimus in bello.*

ΣΤΡΑΤΕΥ'ΟΜΑΙ, *milito.* הִתְמַהְמַהּ Hithp. *cunctor, moror.* Iud. XIX, 8. ubi tamen pro *στρατεύθητι* scribendum *στραγγεύθητι*. Vide supra s. v. *στραγγεύομαι. Bonfrerius* ad h. l. statuit, *στρατεύεσθαι*, quae pr. vox militaris est, et notat: *ad expeditionem militarem accingi*, hic per metaphoram transferri, ut sit i. q. *instruere se et accingere ad iter. Symm.* Gen. XIX, 16. *ἐστρατεύσατο.* Reponendum est *ἐστραγγεύσατο, cunctatus s. commoratus est.* Eadem observatio valet quoque

de loco 2 Sam. XV, 28. ubi pro *στρατεύομαι* in cod. *Vat. Ald.* habet *αὐλίζομαι*, et *Compl. προσδέχομαι*. - יָסַף, *addo, adiungo.* Ioel. II, 2. ubi tamen *Al.* pro *οὐ στρατευθήσεται* rectius *οὐ προστεθήσεται*. Conf. *Drusium Quaest. Ebr.* lib. II. qu. 38. - צָבָא. Ies. XXIX, 7. *Aqu.* Exod. XXXVIII, 8. *στρατευσαμένων*, *militantium*, h. e. *assidue ministrantium.*

ΣΤΡΑ'ΤΕΥΣΙΣ, *acies*, *exercitus.* צָבָא, idem. *Symm.* Ps. LIX, 12. et CVII, 12. ubi loco *ἐν ταῖς στρατεύσεσιν* apud *Theodoretum* in *Comment.* ad h. l. p. 1380. legitur *ἐν τοῖς στρατεύμασιν.*

ΣΤΡΑΤΗΓΕ'Ω, *exercitum duco*, *imperator* seu *dux exercitus sum*, etiam in universum: *praefecti officio fungor*, *praefectus sum.* 2 Macc. X, 32. *στρατηγοῦντος ἐκεῖ χαιρέου*, praesidente s. praefecto illis Chaerea: ubi *στρατηγῶν* est nostrum *Commandant.* 2 Macc. XIV, 31. *ὅτι ὑπὸ ἀνδρὸς ἐστρατήγηται*, quod a viro *astutia praeventus esset:* ubi *Baduellus: στρατηγεῖν* est *callide ac versute hostem circumvenire et fallere; στρατηγεῖσθαι ὑπό τινος* est *arte consilioque militari vinci ab aliquo*, *ab eoque falli atque eludi.*

ΣΤΡΑΤΗ'ΓΗΜΑ, *stratagema*, *dolus militaris.* 2 Macc. XIV, 29. *Suidas: στρατήγημα*, *σόφισμα*, ars, qua imperator hostes decipit.

ΣΤΡΑΤΗΓΙ'Α, *praefectura militaris*, *praetura*, etiam: *peritia exercitum ducendi.* צָבָא, *militia.* 1 Reg. II, 36. *Inc.* 2 Sam. XX, 23.

ΣΤΡΑΤΗΓΟ'Σ, *dux exercitus*, *praefectus militum*, it. *alius praefectus*, *princeps*, *praeses.* אֲחַשְׁדַּרְפְּנִים plur. *satrapae*, *praesides provinciarum.* Esth. III, 12. - מֶלֶךְ, *rex.* Iob. XV, 24. - סֶגֶן in plur. סְגָנִים, *antistes.* Esth. IX, 2. Nehem. II, 16. IV, 14. et alibi. Vide *Wolfium* ad Luc. XXII, 4. p. 751. et ad Act. IV, 1. p. 1065. - סִגְנַיָּא plur. chald. Dan. III, 2. 3. 28. VI, 7. - *שַׂר, *princeps.* 1 Sam. XXIX, 3. 1 Par. XI, 6. XXVI, 26. Dan. X, 13. 20. sec. cod. *Chis. Inc.* 1 Sam. XXIX, 9. 2 Macc. III, 5. *Συρίας καὶ Φοινίκης στρατηγὸν*, Syriae et Phoenices *praesidem.* Sic alias etiam civiles magistratus *στρατηγοὶ* dicebantur, quasi duces populi, h. e. *στρατοῦ.* Vide auctores laudatos *Wolfio* ad Act. XVI, 20. p. 1243. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΣΤΡΑΤΙΑ', *exercitus*, *militia*, i. q. *στρατεία.* גְּדוּד, *turma.* *Symm.* Iob. XXV, 3. *τῶν στρατιῶν.* - חַיִל, *exercitus.* *Al.* Exod. XIV, 17. et 1 Par. XXVIII, 1. - מַלְכַּת, *regina.* Ierem. VII, 18. Sermo ibi est de *regina coeli*, per quam non tam *solem* aut *lunam*, quam in universum intellexerunt *corpora coelestia*, quae saepius *ἡ στρατιὰ τοῦ οὐρανοῦ* dicuntur. - מֶמְשָׁלָה, *dominatio.* 2 Par. XXXII, 9. - מַסַּע, *profectio, iter.* Num. X, 28. ubi *στρατιαὶ* de Israelitis dicitur, qui in agmina distributi iter faciebant. - צָבָה, *exercitus.* *Symm.* Zach.

IX, 8. *κωλύων στρατιὰν*, impediens exercitum. – צָבָא. 2 Par. XXXIII, 3. *προσεκύνησε πάσῃ τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ*, adorabat omnia *corpora coelestia.* Vide et Ierem. VIII, 2. XIX, 13. Soph. I, 15. et conf. Act. VII, 42. *Suidas*: *στρατιὰ, τὸ τῶν στρατιωτῶν ὑπὸ ἕνα ἔπαρχον τάγμα. Στρατεία δὲ τὸ ἀξίωμα. Ὅτε δὲ λέγει ἡ γραφὴ περὶ Μανασσῆ, ὅτι ἐλάτρευσε* (al., ut vidimus, 2 Par. l. c. legunt *προσεκύνησε.*) *τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, τὸν ἥλιον καὶ τὴν σελήνην καὶ τοὺς ἀστέρας λέγει.*

ΣΤΡΑΤΙΩ'ΤΗΣ, *miles.* *חָלָל, *occisus.* 2 Sam. XXIII, 8. sec. *Vat.* *στρατιώτας.* Vox hebr. in Piel *occidere, vulnerare* notat. Arab. حل, *castra metatus fuit, grassatus fuit.* Sec. *Giggeum* الحلاحل est *vir validus et audax.* Vide *Kennicotti* Diss. I. p. 89. – *צְבָאוֹת. *Symm.* Ps. LXVII, 13. ubi mallem *στρατιῶν* legere pro *στρατιωτῶν.* 2 Macc. XIV, 39. *Hesych.* *στρατιώτης, ὁ ἐν τῷ στρατῷ ἀριθμούμενος.*

*ΣΤΡΑΤΙΩ'ΤΙΣ, Ἡ, *foemina militans.* 4 Macc. XVI, 14. veterana *Dei miles.* *Suidas*: *στρατιώτης ἀρσενικόν. ἐπὶ δὲ θηλυκοῦ, διὰ τοῦ ι.* Similis huic est vox *ἡ μεσῖτις*, quam in *Thesauro Stephani* omissam habet *Ephraem. Syrus* T. III. *Opp.* p. 163. ubi *μετάνοιαν* esse dicit *τὴν μεσίτιδα Θεῷ καὶ ἀνθρώποις.* Eandem vocem praebet quoque *Heraclid. Pont.* p. 448. ed. *Gal.*

ΣΤΡΑΤΟΚΗ'ΡΥΞ, *praeco exercitus.* רִנָּה, *clamor*, seu *praeconium.* 1 Reg. XXII, 36.

ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΙ'Α, *castrametatio, ipsa actio castra metandi.* מָלוֹן, *deversorium ad pernoctandum.* Ios. IV, 3. Vide et 2 Macc. XIII, 14.

ΣΤΡΑΤΟΠΕΔΕΥ'Ω, *castra metor* seu *colloco, castra figo.* חָנָה, idem. Exod. XIII, 20. XIV, 2. – נָסַע, *proficiscor.* Gen. XII, 9. Exod. XIV, 10. Deut. I, 40. – פָּרַע, *recedo.* Prov. IV, 15. *ἐν ᾧ ἂν τόπῳ στρατοπεδεύσωσι*: ubi *στρατοπεδεύειν* commode intellegitur de multitudine sodalium, qui ad audendum se congregarunt. Vide ad h. l. *Iaegerum.* – שָׁכַן, *habito.* Num. XXIV, 2. Sermo ibi est de Israelitis castra metantibus.

ΣΤΡΑΤΟ'ΠΕΔΟΝ, *castra, exercitus.* אֲנָשִׁים plur. *homines*, h. l. *milites.* Ierem. XLI, 12. – גְּדוּד, *turma.* *Symm.* Iob. XXIX, 25. – חַיִל. Ierem. XXXIV, 1. – מַעֲרָכָה. *Symm.* 1 Sam. XXIII, 3. – *עַם, *populus.* LXX sec. *Hexapla* Ierem. XXXIV, 1. Sic עַם, ut *λαὸς* apud *Homerum*, de *exercitu s. militibus gregariis* saepius accipitur. Vide et Sap. XII, 8. 2 Macc. VIII, 13. *Suidas*: *στρατόπεδον ἐποιήσαντο ἀντὶ τοῦ σκηνάς. δύο γὰρ σημαίνει ἡ λέξις, καὶ τὸ στράτευμα, καὶ τὸν τόπον τοῦ στρατεύματος. ἐτυμώτερον δὲ ἐστὶν ἐπὶ τοῦ τόπου λέγεσθαι, οἷον τοῦ στρατοῦ τὸ πέδον.*

ΣΤΡΑΤΟ'Σ, *exercitus, copiae militares.* 1 Macc. IV, 35. 2 Macc. VIII, 35. Interdum haec vox subauditur, v. c. Iudith. I, 16. post ὁ σύμμικτος, et ib. II, 20. post ὁ ἐπίμικτος. V. *L. Bos Ellips. gr.* p. 255. *Hesych.* στρατὸς, τὸ πλῆθος τῶν πολεμούντων στρατιωτῶν.

ΣΤΡΕ'ΒΛΕΥΜΑ, *tortuositas, perversitas.* עִקְּשׁוּת plur. idem. *Symm.* Prov. VI, 13. στρεβλεύμασι.

ΣΤΡΕ'ΒΛΗ, *instrumentum ligneum nauticum*, et in plur. στρέβλαι, *tortura, tormenta, instrumenta ad torquendum.* Sir. XXXIII, 51. οἰκέτῃ κακούργῳ στρέβλαι καὶ βάσανοι, servo malefico *torturae* et cruciatus. 4 Macc. VII, 4. *Hesych.* στρέβλαι ναυτικαί· τὰ ξύλα τῶν νεῶν, ἐν οἷς διασφηνοῦνται γομφούμενα. Ἀττικοὶ δὲ τὰ βασανιστήρια. *Pollux* lib. X. c. 5. segm. 187. p. 1379. τῶν δὲ ἐν τῇ οἰκίᾳ σκευῶν καὶ σκύτος καὶ μάστιγες, καὶ τροχοὶ καὶ πέδαι καὶ στρέβλαι. Inde verbum στρεβλοῦσθαι, *torqueri.* Vide *Aelian. V. H.* II, 4. VII, 17. XIII, 2. *Hesych.* στρεβλοῦται, αἰκίζεται, βασανίζεται.

ΣΤΡΕΒΛΟΚΑ'ΡΔΙΟΣ, *perversus corde.* נֶהְפָּךְ part. Niph. *mutatus. Symm. Theod.* Prov. XVII, 20. — עִקְּשֵׁי לֵב *Aqu. Symm. Theod.* Prov. XI, 20.

ΣΤΡΕΒΛΟ'Σ, *tortuosus, flexuosus, tortus; metaphorice: perversus, callidus, versutus.* עִקֵּשׁ. 2 Sam. XXII, 27. Ps. XVII, 29. Prov. XIX, 1. *Inc.* Ps. C, 4. — רְמִיָּה, *fallacia.* Ps. LXXVII, 63. — תַּהְפֻּכָה, *perversitas.* *Symm.* Prov. XXIII, 33. στρεβλά. — תהפכות plur. *perversitates. Symm. Theod.* Prov. VIII, 13. Sir. XXXVI, 22. καρδία στρεβλὴ, cor *perversum et fallax* suis dictis et factis perversis et fallacibus dabit occasionem tristandi et dolendi.

ΣΤΡΕΒΛΟ'ΤΗΣ, *perversitas.* עִקְּשׁוּת, idem. *Aqu. Theod.* Prov. IV, 24. στρεβλότητα. — *תהפכות. *Inc.* Prov. VI, 14. στρεβλότητος. Ita *Montf.* Sed *Drusius* rectius habet στρεβλότητες, quod etiam cum plurali hebr. vocis magis convenit.

ΣΤΡΕΒΛΟ'Ω, *perverto, torqueo, tormentis crucio.* התפל contr. pro התפתל Hithp. *distortum me exhibeo.* 2 Sam. XXII, 27. — עִקֵּשׁ Pih. *Symm.* Prov. X, 10. στρεβλῶν. *Inc.* Iob. IX, 20. ubi στρεβλοῦν non tam *depravare, corrumpere,* quam *depravatum ac perversum declarare et ostendere* notat. *Vulg. pravum me comprobabit.* Vide quoque *Hexapla.* Praeterea legitur apud *Aquilam* Ies. XIX, 15. pro hebr. אַגְמוֹן, στρεβλοῦντα, ubi vid. *Montf.* 3 Macc. IV, 14. στρεβλωθέντας αἰκίαις τὸ τέλος ἀφανίσαι, *tormentis cruciatos* tandem interficere. *Polyb.* II, 59, 1. *Ioseph. B. I.* VII, 8. p. 430. ed. *Hav. Hes.* στρεβλοῦται, βασανίζεται. Idem: στρεβλούμενοι, δεσμούμενοι.

ΣΤΡΕΒΛΩΤΗ'ΡΙΟΝ, *cippus, nervus, s. lignum in carcere, quo captivorum pedes constringebantur.* מַהְפֶּכֶת, *locus perversorum,* i. e. *mente captorum, carcer, ergastulum.* *Symm.* Ierem. XX, 2. *Hieron.* ad h. l. T. V. p. 145. B. ed. *Basil.* *Pro* nervo, *quem nos dicimus, LXX et Theod. vertere*

cataracten, *Symmachus* βασανιστήριον *sive* στρεβλωτήριον, *quod utrumque tormenta significat.* Si utrumque vocabulum, βασανιστήριον et στρεβλωτήριον, auctorem habet *Symmachum*, nec (ut equidem statuere mallem) στρεβλωτήριον ab *Hieronymo* explicationis causa additum est, βασανιστήριον e priore, στρεβλωτήριον autem e posteriore eius versione petitum videtur. Adde *Ioseph.* de *Maccab.* p. 508, 20. ubi per *fidiculas* redditur, de quibus vid. *Ant. Gallonii Rom.* lib. *de Martyr. Cruciat.* c. 3. p. 120. sequ.

ΣΤΡΕ'ΜΜΑ, *omne quod tortum est, filum,* q. d. *contortum quid.* פָּתִיל. Iud. XVI, 9. 2 Sam. IV, 2. sec. *Compl.* ubi reliqui συστρεμμάτων. – *גְּדוּד, *turma, exercitus. Inc.* 1 Sam. XXX, 8. ubi *Montfauconio* συστρέμματος legendum esse videtur, qua voce reliqui Intt. usi sunt. Sed plane non video, cur non στρέμμα, *filum contortum*, eodem modo metaphorice accipi possit pro *agmine, turma,* quo σύστρεμμα. *Phavorinus:* στρέμματα, περὶ νεῦρα.

ΣΤΡΕΠΤΗ' ΣΤΕΦΑ'ΝΗ, *coronamentum circumiens, cingens,* זֵר, *limbus.* Exod. XXX, 3. 4. XXXVII, 13. 31.

ΣΤΡΕΠΤΟ'Ν ΚΥΜΑ'ΤΙΟΝ, *cymatium conversum, circumiens.* זֵר, *limbus.* Exod. XXV, 11. 24. 25. XXXVII, 2. 11. 12. Dicitur alias στρεπτὴ στεφάνη. *Iosepho* redditur ἕλιξ, quod est ab ἑλίσσω, *circumago, circumvolvo.*

ΣΤΡΕΠΤΑ', sc. κυμάτια, *cymatia circumeuntia.* גֻּלָּה, *orbis.* 1 Reg. VII, 40. 41.

ΣΤΡΕΠΤΑ', sc. κράσπεδα, *limbi circumeuntes.* גְּדִלִים plur. *funiculi, instilae.* Deut. XXII, 12.

ΣΤΡΕΠΤΟ'Σ, *versatilis, qui circumagitur, tortus, tortilis.* Addit. Esth. XIV, 2. ἔπλησε στρεπτῶν τριχῶν αὐτῆς, implevit tortilibus suis crinibus, cincinnis nimirum, quos sibi evulserat, ut bene *Grotius. Vulg.* habet: *crinium laceratione.*

ΣΤΡΕΠΤΟ'Σ, sc. κύκλος, *torques, monile.* פָּתִיל, *filum contortum, funiculus. Aqu.* Gen. XXXVIII, 18. καὶ τὸν στρεπτόν σου. Respexit ad originem vocabuli a פָּתַל, *torsit. Symm.* στρεπτὸν, ἐγχειρίδιον. *Fischerus* in *Clavi Verss. GG.* p. 77. στρεπτὸν delendum, eiusque loco περιτραχήλιον, coll. v. 25., reponendum censet. *Scharfenbergius* στρεπτὸν ἐγχειρίδιον iunctim explicanda esse putat *torquem manualem*, h. e. *armillam*, ut vertit *Vulg. Int.* – חוּר, *torques collum circumiens. Quint. Ed.* Cant. I, 12. στρεπτοῦ χρυσίου. Reponendum est στρεπτὸν χρυσίου. Vide *Bochart Hieroz.* P. II. lib. I. c. 9. p. 57. *Suidas:* στρεπτὸς, περιδέῤῥαιος κόσμος. Idem haec verba ex auctore antiquo subiungit: Ὁ δὲ λαμβανόμενος τῇ λαιᾷ τοῦ στρεπτοῦ, ὃν δὴ χρυσοῦν ἐφόρειν ἀμφὶ τῇ δέρῃ. *Glossae: Torques,* στρεπτοί. Sic et *Bochartus* l. c. observat, quod στρεπτὸς vel στρεπτὸν ab *Herodoto, Xenophonte,*

Plutarcho aliisque passim usurpetur. *Κύκλος* autem in στρεπτὸς subaudiendum esse patet ex *Diodoro Sic.* lib. V. p. 222. ubi de incolis insulae Panchaiae: *περὶ μὲν τοὺς τραχήλους ἔχοντες στρεπτοὺς κύκλους, περὶ δὲ τὰς χεῖρας ψέλλια.* Plura de hac voce vide apud *Schefferum* de *antiqu. torqu.* §. 1. p. 5. sequ.

ΣΤΡΕ'ΦΩ, *verto*, *converto.* גלילים plur. ex גָּלִיל, *versatilis.* 1 Reg. VI, 33. - הָפַךְ, *verto.* Exod. VII, 15. Ios. VIII, 20. Ps. XXIX, 14. et alibi saepius. Ps. LXXVII, 12. *ἐστράφησαν ἐν ἡμέρᾳ πολέμου*, h. e. *in fugam versi sunt, hosti terga dederunt.* Conf. *Homer. Il.* ε'. 40. μ'. 428. *Aqu. Theod. Quint.* Ps. XXXI, 4. - השיב Hiph. a שׁוּב, *reverti facio.* Ies. XXXVIII, 8. - התגרר Hithp. a גור, *commoror. Al.* Ierem. XXX, 19. - התהפך Hithp. *verto me. Al.* Iud. VII, 13. - נָשָׂא, *elevo.* Iob. XLI, 14. - סבב: הֵסֵב, Kal et Hiph. 1 Reg. II, 15. Ps. CXIII, 3. Prov. XXVI, 14. - פָּנָה: הִפְנָה, Kal et Hiph. 1 Sam. XIV, 48. Ierem. XLVIII, 39.

ΣΤΡΗ˜ΝΟΣ, *insolentia*, *superbia*, *asperitas*, *luxus*, a *στρηνὴς*, *asper.* שַׁאֲנָן, *tumultuatio.* 2 Reg. XIX, 28. *τὸ στρῆνός σου ἀνέβη ἐν τοῖς ὠσί μου*, *insolentia* tua ascendit in aures meas. Inde verbum *στρηνιᾷν*, quod *Hesychio* in v. *στρηνιῶντες* exponitur: *διὰ πλοῦτον ὑβρίζειν.*

*ΣΤΡΗ˜ΞΙΝ. *Inc.* sec. cod. *Coislin.* et *Lips. Raul.* in margine Levit. XXVI, 9. ad hebr. בְּרִיתִי, *foedus meum.* *Bahrdtius* coniicit *πρῆξιν* a *πρήσσω*, *transeo*, aut *πρίξιν* a *πρίζω*, *seco*, ut auctor huius versionis, *Aquila* fortasse, etymologiam vocis respexerit. Sed *πρῆξις* est vocabulum poeticum, et pro *πρίξιν* secundum analogiam linguae graecae *πρίσιν* ponendum esset. *Ernestio* haec vox videtur inepto loco posita esse ac ad ỳ. 11. pertinere, ubi pro *τὴν διαθήκην* in Cod. *Vat.* legitur *σκηνὴν*, ut adeo *σκηνὴν* vera lectio videatur. Mihi autem magis arridet emendatio *Scharfenbergii*, qui legere mavult *στηρίξω*, sc. *τὴν διαθήκην*, ut adeo referendum sit ad הֲקִימוֹתִי, quod LXX per *στήσω* expresserunt. *Hesych.* *στηρίξαι*, *στῆσαι.*

ΣΤΡΙ'ΦΝΟΣ, *caro nervosa*, speciatim *boum.* חַיִל. Iob. XX, 18. *ὥσπερ στρίφνος ἀμάσητος, ἀκατάποτος*, tanquam nervosa caro, quae nec mandi nec deglutiri potest. *Origenes* ad h. l. *στρίφνος δ' ἐστὶ τὸ νευρῶδες κρέας τῶν βοῶν, ἔτι δὲ καὶ βοτάνη τις οὕτω καλουμένη, ἐκτραχύναι δυναμένη τὴν γλῶσσαν τοῦ διαμασσωμένου, ἄβρωτος, ἀκατάποτος διὰ τοῦτο, ἐπειδὴ ἀμάσητος.* Verba *Origenis* ex parte sua fecit *Suidas* s. h. v.

ΣΤΡΟΒΕ'Ω, *circumago*, *verso*, *turbo*, *exagito*, *vexo*, *perterrefacio.* בעת Pih. *terreo.* Iob. XV, 23. *ἡμέρα δὲ σκοτεινὴ αὐτὸν στροβήσει*, dies autem tenebricosa illum *perterrefaciet.* Vide et Iob. XIII, 11. XXXIII, 7. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *στροβήσει*, *πτοήσει*, *θορυβήσει.* *Suidas*: *στροβεῖ*, *ταράττει.*

κινεῖ, περιφοβεῖ, καταπονεῖ. *Hesych.* στροβῆσαι, συστρέψαι, ἐκφοβῆσαι.

ΣΤΡΟΓΓΥ'ΛΟΣ, *rotundus.* עָגוֹל, *volubilis*, vel *in rotundum convolutus et inflexus*, *rotundus.* 1 Reg. VII, 22. (Vide *Lexicon Philolog. Martinii* in *strongylus.*) 2 Par. IV, 2. – *עֵגֶל, *vitulus. Aqu.* Ezech. I, 7. Legit sine dubio עָגֹל.

*ΣΤΡΟΓΓΥΛΟ'Ω, *rotundo*, *rotundum efficio*, etiam *rotunditatem habeo.* עָגוֹל, *rotundus.* 1 Reg. VII, 31. τὸ στόμα αὐτοῦ στρογγυλοῦν. Adde *Etymol. M.* 404, 44.

ΣΤΡΟΓΓΥ'ΛΩΜΑ, *coagmentum rotundum, orbis.* כְּבִיר, *pulvinar. Aqu.* 1 Sam. XIX, 13. 16. στρογγύλωμα τριχῶν, pilorum nempe caprinorum *rotunda congeries.* Sic etiam legitur in ed. *Compl.* ubi duae versiones coaluerunt.

ΣΤΡΟΓΓΥ'ΛΩΣΙΣ, *rotundatio.* מַעְגָּל, *plaustrorum ambitus*, seu: *vallum ex curribus* s. *propugnaculum consertis curribus exstructum.* Reddidit ita ob rotunditatem, quam eiusmodi vallum habet. Vide *Drusium* ad h. l. 1 Sam. XVII, 28. *Aqu.* et *Symm.* 1 Sam. XXVI, 7. Conf. *Drusium* in *Fragm. Vett. Intt. Gr.* p. 250.

ΣΤΡΟΥΘΙ'ΖΩ, *strido instar passerum, qui ore hiante et stridente escam petunt a matre.* צִפְצֵף Pih. *pipio. Theod.* et LXX Ies. X, 14. στρουθίζων. *Suidas:* στρουθίζων, τρίζων. Vide *Bocharti Hieroz.* P. II. p. 222.

ΣΤΡΟΥΘΙΟΚΑ'ΜΗΛΟΣ, *struthio.* בְּנוֹת יַעֲנָה, *filiae struthionis. Al.* Ies. XIII, 21. *Syrus* sec. *Theodoretum* Ierem. L, 39.

ΣΤΡΟΥΘΙ'ΟΝ, *passer, passerculus*, it. *struthio.* בַּת יַעֲנָה, *filia struthionis*, aut secundum nonnullos *noctua*, *ulula.* Ies. XXXIV, 13. *Ioh. de Laet descript. Americ* lib. XV. c. 7. *Struthiones – tam altum clamant*, *ut ad dimidiam leucam audiantur.* – צִפּוֹר, quod est nomen commune omnium avium. Ps. X, 1. LXXXIII, 3. Cohel. XII, 4. et alibi. Scil. arab. عصفور *passerem* notat.

ΣΤΡΟΥΘΙ'Α 'ΑΓΡΟΥ', *aviculae agri.* עָגוּר, *hirundo.* Ierem. VIII, 7. Vox ἀγροῦ mihi suspicionem movet, quia est admodum otiosa. Forte hic ex hebr. עָגוּר vox ἀγοὺρ retenta est, unde per errorem ἀγροῦ, cui deinde στρουθία additum est. Vide ad h. l. *Montfauconium.*

ΣΤΡΟΥΘΟΚΑ'ΜΗΛΟΣ, i. q. στρουθιοκάμηλος, *struthio.* בַּת יַעֲנָה, *filia struthionis. Symm.* Iob. XXX, 29. Thren. IV, 3. *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XIII, 21. XLIII, 20. *Aqu. Symm.* Mich. I, 8. *Al.* Ies. XLIII, 20. – תַּנִּין, in plur. contr. תַּנִּים, *draco. Symm.* Iob. XX, 29. Conf. *Sturzium de dial. Alex.* p. 195. sequ.

ΣΤΡΟΥΘΟ'Σ, *passer*, *passerculus*, it. *struthio*, *struthiocamelus*, in qua significatione vulgo ei additur μέγας,

aut *καταγαιος*, aut *λιβυκὸς* etc. Vide *Iacobsii anim.* in *Anthol. Gr.* Tom. XI. p. 15. דְּרוֹר, *hirundo.* Prov. XXVI, 2. *Aqu.* Ps. LXXXIII, 3. – בַּת יַעֲנָה, *filia struthionis.* Lev. XI, 16. Deut. XIV, 15. Iob. XXX, 29. Ies. XLIII, 20. – תַּנִּין, in plur. contr. תַּנִּים, *draco.* Ierem. X, 21. XXIX, 32. *Hesych.* στρουθὸς, ὁ καταφερὴς καὶ λάγνος. Ἀττικοὶ δὲ τὰς στρουθοκαμήλους. Conf. *Bocharti Hieroz.* P. II. Lib. II. c. 14. p. 220. et *Locella* ad *Xenoph. Ephes.* p. 155. sequ.

ΣΤΡΟΦΕΥ'Σ, *vertebra: cardo in foribus, qui circumvertitur. Ioseph. B. I.* VII, 26. Unde Ἑρμῆς στροφαῖος, qui ad fores cardinum ponebatur. Vide *Hesychium* s. v. στροφαῖος. גְּלִילִים plur. ex גָּלִיל, *versatiles.* 1 Reg. VI, 33. – מְחַבְּרוֹת plur. *iuncturae.* 1 Par. XXII, 3. ubi pro στροφεῖς al. male τροφεῖς. Absorpta autem est litera σ huius vocis a praecedente vocula τοὺς, quae etiam desinit in ς. Conf. *L. Bos Obss. Critt.* p. 191. – צִיר, *cardo ianuae. Aqu.* Prov. XXVI, 14. στροφέα.

ΣΤΡΟΦΗ', *versio, flexus,* metaphorice: *stropha, versutia.* Sir. XXXIX, 2. ἐν στροφαῖς παραβολῶν, in *versutiis* parabolarum, h. e. acutis et subtilibus sententiis ingeniose pronuntiatis.

ΣΤΡΟΦΑΙ' ΛΟ'ΓΩΝ, *flexus verborum, strophae, fallaciae sermonum.* מוּסָר, *eruditio.* Prov. I, 3. δέξασθαί τε στροφὰς λόγων, et ad capiendas *strophas* verborum. Conf. Sap. VIII, 9. *Στροφαὶ λόγων Bielio* hic videntur eadem, quae *Ciceroni* lib. IV, 24. *Acad. QQ.* audiunt *contorta sophismata,* vel *tortuosum genus disputandi. Lex. Cyrilli MS. Brem.* στροφὰς, ἀντιλογίας, διαστροφάς. A vocabulo στροφὴ originem duxere Romanorum *strophae:* celebris est illa vox in *Plautinis* fabulis, et plerumque dolis iungi solet. Hinc et in Glossis: *Strophosus,* δόλιος. Vide *Hemsterhusii not. ad Pollux.* Lib. IX. c. 8. p. 1118. His a *Bielio* notatis ad h. v. liceat addere sequentem observationem *Iaegeri* ad h. l.: *Στροφὰς* graeca consuetudo dixit in partem deteriorem de *artibus ad decipiendum comparatis.* Conf *Schol Aristoph. Plut.* 1154. et *Budaei Comment. Gr. L.* p. 319. Eodem sensu migravit quoque haec vox in Latium, unde apud *Phaedr.* I, 14, 4. *verbosae strophae* sutoris in re parum laudabili. Hoc sensu si Prov. l. l. sumeretur, δέξασθαι non *discere* foret, sed *sentire, intellegendo deprehendere ad cavendum.* Sed στροφαὶ λόγων a Scriptore *Sapientiae* l. l. etiam in laudem dicuntur de *acute dictis* artificiosaque et erudita orationis conformatione ea, quae est in similitudine, aenigmate, allegoria. Sic Prov. l. l. accipiendum videtur, ut explicatio ducta sit ab *acuendi* notione, quam voci יָסַר vindicavit *Michaelis* in *Supplementis ad lexica hebr.*

ΣΤΡΟ'ΦΙΓΞ, *cardo ostii.* צִיר, idem. Prov. XXVI, 14. Est i. q. στροφεὺς, a στρέφω, *verto.*

ΣΤΡΟ'ΦΟΣ, in universum: *aliquid tortum et torquens*, speciatim *lorum contortum* vel *torquens*, *funis*, *fascia*, it. *dolor intestinorum*. Sir. XXXI, 23. *στρόφος μετὰ ἀνδρὸς ἀπλήστου, dolor intestinorum* cum homine insatiabili. Ad quem locum *Grotius*: *Celsus* 2. 6. *στρόφον interpretatur*, *ubi circa umbilicum intestina torquentur*. *In Glossis*: *στρόφος*, *torsio*.

ΣΤΡΟΦΩΤΟ'Σ, *versatilis*. מוּסָב part. Hoph. a סָבַב. Ezech. XLI, 24.

*ΣΤΡΥΝΦΑΛΙ'Σ. חֲרִצֵי, *formellae*. 1 Sam. XIII, 18. sec. cod. *Alex*. ubi *Ald*. et *Compl*. pro *στρυνφαλίδας* rectius habent *τρυφαλίδας*. Vide infra.

*ΣΤΡΥ'ΧΝΟΣ, *solanum*, *herba*. חַיִל, *exercitus*. Iob. XX, 18. sec. *Cod*. *Alex*. ubi alii *στρίφνος* habent, quod vide supra. *Etym*. *M*. 771, 32. *Τρύχνον, τὴν πόαν λέγουσι θηλυκῶς, στρύχνον δὲ σὺν τῷ σ οὐδαμῶς εὗρον*: ubi tamen videndus *Sylburgius*.

ΣΤΡΩ͂ΜΑ, *stratum*, *lectus*. יָצִיעַ, idem. *Aqu*. 1 Reg. VI, 10. - מַכְבֵּר, *vestis stragula*. *Al*. 2 Reg. VIII, 15. sec. *Compl*. et ita legit quoque *Theodoretus*. Reliqui retinuerunt vocem hebr. - מִשְׁכָּב, *cubile*. Prov. XXII, 27.

ΣΤΡΩΜΝΗ', *stratum*, *lectus*. יָצוּעַ, idem. Gen. XLIX, 4. Iob. XVII, 13. Ps. CXXXI, 13. *Aqu*. Ps. LXII, 3. - מִפְרָשׂ, *extensio*. Ezech. XXVII, 7. - מַצָּע. *Symm*. Ies. XXVIII, 20. - עֶרֶשׂ, *sponda*. Ps. VI, 6. Amos. VI, 4. Esth. I, 6. - רָפַד, *sterno*. Iob. XLI, 22. *Hesych*. *στρωμνὴ*, *κοίτη*. *Suidas*: *στρωμνὴ*, *ἡ κλίνη*.

ΣΤΡΩΝΝΥ'Ω, ΥΜΙ, *sterno*. *אֵטוּן, *linum xylinum*. Prov. VII, 16. *ἔστρωσα*. N. L. Fortasse אֵטוּן prorsus omiserunt in versione. Vide s. v. *ἀμφίταπος*. - *דָּבַר, *loquor*. 1 Sam. IX, 25. sec. *Compl*. *ἔστρωσαν*. דָּבַר aliquando videtur significare *sternere*, *subiicere* in Hiph., v. c. Ps. XLVII, 4. et XVIII, 48. *Hieronymus* utramque versionem secutus reddit: *et locutus est cum Saule in solario, stravitque Saul in solario*. Fortasse etiam legerunt רִפֵּד, aut רָבַד. Vide notata supra s. v. *διαστρωννύω*. - חִלֵּל Pih. *profano*. Ezech. XXVIII, 7. *στρώσουσι τὸ κάλλος σου*. *Στρωννύειν* h. l. videtur accipiendum esse in notione *destruendi* et *evertendi*, ut *κάλλος opera pulcherrima* aut *splendida* significet. Nec tamen repugnarem, si quis *μιανοῦσι* loco *στρώσουσι* legere mallet. - יֻצַּע Pyh. vel Hoph. a יָצַע. Esth. IV, 3. Ies. XIV, 11. - כְּבוּדָה foem. *honorata*. Ezech. XXIII, 41. *ἐπὶ κλίνης ἐστρωμένης*, in lecto bene strato, adeoque honoratioribus destinato. - מָחַץ, *frango*. Iob. XXVI, 12. ubi tamen pro *ἔστρωσεν Grabius* iudicat legendum *ἔτρωσεν*, *vulneravit*. *Vulg*. *percussit*. Vide *Grabii Proleg*. *in LXX* T. IV. c. 4. §. 2. Sed מָחַץ etiam *prosternendi* significationem admittit. Conf. versionem *Symmachi*. - מְשֻׂכָה, *sepimentum*. Prov. XV, 20. *ἐστρωμέναι*. שָׂכַךְ, ut סָכַךְ,

est *tegere*, *operire*. – *בָּטָה, *extendo*. 2 Sam. XXI, 10. sec. ed. *Compl*. – רִפֵּד Pih. *sterno*. Iob. XVII, 13.

ΣΤΥΓΕ΄Ω, *odio prosequor*, *exhorresco*, *extimesco*, *terribilem reddo*, *tristor*. 2 Macc. V, 8. στυγούμενος ὡς τοῦ νόμου ἀποστάτης, odio habitus, ut legis apostata. 3 Macc. II, 31. στυγοῦντες, quod versio in *Bibl. Polyglott. Anglic.* reddit *honorantes*, ad quem locum observat *Flaminius Nob.*, hac notione interdum sumi στυγεῖν, notare Grammaticos. Addit tamen, in quibusdam codicibus legi στοιχοῦντες, quasi *ascendentes per gradus civilium honorum*. *Gloss. Brem.* στυγούμενος, μισούμενος, ἀποτρόπαιος.

ΣΤΥΓΝΑ΄ΖΩ, *contristor*, *tristis sum*, etiam *percellor*, *obstupesco*. שָׁמַם, *obstupesco*. Ezech. XXVII, 35. XXVIII, 19. XXXII, 10. Conf. Marc. X, 22. et ad h. l. *Keuchenium*. Eodem sensu στύγω occurrit. *Hesych.* ἔστυγεν, κατεπλάγη. Confer quoque *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΣΤΥΓΝΟ΄Σ, *perturbatus*, *perplexus*, it. *horrendus*, *tristis*. שׁוֹבָב, *aversus*. Ies. LVII, 17. ἐπορεύθη στυγνὸς, ibat *perplexus*. Sap. XVII, 5. τὴν στυγνὴν ἐκείνην νύκτα, *horrendam* illam noctem s. potius *tenebricosam et atram*. Eodem sensu στυγνάζω sumitur Matth. XVI, 3. ubi στυγνάζων ὁ οὐρανὸς opponitur τῇ εὐδίᾳ, *coeli serenitati*. Conf. *Polyb.* IV, 21. ubi quoque στυγνότης de *coeli tristitia* dicitur.

**ΣΤΥΓΝΟ΄Σ ΓΙ΄ΝΟΜΑΙ*. בְּנַס chald. *saevio*, *irascor*. Dan. II, 12. sec. cod. *Chis.* στυγνὸς γενόμενος.

ΣΤΥ΄ΛΟΣ, *columna*. כֹּתֶרֶת, *coronamentum*. 1 Reg. VII, 40. – מַצֵּבָה, *statua*. Ierem. XLIII, 13. – עָב, *densitas*. Exod. XIX, 9. ἐν στύλῳ νεφέλης. Ita transtulerunt, ratione habita עַמּוּד עָנָן, quae saepe in Exodo commemoratur, sensu eodem. – עֹמֶד infin. *stando*. 2 Par. XXXIV, 31. ἔστη ὁ βασιλεὺς Ἰωσίας ἐπὶ τὸν στύλον αὐτοῦ, stabat rex Iosias in *statione* sua. Conf. 2 Par. XXIII, 13. XXX, 16. XXXV, 10. et *Heinsii Exerc. Sacr.* p. 482. – עַמּוּד. Exod. XIII, 21. ἐν στύλῳ νεφέλης, in *columna* nubis, h. e. in *densa* nube (coll. Sir. XXIV, 4. nisi ibi de *montibus altissimis* cogitare malis). Ibid. ἐν στύλῳ πυρὸς, in *nube* ignea. Iud. XX, 40. στύλος καπνοῦ, *columna fumi*, h. e. *fumus columnae instar ascendens*. Iob. XXVI, 11. στύλοι οὐρανοῦ, *columnae coeli*. Ita vocantur *montes*, qui sublimi vertice sidera feriunt, et summi laquearia tecti ad *columnarum* instar sustentare videntur. Conf. Nah. I, 5. ubi, quod Iob. l. c. de *coeli columnis* dixit, de *montibus* dicitur. Sic et montes omnes excelsos valde κίονας, *columnas*, appellari docet *Eustathius* ad *Odyss.* α΄, v. 53. ubi *Atlas* dicitur sustinere κίονας μακρὰς, quae terram et coelum ἀμφὶς ἔχουσιν, i. e. διείργουσιν, ut *Schol.* ibid. h. e. *intersepiunt* et *discapedinant*, qua voce Glossae utuntur. Similiter *Aetnam* Pindarus οὐρανίαν κίονα vocat.

Vide *Alberti Peric. Crit.* p. 3. *Inc.* Iud. XVI, 25. עַמּוּדִים, δύο στύλων. Conf. v. 29. - קְרָסִים plur. *ansulae.* Exod. XXVI, 33. Legerunt forte קְרָשִׁים. - קֶרֶשׁ, *asser.* Exod. XXVI, 15. XXXV, 10. et alibi saepius. - שַׁעַר, *porta.* Ezech. XL, 19. Sap. XVIII, 3. *στύλος πυριφλεγὴς*, columna s. *nubes* ignea. Sir. XXXVI, 24. uxor bona appellatur *στύλος ἀναπαύσεως* mariti: ubi *στύλος quodvis fulcrum* notat, *quo nitimur.* - Vide supra s. ἄσηπτος.

ΣΤΥΛΟ'Ω, columnam erigo. נָצַב, *pono, statuo, erigo.* *Al.* Thren. III, 12. ἐστύλωσε.

ΣΤΥΠΠΕ'Ι'ΝΟΣ, stupeus, ex stupa factus, a στύππη, vel στύπη, *stupa.* פִּשְׁתָּה, *linum.* *Al.* Lev. XIII, 59. ubi alii στυππυΐνου. *Hoeschelius* not. ad *Phrynich.* p. 111. *στυππεΐνου* legendum coniicit.

ΣΤΥΠΠΕΙ'ΟΝ, ΣΤΥΠΕΙ'ΟΝ, stupa. נְעֹרֶת, *stupa ex lino excussa.* Iud. XVI, 9. *Vulg. filum de stuppae ortum putamine.* Al. Ies. I, 31. *στυπεῖου.* Cant. tr. puer. 17. *Suidas: Στυππεῖον, στύππιον δέ. τὸ μὲν σημαίνει τὸ τῆς ἐλαίας ὀστοῦν· τὸ δὲ, ὅθεν τὸ λίνον νήθεται.*

ΚΑΛΑ'ΜΗ ΣΤΥΠΕΙ'ΟΥ, culmus stupae. נְעֹרֶת, *stupa ex lino excussa.* Ies. I, 31. Conf. *Lobeckium* ad *Phrynichum* p. 261.

ΣΤΥΠΠΙ'ΟΝ, i. q. *στυππεῖον, stupa.* פִּשְׁתָּה, *linum.* Iud. XV, 14. *Al.* Lev. XIII, 47. *στυππίῳ.* - נְעֹרֶת, *stupa ex lino excussa.* *Symm.* Ies. I, 31. *στυππίου.* Adde Iud. XVI, 9. ubi conf. var. lect. Vide et Sir. XXI, 10. *στυππίον συνηγμένον*, stupa collecta, in unum coacta, h. e. *fomentum et pabulum irae divinae.* *Hesych. στυππίον, τὸ λίνον.*

ΣΤΥΡΑ'ΚΙΝΟΣ, styracinus, ex styrace arbore factus. לִבְנֶה, *populus alba.* Gen. XXX, 37. *ῥάβδον στυρακίνην*, virgam ex arbore styrace: ubi in nonnullis libris legitur *σταρυκίνην*, aperte vitiose.

ΣΤΥ'ΡΑΞ, arboris nomen (de qua vide *Bocharti Hieroz.* P. II. lib. IV. c. 12.), it. *lacryma*, vel: *liquor inde manans.* נְכֹאת plur. *aroma contusum.* *Aqu.* Gen. XXXVII, 24. et XLIII, 11. ubi LXX *θυμίαμα.* *Hesych. Στύραξ, πόλις Εὐβοίας, καὶ σαυρωτὴρ τοῦ δόρατος καὶ λόγχη, καὶ δένδρον ὁμωνύμως καὶ θυμίαμα.* *Thomas Mag. στύραξ μὲν θυμίαμά τι. Λιβάνιος ἐν τῷ περὶ τῆς ἑαυτοῦ τέχνης· Στύρακος ἅμα ὀσμῇ θεραπεύσας τὸν θεόν.* Conf. *Dioscoridem* lib. I. c. 80. *Strabonem* lib. XII. p. 856. et *Hillerum Hierophyt.* P. I. c. 23. §. 4. p. 229.

ΣΥ', *tu*, in sing. et plur. ὑμῶν, ὑμῖν, ὑμᾶς. *אָכֵן, *vere.* Ps. LXXXI, 7. *ὑμεῖς δέ.* Sed legendum *ἰδοὺ δὴ* ex *Iustino M. Dial.* c. *Tryph.* p. 353. - *אֵת. Cohel. V, 6. *σὺ δὲ τὸν θεὸν φοβοῦ* sec. cod. *Vat.* ubi *σὺν* reponendum est e cod. *Alex.* et ed. *Ald.* - אֶת־מָה, *quod.* Ierem. XXIII, 33. Lege-

runt coniunctim אָתֶם הַמָּשָׁה. – *גַּוְךָ, *tergum tuum*. LXX sec. *Hex.* 1 Reg. XIV, 9. σου. Eleganter. Nam גַּו h. l. abundat. – *לֹא, *non*. Hos. XIII, 12. σου φρόνιμος. Ita quoque *Arabs*. Sed legendum οὐ φρόνιμος. Σ ex antecedente voce υἱὸς male adhaesit. In m. cod. Barb. legitur ἀνόητος, quod fortasse est *Theodotionis*. – לְךָ, *tibi*. 2 Par. XXVI, 18. οὐ σοὶ (sc. ἐστὶ), Ὀζία, θυμιάσαι τῷ Κυρίῳ, non *tibi licet*, Ozia, adolere Domino. – לָכֶם, *vobis*. Mich. III, 1. οὐχ ὑμῖν ἐστι τὸ γνῶναι τὸ κρίμα; nonne *decet vos* scire ius? Vide et 2 Par. XIII, 5. et *Keuchenium* in Matth. XX, 23. p. 83. – *עַתָּה, *nunc*. 2 Sam. XVIII, 3. 2 Reg. I, 18. Legerunt cum *Vulg.* et *Ionath.* וְאַתָּה, quemadmodum ibid. v. 20. e contrario legerunt וְעַתָּה. Vide *Buxtorfii Antierit.* p. 574. sequ. – קֶרֶב, *medium*, *intimum*. Exod. XXXIII, 25. XXXIII, 3. 8. Num. XI, 20. et alibi saepius. – שַׁעַר, *porta*. Exod. XX, 10. παροικῶν ἐν σοί. Prov. IV, 19. pro σῶν ante χαρίτων mihi τῶν legendum esse videtur. Ierem. XLIX, 4. ubi σοῦ post πεδίοις apud LXX sec. *Hex.* videtur esse hebr. זָב, *fluxit*, graecis literis expressum. Ierem. LI, 20. pro ἐκ σοῦ lege ἐν σοί. In textu hebr. legitur בְּךָ.

*ΣΥ' ΕΙ', *tu es*. אוֹתָה. Hos. IV, 19. Legerunt אַתָּה, *tu*. Sed *Arabs* habet *supervenit*, أتى, quae exprimit hebr. אָתָה, *venit*. *Bahrdtius* coniicit, eum legisse συεῖ, *movebit*, quasi se movebit, h. e. veniet in alas eius. *Hieronymus* autem legit: συρισεῖ vel συρίζει (reddidit enim *sibilavit*), sed, ut videtur, vitiose. Conf. *Cappelli Crit. Sacr.* p. 509. – Vide alibi θεός.

ΣΥ' ΜΟΝΩ'ΤΑΤΟΣ, *tu solus*. אַתְּ, *tu*. *Al.* Iud. XI, 35. σὺ μονωτάτη εἰς σκῶλον ἐγένου, tu sola in offendiculum facta es. Sic enim pro σεμνοτάτη, quod *Grabius* in edit. Cod. Alex. supplevit, legendum coniicit *L. Bos. Proleg. in LXX Intt.* c. 3.

ΣΥΓΓΕΛΑ'Ω, *una video*. Sir. XXX, 10. μὴ συγγελάσῃς αὐτῷ, ἵνα μὴ συνοδυνηθῇς, ne *rideas una cum illo*, ne dolendum sit tibi una cum illo. *Euripid. Erechth.* v. 22.

ΣΥΓΓΕ'ΝΕΙΑ, *cognatio*. דּוֹד, *dilectus*, it. *patruus*. Lev. XX, 20. – דּוֹר, *aetas*. Ies. XXXVIII, 12. – טַף, *parvulus*. Gen. L, 8. – יָנָה, *opprimo*. Ps. LXXIII, 9. Hic legerunt בִּין, *soboles*, *prosapia*. – מוֹלֶדֶת. Gen. XII, 1. – מִשְׁפָּחָה, *familia*. Exod. VI, 14. XII, 21. Iud. XVII, 7. sec. Hex. *Aqu. Symm.* Ps. XXI, 28. – *מִשְׁפַּחַת מַטֶּה, *familia extensionis s. tribus*. Ios. XXI, 5. et 6. sec. *Compl.* – תּוֹלְדוֹת plur. Exod. VI, 16. 19. Num. I, 20. et alibi. Sir. XXII, 6. *familia*. Sap. VIII, 17. ἔστιν ἀθανασία ἐν συγγενείᾳ σοφίας, ubi συγγένεια est *familiaritas*, *arctissima coniunctio*, *amicitia*, i. q. φιλία in sequ. *Ioseph. B. I.* IV, 9. p. 301. ed. *Hav.* διὰ συγγένειαν ἠθῶν.

ΣΥΓΓΕΝΗ'Σ, *cognatus.* בֶּן מֶשֶׁק, *filius procurator. Symm.* Gen. XV, 2. - גֹּאֵל part. *redemtor.* 1 Reg. XVI, 11. - *דּוֹד, *patruus.* Lev. XX, 20. τῆς συγγενείας sec. *Vat.* abstracto posito pro concreto. - דּוֹדָה, *amita.* Lev. XVIII, 14. XX, 20. - זְרוֹעַ, *brachium.* Ezech. XXII, 6. Legerunt לְזַרְעוֹ, mutatis tantum punctis. Consanguineos Hebraei זֶרַע vocant et בָּשָׂר. Ies. XLVIII, 7. - מִשְׁפָּחָה, *familia.* Lev. XXV, 45. Ios. XXI, 27. - רַךְ, *tener, mollis, delicatus.* 2 Sam. III, 39. quasi legissent אָח, quod *quemvis consanguineum* notat, aut דּוֹד, sed admodum inepte. Adde 1 Macc. X, 89. ubi pro συγγενέσι cod. *Alex.* συγγενεῦσιν habet, ubi sine dubio legendum est συγγονεῦσιν.

*ΣΥΓΓΗΡΑ'ΣΚΩ, *consenesco.* Sir. XI, 16. τοῖς γαυριῶσιν ἐπὶ κακὰ συγγηρᾷ κακία. Leguntur haec in ed. *Compl. Cod. Aug. Hoeschelii* et in verss. *Vulg. Syr. et Arab. Herodot.* lib. III. p. 211, 33. γηράσκοντι δὲ συγγηράσκουσι. *Isocr. Paraen. ad Demon.* col. 4, 5. Legitur et συγγηράω apud *Eurip. Inc. Trag.* v. 132. p. 508.

ΣΥΓΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *simul sum, conversor,* item: *coeo, concumbo.* יָדַע, *cognosco,* etiam: *coeo.* Gen. XIX, 5. ἐξάγαγε αὐτοὺς, ἵνα συγγενώμεθα αὐτοῖς, educito illos, ut *concumbamus* cum illis. Conf. Iudith. XII, 15. Susann. v. 11. et 38. et *Fesselii Advers. Sacr.* lib. II. c. 20. p. 152. Sic etiam *Aelianus V. H.* XII, 63. ὄναρ αὐτῇ συνεγένετο, per somnium cum illa *rem habuit.* - *רָבַע, *accumbo, coeo. Inc.* Lev. XX, 16. συγγενέσθαι sec. cod. *Lips. K.* - *שָׁכַב. LXX sec. cod. *Oxon.* seu potius *Inc. Int.* Gen. XXXIX, 10.

ΣΥΓΓΙΝΩ'ΣΚΩ, *simul sentio, conscius sum, cognosco, existimo, ignosco.* 2 Macc. XIV, 31. συγγνοὺς, *intellegens.*

ΣΥΓΓΝΩ'ΜΗ, *concessio, venia.* Prol. Sir. συγγνώμην ἔχειν, *veniam dare, ignoscere.* Eadem formula legitur quoque Sir. III, 12. et 2 Macc. XIV, 20. sec. *Alex.* Cf. *Aelian. V. H.* V, 17. *Suidas:* συγγνώμη, συγχώρησις, et paulo post: λαμβάνεται δὲ τὸ ὄνομα ἐπὶ τῆς ἀφέσεως καὶ συγχωρήσεως.

*ΣΥΓΓΝΩΜΟΝΕ'Ω, *veniam do, ignosco.* 4 Macc. V, 13. Descendit a συγγνώμων, h. e. συμπαθὴς, οἰκτίρμων, *Suida* interprete.

ΣΥΓΓΝΩΣΤΟΣ, *dignus, cui aliquid concedatur, venia dignus.* Sap. VI, 6. σύγγνωστός ἐστιν ἐλέους, *dignus* est, cui misericordia exhibeatur. Sap. XIII, 8. οὐδ' αὐτοὶ σύγγνωστοι, neque ipsi venia *digni. Vulg. nec his debet ignosci. Lex. Cyrilli MS. Brem.* σύγγνωστος, προφανὴς, ἄξιος ἐλέους.

*ΣΥΓΓΟΝΕΥ'Σ, *qui est ex eadem cognatione.* Restituenda est haec vox codici *Alex.* 1 Macc. X, 89. ubi nunc legitur συγγενεῦσιν. Vide supra s. v. συγγενής.

ΣΥΓΓΡΑΦΕΥ'Σ, *scriptor, historicus.* 2 Macc. II, 29.

ΣΥΓΓΡΑΦΗ', *scriptio*, peculiariter de *scriptione historica* dicitur: *liber*, *syngrapha*, *chirographum*, *stipulatio*, *cautio*, it. *scriptum*. כָּתַב סֵפֶר, *scribo librum*. Iob. XXXI, 36. συγγραφὴν δὲ, ἣν εἶχον κατά τινος, *chirographum* vero, quod habebam contra aliquem. Conf. Tob. VII, 16. ubi *pactionem coniugii constituti et contracti* notat, *pactum coniugale*, 1 Macc. XIII, 42. et *Aelianum V. H.* lib. IV. c. 1. Adde *Salmasium de modo usurar.* p. 471. 1 Macc. XIV, 41. ὅπως γράφωνται ἐπὶ τῷ ὀνόματι αὐτοῦ πᾶσαι αἱ συγγραφαὶ ἐν τῇ χώρᾳ, ut scribantur in nomine eius omnia *publica scripta* in regione.

ΣΥΓΓΡΑΦΗ' ἌΔΙΚΟΣ, *syngrapha*, *scriptura iniqua*, מוֹטָה, *iugum*, *lorum iugi*. Ies. LVIII, 6. Bene quoad sensum. Sermo enim ibi est de debitoribus, et *chirographum* commode *iugum* dici potest, quia molestum est, et vim obligandi habet. Vide ad h. l. *Montfauconium*.

ΣΥΓΓΡΑ'ΦΩ, *conscribo*, *describo*. כָּתַב, *scribo*. *Aqu.* Cohel. XII, 16. συνέγραψεν.

ΣΥΓΓΥΜΝΑΣΙ'Α, *communis exercitatio*, *commercium*, vel simpliciter: *exercitatio*. Sap. VIII, 18. συγγυμνασία ὁμιλίας, *certamen colloquii*.

ΣΥΓΚΑ'ΘΗΜΑΙ, *consideo*. יָשַׁב, *sedeo*. Exod. XXIII, 33. Psalm. C, 8.

ΣΥΓΚΑΘΙ'ΖΩ, idem, item *procumbo*. הִשִּׁיב Hiph. a נָשַׁב, *sufflo*, *difflo*. Gen. XV, 11. συνεκάθισεν αὐτοῖς. Derivantes a יָשַׁב legerunt procul dubio וַיֵּשֶׁב, nulla analogiae ac seriei orationis ratione habita. – הָשִׁית יָד Hiph. *pono manum*. *Al.* Exod. XXIII, 1. συγκαθίσῃ, ubi in notione *conspirandi* legitur. – יָשַׁב, *sedeo*. Exod. XVIII, 13. Ierem. XVI, 16. – *כָּרַת. LXX sec. ed. *Compl.* Exod. XXIII, 32. Συγκαθίζειν διαθήκην in hac orationis serie esset: *in consessu solemni foedus pangere*. Sed dubito, an ita per usum loquendi dici possit. Praeferenda igitur est lectio reliquorum librorum συγκαταθήσῃ, e qua per compendium scribendi συγκαθίσῃ facile oriri potuit. – רָבַץ, *cubo*. Num. XXII, 27. ἡ ὄνος συνεκάθισεν ὑποκάτω Βαλαὰμ, asina *procumbebat* sub Bileamo. Eodem sensu verbum συγκάθημαι usurpatur. Sic in *Luciani Pseudol.* T. II. p. 443. συγκαθήμενος εἰς γόνυ dicitur *procumbens in genu*, et in *Basilii M. Orat. Mor.* XII. p. 343. χαμαὶ συγκαθῆσθαι, *humi procumbere*. Vide *Mali Obss. Sacr.* lib. IV. p. 264. Vide et 3 Esdr. IX, 6. 16.

ΣΥΓΚΑΘΥΦΑΙ'ΝΩ, *simul intexo*, *contexo*. Hinc phrasis σὺν χρυσῷ καὶ ὑακίνθῳ συγκαθυφασμένος, *cum auro et hyacintho contextus*, respondet hebraico צְנִיפוֹת plur. *mitrae*. Ies. III, 22. Praeterea legitur Exod. XXVIII, 17. sec. 4 codd. *Holm.* pro מִלֵּא, *impleo*, ubi *Philo* I, 60. συνυφανεῖς habet.

ΣΥΓΚΑΙ'Ω, *simul uro, comburo.* אָכַל, *edo.* Gen. XXXI, 40. ἐγενόμην τῆς ἡμέρας συγκαιόμενος τῷ καύματι, καὶ τῷ παγετῷ τῆς νυκτός. *Hieron. urebar.* Ibi συγκαίειν etiam de *gelu* ac *frigore* adhibetur. Bene. Sic enim etiam profani auctores loquuntur, ut exustionem non minus gelu ac frigori valido adscribant, quam igni, i. q. etiam rei naturae est conveniens. Vide supra s. v. ἐκκαίω. - הִדְלִיק Hiph. *accendo.* Ies. V, 11. - הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio.* Ps. CXX, 6. ἡμέρας ὁ ἥλιος οὐ συγκαύσει σε, οὐδὲ ἡ σελήνη: ubi *Cappellus* statuit eos legisse כָּוָה. Sed non permutarunt נָכָה et כָּוָה, sed sensum reddiderunt. *Sol non percutiet te* improprie et metaphorice dictum pro: *non uret te.* Solis enim proprium est *urere*, non *percutere.* Conf. *Drusii Obss.* lib. VII. c. 9. - הֵצִיק Hiph. a צוּק, *arcto. Symm.* Iob. XXXII, 15. συγκαίει. Ex sententia *Cappelli Crit. S.* p. 822. legit הִצִּיתַנִי, ab הִצִּית, *accendere, succendere.* Mihi autem sensum expressisse videtur, nam συγκαίειν h. l. sensu metaphorico pro *incitare* positum est. Nam verba *spiritus ventris mei me comburit* continent elegantissimam imaginem, qua indicatur ac describitur summa cupiditas, qua ad solloquia rapiatur, ac sensu minime diversam ab ea, quae in textu hebr. reperitur, *pectoris spiritus me coarctat*, h. e. paene suffocor prae cupiditate loquendi. - חָמַר, *ferveo, summo aestu affectus sum.* Iob. XVI, 6. συγκέκαυται. Respexerunt ad rad. כָּמַר, aut ad significationem, qua verbum חָמַר postea in Thalm. fuit usitatum, quod etiam vult *Rasi*, qui per נקמטו interpretatur. - חֲרִישִׁית, *silens.* Ion. IV, 9. *Ventus silens* est ibi, qui aestum solis spirando non minuit. - חֲשַׁשׁ, *gluma.* Ies. V, 24. - נֶעְתַּם Niph. *obscuror.* Ies. IX, 19. coll. arab. غتم, *aestus,* ab غتم, *combussit. Vitringae* sensum e loco collegisse videntur. - נָקַר, *perfodio.* Iob. XXX, 17. συγκέκαυται. Libere transtulerunt, de *febre* scilicet cogitantes. - שָׁזַף. *Aqu.* Cant. I, 5.

ΣΥΓΚΑΛΕ'Ω, *convoco.* קָרָא, *voco.* Exod. VII, 11. Ios. IX, 22. X, 24. et alibi saepius. - שִׁסַּע, *discindo, findo. Aqu.* 1 Sam. XXIV, 8. συνεκάλεσεν. Sed hanc *Aquilae* interpretationem non vacare suspicione mendi, vel esse prorsus metaphoricam, docet *Montfauconius. Bielius* coniecit συνέκλασεν. Eodem tamen iure scribi quoque posset συνέθλασεν. Quanquam autem *Aquila* ex utraque coniectura notionem verbi hebraici propriam expressit, tamen συγκλάω aut συνθλάω aeque ac vox hebraica sensu metaphorico h. l. accipiendum erit, ut suppleatur τὴν βουλὴν, ac respondeat vernaculo *eines Willen brechen*, h. e. *cogere, ut aliquis sententiam suam mutet, ac a proposito suo recedat.* Caeterum

confirmat utramque coniecturam auctoritas *Vulg. Int.* qui habet *confregit.* Iudith. II, 3. συνεκάλεσεν πᾶσαν τὴν κακίαν τῆς γῆς ἐκ τοῦ στόματος αὐτοῦ, h. e. *narravit iis, quali iniuria et contumelia ab illis populis affectus fuerit.*

*ΣΥΓΚΑΛΕ'Ω, *convoco, congrego.* Iudith. II, 4. ὡς συνεκάλεσε τὴν βουλὴν αὐτοῦ. Lectio haec, quam *Ald.* et *Compl.* habet, ob v. 2. praeferenda est τῷ συνετέλεσε *Cod. Vat. Philoxen. Gloss.* συγκαλῶ, *convoco, concieo, percito.*

ΣΥΓΚΑ'ΛΥΜΜΑ, *cooperimentum, operimentum, tegumentum.* כָּנָף, *ala, ora.* Deut. XXII, 30. XXVII, 20.

ΣΥΓΚΑΛΥ'ΠΤΩ, *cooperio, contego.* בָּכָה, *fleo.* Ps. LXVIII, 13. συνεκάλυψα ἐν νηστείᾳ τὴν ψυχήν μου. Ita latini fere et graeci libri omnes. Sed veram lectionem servavit Cod. *Vat.* συνέκαμψα, ut ex μ litera una librarius fecerit duas λυ. Lectio haec non modo ad rem aptior esse videtur, verum etiam cum aliis SS. locis convenientior, v. c. Ps. LVI, 6. XXXIV, 13. Vide quoque supra s. καλύπτω et infra s. v. συγκάμπτω. *Trommio* legisse videntur סָכַךְ. – גָּהַר, *pronum me expando.* 2 Reg. IV, 35. ubi pro συνεκάλυψεν nonnullis videtur legendum συνέκαμψεν, h. e. *inflexit, incurvavit se,* ut idem Cod. *Vat.* habet. Vide ad h. l. notas *L. Bos.* Sed dum se pronum super puero expandebat, contegebat eius corpus eo consilio, ut incalesceret. – הֵסֵב Hiph. a סָבַב, *circumdo.* 1 Reg. XXI, 4. – הִתְחַפֵּשׂ Hithp. *muto me, dissimulo.* 1 Sam. XXVIII, 8. συνεκαλύψατο, *cooperta facie sua se dissimulavit.* *Vulg. mutavit habitum suum.* Arab. حشف, *vestem induit tritam.* 1 Reg. XXII, 30. 2 Par. XVIII, 29. sec. *Vat.* – כִּסָּה Pih. Gen. IX, 23. Iud. IV, 18. 19. et alibi. – סָרַח, *redundo.* Exod. XXVI, 13. Sir. XXVI, 9. Dan. XIII, 39. sec. cod. *Chis.*

ΣΥΓΚΑ'ΜΠΤΩ, *simul inflecto, incurvo, contorqueo.* הַמְעִיד Hiph. *nutare facio.* Ps. LXVIII, 23. vel 24. – בָּכָה, *fleo.* *Al.* Ps. LXVIII, 13. συνέκαμψα. Dici quidem posset, LXX libere vertisse, quia viderent, non commode dici posse: *flevi in ieiunio animam meam:* magis tamen placet statuere, eos legisse אֶכְנַע, a כָּנַע, *humiliavit, depressit,* quam lectionem quoque secutus est *Syrus* et *Psalter. Aethiop.* Ex opinione *Koehleri* legerunt וָאֶסְכָּה fut. Niph. a סָכַךְ. *Vulgatus* habet: *operui.* Videtur igitur legisse apud LXX συνεκάλυψα. Fortasse quoque LXX scripserant συνέκλαυσα. Probat quoque hanc coniecturam *Kreyssigius,* cui librarii primum συνέκλαυσα scripsisse videntur, quod deinde in συνεκάλυψα et συνέκαμψα mutatum est. Conf. *Bosii* notas ad 2 Reg. IV, 35. ac *Valckenar.* ad *Theocriti Adon.* p. 229. – גָּהַר, *pronum me expando.* Al. 2 Reg. IV, 34. et 35. – כָּרַע. *Theod.* et LXX sec. cod. *Coislin.* Iud. V, 27. συγκάμψας. Vide ad h. l. *Scharfenbergium.*

ΣΥΓΚΑ'ΠΤΩ, *comedo*, *devoro*. הַמְעִיד Hiph. *nutare facio*. *Al.* Psalm. LXVIII, 28. *σύγκαψον*, ubi alii libri rectius *σύγκαμψον* habent.

ΣΥΓΚΑΤΑΒΑΙ'ΝΩ, *condescendo*, *una descendo*. יָרַד אַחֲרֵי, *descendo post*. *Aqu*. *Symm*. *LXX* Ps. XLVIII, 18. Conf. *Cant. tr. puer*. v. 19. Sap. X, 14.

ΣΥΓΚΑΤΑΓΗΡΑ'ΣΚΩ vel *συγκαταγηράω*, *una consenesco*. Tob. VIII, 7. *αὐτῇ συγκαταγηράσαι*, *ei consenescere*. *Menandri fragm*. p. 104. ed. *Clerici*.

ΣΥΓΚΑΤΑ'ΓΝΥΜΙ, *confringo*. מָחַץ. *Symm*. Ps. LXVII, 24. *συγκατεάξῃ*. מָחַץ interdum notat *calcare*, *percutere pedibus*. Conf. *Simonis Lex. hebr*. p. 907.

ΣΥΓΚΑΤΑΚΑΛΥ'ΠΤΩ, *contego*. כִּסָּה Pih. idem. 2 Par. IV, 12. Praeterea legitur Num. IV, 14. in *Ald.* ubi nihil in textu hebr. respondet. Reliqui libri habent *συγκαλύψουσι*.

ΣΥΓΚΑΤΑΚΛΗΡΟΝΟΜΕ'Ω, *simul haereditatem occupo*, *simul possideo*. אָחַז, *possideo*. Num. XXXII, 30.

ΣΥΓΚΑΤΑΜΙ'ΓΝΥΜΙ vel *συγκαταμιγνύω*, *commisceo*. בּוֹא, *venio*. Ios. XXIII, 12. *συγκαταμιγῆτε αὐτοῖς*, ubi notat *necessitudinem* aut *familiaritatem contrahere cum aliquo*. *Eurip. Herc. Fur*. v. 673.

*ΣΥΓΚΑΤΑΡΙΘΜΕ'Ω, *una numero*, *una annumero* s. *enumero*. Num. XXXII, 30. sec. cod. *Oxon*. *συγκαταριθμηθήσονται μεθ' ἡμῶν*, *nobiscum inter possessores nominabuntur*: ubi hebr. אָחַז respondere videtur, et alii habent *συγκατακληρονομηθήσονται*.

ΣΥΓΚΑΤΑΤΙ'ΘΗΜΙ, *simul statuo*, *conspiro*, *consentio*. *יָשַׁב. LXX sec. ed. *Ald*. Exod. XXIII, 33. Sed ibi pro *συγκαταθήσονται* sine dubio legendum est *συγκαθήσονται*, ut oculus librarii voce *συγκαταθήσῃ*, v. 32. obvia, deceptus videatur. – הָשִׁית יָד Hiph. *pono manum*. Exod. XXIII, 1. *οὐ συγκαταθήσῃ μετὰ τοῦ ἀδίκου*, non *conspirabis* cum iniusto. *Compl.* ed. ibi habet *συγκαθίσῃ*. – כָּרַת, *seco*. Exod. XXIII, 32. *οὐ συγκαταθήσῃ αὐτοῖς καὶ τοῖς θεοῖς αὐτῶν διαθήκην*, non *foedus panges* cum illis et diis illorum. *Susann*. v. 20. *συγκατάθου ἡμῖν*, *consentias* nobis, seu *morem geras*. Conf. Luc. XXIII, 51. Inde *συγκατάθεσις*, *consensus*. Vide 2 Cor. VI, 16. ac *Lexicon N. T.* s. h. v. *Hesych*. et *Lex. Cyrilli MS. Brem*. *συγκατάθεσις*, *συμφώνησις*.

ΣΥΓΚΑΤΑΦΑ'ΓΟΜΑΙ, *simul devoro*. הִתְאַבֵּךְ Hithp. *elevo me*. Ies. IX, 18. *συγκαταφάγεται*. Legerunt יִתְאַכְּלוּ vel יִתְאַבְּדוּ.

ΣΥΓΚΑΤΑΦΕ'ΡΟΜΑΙ, *una delabor*, *una descendo*. Ies. XXX, 30. (ubi *κατὰ τὸ ῥητὸν* nihil pro hoc verbo in textu hebraeo legitur) *ὡς ὕδωρ καὶ χάλαζα συγκαταφερομένη βίᾳ*, sicut imber et grando *una descendens* cum violentia quadam.

ΣΥΓΚΕΙΜΑΙ, q. d. *coniaceo*, h. e. *simul* seu *una positus sum*, *consisto*, *consto*, *compositus* s. *compactus sum*, it. *foedus feci*, *conspiravi*, *coniuravi*. *בְּרוֹם, *genus vestium*. *Aqu.* Ez. XXVII, 24. συγκειμένοις. Arab. صيرم notat *vestem ex duobus aut pluribus filis contextam*. - קָשַׁר, *conspiro*. 1 Sam. XXII, 8. ὅτι σύγκεισθε πάντες ὑμεῖς ἐπ' ἐμὲ, quod vos omnes *conspirastis* adversus me. Vitio typographico in *Hex.* editum est σώγκεισθε. *Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σύγκεισθε, ὁμονοεῖτε. 2 Sam. XV, 31. sec. *Compl.* συγκειμένοις, *qui conspirarunt*. *Achilles Tat.* II. cap. 59. ὡς ἐπὶ συγκείμενον ἔργον, quasi ex compacto res ita ageretur. *Onosand. Strateg.* cap. 39. κατὰ τὴν συγκειμένην ὥραν, horam, de qua convenit. *Hesych.* συγκεῖσθαι, συνθήκην καὶ ὁμολογίαν ποιεῖσθαι. Sir. XLIII, 31. ἐν λόγῳ αὐτοῦ σύγκειται πάντα, verbo eius omnia *consistunt*. Conf. Col. I, 17.

ΣΥΓΚΕΝΤΕΩ, *compungo*, *confodio*, *contrucido*. 2 Macc. XII, 23. συγκεντῶν τοὺς ἀλιτηρίους, *stimulans* profanos.

ΣΥΓΚΕΡΑΝΝΥΜΙ, *commisceo*. *הִתְעָרַב chald. *misceo me*. Dan. II, 43. sec. cod. *Chis.* συγκραθῆναι. *Theod.* ἀναμίγνυται. 2 Macc. XV, 40.

***ΣΥΓΚΕΡΑΣΜΑ**, *temperamentum*, *mixtura*. נֶסֶךְ, *libamen*. Exod. XXX, 9. sec. cod. 106. *Holm. Ephraem. Syr.* Tom. I. p. 16. κατεσκευασμένων συγκερασμάτων ἡδονάς. *Philoxen. Gloss.* συγκέρασμα, *temperamentum*.

ΣΥΓΚΕΡΑΤΙΖΟΜΑΙ, *cornu pugno*, *cornibus ferio*, it. *confligo*. הִתְנַגַּח Hithp. Dan. XI, 34. συγκερατισθήσεται μετὰ τοῦ βασιλέως τοῦ νότου, *cornu certabit* cum rege austri. Caeterum h. l. apud *Theodot.* συνδικασθήσεται legendum esse docere conatus est *Kreyssigius* in *Obss.* in *Grr. Iobi Intt.* p. 22.

ΣΥΓΚΕΡΑΥΝΟΩ, *simul fulmino*, *una fulminando percutio*. 2 Macc. I, 16. βάλλοντες πέτρους συνεκεραύνωσαν τὸν ἡγεμόνα, iacientes lapides *una fulminando percusserunt* ducem. *Eurip. Bacch.* v. 1101. *Athen.* XIV. p. 628. B.

ΣΥΓΚΛΑΣΙΣ, *confractio*. מַהֲלֻמוֹת plur. *contusiones*. *Theod.* Prov. XIX, 29. συγκλάσεις.

ΣΥΓΚΛΑΣΜΟΣ, idem. קְצָפָה, *fractura*. *Al.* Ioel. I, 7. συγκλασμόν. Arab. قصف, *frangere*, unde *ramus arboris fractus* قصيف dicitur. Conf. *Schultensii Opera minora* p. 332. Vide quoque *Suidam* s. v. γομφιασμός.

ΣΥΓΚΛΑΩ, *confringo*. גָּדַע, *exscindo*. Ierem. L, 23. Thren. II, 3. *Theod.* Ps. LXXIV, 11. - הֶעֱמִיד Hiph. *stare facio*. *Al.* Ezech. XXIX, 7. συνέκλασας. Legit הַעֲרַצְתָּ, quod cum רָצַץ saepe significationem permutat. - מָחַץ, *frango*. *Symm.* Iob. XXVI, 12. συγκλᾷ. *Theod.* Prov. XIX, 19. συγκλάσεις. - קִצֵּץ Pih. *amputo*. *Al.* Psalm. XLV, 29. συγκλάσει,

pro quo συνθλάσει habet *Eusebius H. E.* X, 1. - רָצַץ. Iud. IX, 53. Vide et in v. συγκαλέω.

ΣΥΜΒΟΥΛΕΥ'Ω, *consulo.* אִתְיָעַט *chald. Ithp.* a יְעַט, Dan. VI, 7. – הֵסִית Hiph. a סוּת, *incito.* Ios. XV, 18. – *נוֹעָצוּ, *roboratus*, a יָעַז vel עָזַז. Ies. XXXIII, 19. συνεβουλεύσαντο. Confundentes literas ץ et ז ob soni similitudinem legerunt אֵת עַם נוֹעַץ לוֹ, a rad. יָעַץ. Conf. *Cappelli Crit. Sacr.* p. 571. Vide tamen infra s. v. רָאָה. – יָעַץ : נוֹעַץ, Kal et Niph. Exod. XVIII, 19. Num. XXIV, 14. ubi συμβουλεύειν ad imitationem hebr. יָעַץ notat *indicare, significare, praedicere.* Arab. وعظ, *refero, quod futurum est.* 2 Sam. XVII, 15. et alibi saepius. *Aqu. Theod.* Prov. XII, 20. – פָּחַד, *paveo.* Ierem. XXXVI, 16. – *רָאָה. Ies. XXXIII, 19. ᾧ οὐ συνεβουλεύσατο. Legerunt aut acceperunt in coniug. Hiphil, *cui non ostendit*, scil. quid faciendum sit, quod eodem redit. – שָׁקַל, *pendo.* Ies. XXXIII, 18. Sir. VIII, 17. μετὰ μωροῦ μὴ συμβουλεύου. *Polyb.* II, 46, 2. συμβουλεύεσθαί τινι, *consilia cum aliquo communicare.*

ΣΥΜΒΟΥΛΕΥ'ΩΝ ΣΥΜΒΟΥΛΕΥ'Ω, *consulens consulo.* יָעַץ, *consulo.* 2 Sam. XVII, 11. *Aqu. Symm.* Iob. XXVI, 5. *Aqu. Theod.* Prov. XII, 20.

ΣΥΜΒΟΥΛΗ', *consilium, quod alicui datur*, item: *consultatio, admonitio.* *עֵץ, *lignum.* Hos. IV, 12. sec. cod. *Alex.* Vide supra s. v. σύμβολον. Sir. XXXVII, 8.

ΣΥΜΒΟΥΛΙ'Α, *consultatio, consilium.* עֵצָה, idem. 1 Reg. I, 12. συμβουλεύσω σοι συμβουλίαν, dabo tibi *consilium.* 2 Par. XXV, 16. Prov. XII, 16. *Symm.* Ps. LXXII, 24. – אַנְשֵׁי עֵצָה, *viri consilii.* Psalm. CXVIII, 24. αἱ συμβουλίαι μου τὰ δικαιώματά σου. Ita *Bielius Trommium* secutus. Sed verba haec mihi videntur esse versio alius interpretis, pertinens ad

verba antecedentia גַּם עֵדֹתֶיךָ שַׁעֲשֻׁעָי, *etiam testimonia tua deliciae meae sunt:* ut nempe τὰ δικαιώματά σου respondeat hebr. עֵדֹתֶיךָ, et συμβουλίαι pertineat ad שַׁעֲשֻׁעָי, *deliciae meae,* nam quando me praeceptis alicuius regi patior, tunc me iis delectari declaro. *Agellius* suspicatur, LXX forte scripsisse σύμβουλοί μου, addit tamen: sed vere idem sensus est, ideoque non mutandum. Tob. IV, 24. ubi tamen pro ἐπὶ πάσης συμβουλίας *Ilgenio* legendum videtur συμβολίας, *casus, eventus.* Sir. VI, 27.

ΣΥΜΒΟΥ'ΛΙΟΝ, *concilium, coetus senatorum.* סוֹד, *arcanum*, it. *consilium. Theod.* Prov. XV, 23. συμβουλίου.

ΣΥ'ΜΒΟΥΛΟΣ, *consiliarius.* *בְּסוֹד, *in arcano s. consilio. Inc.* Iob. XV, 8. ubi sensum liberius expressit. – אִישׁ עֵצָה, *vir consilii.* Ies. XL, 13. – יָעֲטִין chald. plur. Esdr. VII, 13. 14. – יוֹעֵץ *part. masc.* 2 Sam. XV, 12. 1 Par. XXVII, 22. 33. et alibi. *Aqu.* Iob. XII, 17. Ies. IX, 6. – יוֹעֶצֶת part. foem. 2 Par. XXII, 3. – מְחַזֵּק בֶּדֶק, *restaurans rupturam.* Ezech. XXVII, 27. Formulam hebr. metaphorice non male acceperunt.

ΣΥΜΒΡΑΒΕΥ'Ω, *una cum aliis arbitrum ago, coadiuvo, cooperor.* 3 Esdr. IX, 14. συνεβράβευσαν αὐτοῖς. *Interpres Polyglottis Bibliis Anglicanis* adiunctus reddidit: *Simul cooperati sunt cum illis.* Quod vix tolerandum putat *Maius* lib. III. *Obss. SS.* p. 174. cum sermo sit de iudicio ab Esdra instituto ad examinandos, quotquot alienigenas duxerant uxores. Unde commate 13. memorari dicit κριτὰς, quibus mandatum fuerat ἐτάσαι τὸ πρᾶγμα, v. 16. Ergo συμβραβεύειν idem ipsi est, quod alias Graecis plenius dicitur βραβεύειν τὴν δίκην, *causae iudicem esse.* Apud *Suidam* συμβραβεύσω exponitur συνδιοικήσω. Ita *Bielius.* Sed in textu hebr. Esdr. X, 15. legitur עֲזָרָם, quod noster fortasse legit עֹזְרִים. LXX habent βοηθῶν αὐτοῖς.

ΣΥΜΒΡΑ'ΖΩ, *simul expello, eiicio.* Pass. συμβράζομαι, *eiicior*, metaph. *ab his, qui aestus impetu eiiciuntur.* 2 Macc. V, 8. Vide infra s. v. συνεκβράζομαι.

**ΣΥΜΜΑΙ'ΝΟΜΑΙ*, *simul insanio.* 4 Macc. X, 13. μὴ συμμανῇς τὴν αὐτὴν μανίαν: ubi alii l. habent simplex μανῇς. Vide quoque s. v. συμμένω.

ΣΥΜΜΑΡΤΥ'ΡΟΜΑΙ, *contestor, una testor.* הֵעִיד Hiph. ab עוּד, *testor.* Ierem. XI, 7. Conf. Apoc. XXII, 18.

ΣΥΜΜΑΧΕ'Ω, *simul pugno, socius belli sum, auxilior, sto a partibus alicuius.* עָזַר, *iuvo.* Ios. I, 14. 1 Par. XII, 21. Vide et 1 Macc. VIII, 25. 27. X, 24. 2 Macc. XI, 13.

ΣΥΜΜΑΧΙ'Α, *societas in bello, consociatio armorum, auxilium.* מֵץ, *pressor.* Ies. XVI, 4. Fortasse deduxerunt a מְצָא, quod in l. Syr. et Chald. *valere, praevalere, potentem, validum esse* notat. – *צִנָּה, *scutum. Symm.* Ps. V, 13.

Sensum expressit: nam scutum incolumem praestat. – *תְּשׁוּקָה. *Aqu.* Gen. III, 16. *Tychsenius* θεσουγαταχ *Aquilae* ansam praebuisse existimat, ut a זוּג, quod *Thalmudicis* est *sociari*, derivaret. Sed *Aquila* potius eam significationem expressit, quam hodie adhuc arabismus habet, ubi ساق est *stimulare*, inde سوق, *conflictus*. *Montfauconio* haec lectio, utpote ex latino *Hieronymi* efficta, non tam suspecta, quam spuria videtur, ac mavult κοινωνία. In Cod. *Coislin. Aquilae* tribuitur συνάφεια. Vide et Iudith. III, 8. VII, 1. 1 Macc. VIII, 17.

ΣΥ'ΜΜΑΧΟΣ, *commilito, socius belli* seu *pugnae.* זְרוֹעַ, *brachium. Symm.* Ps. LXXXII, 9. 1 Macc. VIII, 20. 23. IX, 60. ubi σύμμαχοι simpliciter sunt *socii. Hesych.* σύμμαχος, βοηθός.

*ΣΥΜΜΕ'ΝΩ, *una maneo, consisto, permaneo.* שָׁגָה, *erro.* Prov. XX, 1. sec. cod. *Alex.* πᾶς δὲ συμμενόμενος. Συμμενόμενος autem et λυμαινόμενος *Incerti Int.* in *Hex. Valckenaer* ad *Eurip. Phoen.* p. 146. diffinxit in συμμαινόμενος, cui etiam calculum suum addidit *Iaegerus.* Mihi autem lectio recepta, in συμμένων tantum mutata, translatori libere vertenti facile concedenda, non sollicitanda videtur. שָׁגָה enim notat *oblectari, uti aliqua re cupide. Vulg. quicunque his delectatur.* Idem quoque vult συμμένων. Si coniecturae locus esset, mallem συμπλεκόμενος. *Philoxen. Gloss.* συμμένει, *constat.*

ΣΥΜΜΕΤΕ'ΧΩ, *consors sum, una participo.* 2 Macc. V, 20. αὐτὸς ὁ τόπος συμμετασχὼν τῶν τοῦ ἔθνους δυσπετημάτων γενομένων, ὕστερον εὐεργετημάτων ὑπὸ τοῦ Κυρίου ἐκοινώνησε, ipse locus malorum, quae genti acciderant, *particeps factus,* postea etiam beneficiorum a Deo exhibitorum *particeps fuit.* Utitur etiam verbo *Lucianus* in *Philopatride* T. II. p. 784. observante *Maio Obss. SS.* lib. III. p. 178.

ΣΥΜΜΕΤΡΙ'Α, *commensuratio.* מַתְכֹּנֶת, *dispositio, forma. Inc.* Exod. XXX, 32.

ΣΥ'ΜΜΕΤΡΟΣ, q. d. *commensus, ad mensuram aptatus, proportionatus, commensuratus.* Σύμμετρα dicuntur, *quae sunt vel eiusdem vel paris mensurae.* מִדָּה, *mensura.* Ierem. XXII, 14. *Suidas:* σύμμετρα, τὰ αὐτῷ μέτρῳ μετρούμενα, καὶ τὰ οἰκεῖα ἑκάστῳ, καὶ ἀρκοῦντα, ἢ κατὰ τὸ πλῆθος, ἢ κατὰ τὸ μέγεθος, ἢ κατὰ ποιότητα, ἢ κατὰ τὰς δυνάμεις ἀνάλογον ἔχοντα.

ΣΥΜΜΙΑΙ'ΝΩ, *una polluo, coinquino.* Baruch. III, 10. συνεμιάνθης τοῖς νεκροῖς, coinquinatus es cum mortuis. Quae verba *Grotius* inde illustrat, quod Iudaei cadavera Chaldaeorum pollincire coacti fuissent. Sed haec *Bretschneidero* aliena visa sunt ab hoc loco, qui statuit, vel sensum esse *mortuis es annumeratus*, vel legendum συνεμίχθης.

commixtus, i. e. *annumeratus es.* Legitur praeterea haec vox apud *Iosephum B. I.* IV. p. 292. §. 5. 18.

ΣΥΜΜΙΓΗ'Σ, *commixtus*, *permixtus*, *promiscuus.* מִתְעָרַב chald. part. Ithp. *miscens se.* Dan. II, 43. συμμιγεῖς ἔσονται ἐν σπέρματι.

ΣΥΜΜΙ'ΓΝΥΜΙ, *commisceo*, *permisceo.* *הִתְבּוֹלֵל, *effusus*, *mixtus sum.* Hos. VII, 8. – הִתְחַבֵּר Hithp. *consocio me.* Dan. XI, 6. – הִתְעָרֵב Hithp. *Symm.* Prov. XIV, 10. – עָרַב. Prov. XI, 15. – קָרַב, *appropinquo.* Exod. XIV, 20. οὐ συνέμιξαν (sc. ἑαυτοὺς) ἀλλήλοις, *ad se invicem non accedebant.* Nonnulli statuunt, eos עָרַב legisse.

ΣΥ'ΜΜΙΚΤΟΣ, i. q. συμμιγὴς. *commixtus*, *confusus*, *miscellaneus*, *promiscuus.* טִפְסָר, *princeps.* Nahum. III, 17. ὁ σύμμικτός σου (sc. ὄχλος) ὡς ἀκρὶς, populus tuus commixtus tanquam locusta. Ita reddiderunt, quod טַף significat *miscellam parvulorum*, *infantium*, *famulorum et foeminarum turbam a viris distinctam.* – *מִנְּזָרִים, *proximi a diademate insignibus*, h. e. *a regibus.* Nah. III, 17. ὁ σύμμικτός σου. *Michaelis Suppl.* p. 1625. statuit, eos solum זריר, *peregrini tui*, arripuisse, literis מן aut neglectis, aut per ἐξήλατο redditis. – מַעֲרָב, *commercium.* Ezech. XXVII, 17. ῥητίνην ἔδωκαν εἰς τὸν σύμμικτόν σου, resinam dederunt in populum tuum *commixtum.* Vide et v. 19. 25. 27. 33 34. – *מַעֲשֶׂה, *opus.* Ezech. XXVII, 16. Videntur legisse מַעֲרָבַיִךְ, nam עָרוֹב est *turba miscellanea.* – עֶרֶב, *miscellanea turba.* Ierem. XXV, 20. *Aqu. Theod.* LXX Ierem. XXV, 24. L, 37. Conf. *Iudith.* I, 16. ubi post σύμμικτος supplendum στρατὸς, coll. *Herodot.* VII. c. 55. Vide quoque ἐπίμικτος.

ΣΥ'ΜΜΙΞΙΣ, *commixtio*, *commistura*, *consortium.* *עֲרֻבָּה, *pignus. Aqu.* 1 Sam. XVII, 18. καὶ τὴν σύμμιξιν αὐτοῦ λήψῃ, admodum aliene ab hoc loco, quanquam non ignoro, verbo עָרַב notionem *miscendi et commiscendi* subiectam esse. – תַּעֲרֻבוֹת plur. *sponsiones.* 2 Reg. XIV, 14. 2 Par. XXV, 24.

ΣΥΜΜΙ'ΣΓΩ, i. q. συμμίγνυμι, *commisceo*, *manum consero*, *insinuo me in alicuius familiaritatem*, *adiungo*, et, ut lat. *miscere verba*, *colloquor.* *בָּלַל. *Aqu sec. cod. Mosqu.* Gen. XI, 9. συνέμιξε. 2 Macc. III, 7. συμμίξας δὲ ὁ Ἀπολλώνιος τῷ βασιλεῖ, *colloquens* vero Apollonius cum rege. Vide et 1 Macc. XI, 22. ubi *convenire colloquendi causa* notat. *Hesych.* συμμίσγειν, ὁμιλεῖν. 2 Macc. XIV, 14. συνέμισγον ἀγεληδὸν Νικάνορι, gregatim *adiungebant* se Nicanori. Vide et 2 Macc. XIV, 16.

ΣΥΜΜΙΣΟΠΟΝΗΡΕ'Ω, *una odi malitiam et improbitatem*, *una indignor ob facti iniquitatem.* 2 Macc. IV, 36. συμμισοπονηρούντων καὶ τῶν ἑλλήνων.

*ΣΥΜΜΟΛΥ'ΝΟΜΑΙ, *inquinor.* הִתְגָּאֵל, *polluo me.* Dan. I, 8. sec. cod. *Chis.* ἵνα μὴ συμμολυνθῇ. *Theod.* ἀλισγηθῇ. *Philoxen. Gloss.* συμμολύνω, *coinquino.*

*ΣΥΜΠΑ'ΘΕΙΑ, *commiseratio.* 4 Macc. VI, 13. *Philoxen. Gloss.* συμπάθεια, *adfectio, animi dolor, commiseratio.*

*ΣΥΜΠΑΘΕ'ΣΤΕΡΟΝ, *maiore cum consensu affectuum.* 4 Macc. XIII, 22. XV, 4.

ΣΥΜΠΑΘΕ'Ω, *compatior, condoleo.* נוּד, idem. *Symm.* Iob. II, 11. συμπαθῆσαι. Sic quoque apud *Symm.* 1 Sam. XXII, 8. pro συμπαθῶν reponendum esse videtur συμπαθῶν, ubi hebr. חֹלֶה respondet. Vide infra s. v. συμπάσχω. 4 Macc. V, 25. *Philoxen. Gloss.* συμπαθῶ, *misero.*

*ΣΥΜΠΑΘΩ͂Σ, *cum consensu affectuum.* 4 Macc. XIII, 22. sec. *Ald.*

ΣΥΜΠΑΙ'ΖΩ, *colludo, simul vel una ludo.* Sir. XXX, 9. σύμπαιξον αὐτῷ, h. e. si petulantiam eius comprobas, adeoque omni severitate paterna neglecta cum eo pueriliter agis. Ita recte *Bretschneiderus.* Solonis dictum erat: *Liberis ne arrideas, ut imposterum non fleas.*

ΣΥΜΠΑΡΑΓΙ'ΝΟΜΑΙ, *simul advenio, una accedo.* נִלְוָה Niph. *adiungo.* Ps. LXXXII, 7. Ἀσσοὺρ συμπαρεγένετο μετ' αὐτῶν, Assur *una accessit cum illis.* Conf. Luc. XXIII, 48. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΣΥΜΠΑΡΑ'ΓΩ, *simul praetereo, una transeo.* Tob. XII, 13. ubi tamen al. pro συμπαρήγμην rectius συμπαρήμην, a συμπάρειμι, *una adsum.*

ΣΥΜΠΑΡΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *simul assumo, comprehendo, consumo.* סָפָה, *consumo, perdo.* Gen. XIX, 17. μήποτε συμπαραληφθῇς, *ne eadem pernicie abripiaris.* 3 Macc. I, 1. τὴν ἀδελφὴν συμπαραλαβὼν, sororem *comitem faciens.* Vide et Act. XII, 25. Gal. II, 1. *Polyb.* II. p. 1. *Dionys. Hal.* lib. VII. c. 55.

"ΑΜΑ ΣΥΜΠΑΡΑΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *una recipio.* שָׁלַח וְקָרָא, *mitto et voco.* Iob. I, 4. faciebant convivium quotidie συμπαραλαμβάνοντες ἅμα τὰς τρεῖς ἀδελφὰς αὐτῶν, *una ad coenam invitantes* tres sorores suas. *Aelian. V. H.* VIII, 7. de Alexandro M. συμπαρέλαβεν δὲ εἰς τὸ συμπόσιον καὶ τοὺς ἰδιοξένους.

ΣΥΜΠΑΡΑΜΕ'ΝΩ, *una permaneo.* יָרֵא, *timeo.* Psalm. LXXI, 5. συμπαραμενεῖ τῷ ἡλίῳ, una permanebit cum sole. Legerunt יַאֲרִיךְ cum *Vulgato* et *Arabe.* Vox haec, quam ignorat *Thesaurus Stephani*, extat praeterea in *Basil.* T. I. p. 49. et *Nazianz.* T. I. p. 74. ubi iungitur cum συνδιαιωνίζειν.

ΣΥΜΠΑ'ΡΕΙΜΙ, *una praesens sum, adsum.* הָיָה sequ. ב. *Symm.* Iob. XXXVIII, 4. συμπαρῆς. Sap. IX, 10. ἀπὸ θρόνου δόξης σου πέμψον αὐτὴν (sc. σοφίαν), ἵνα συμπαροῦσά μοι κοπιάσῃ, a throno gloriae tuae mitte illam (sapientiam), ut *adsit* mihi, et laboret mecum. Graecis alias assessores

iudicum dicuntur *συμπαρόντες*. Vide Act. XXV, 24. et conf. *d'Arnaud de Diis Παρέδροις* cap. 8. p. 42. ubi observat, *Ulpianum* ad *Demosthenis Mid.* p. 403. verba *παρεδρεύοντες ἄρχοντι τῷ υἱῷ*, quae in *Demosthene* sunt, exponere *συμπονοῦντος καὶ συμπαρόντος τῷ παιδί*. Tob. XII, 12. *συμπαρήμην σοι*, tanquam testis tibi a latere stabam, aut observabam te. In sequentibus eius loco legitur: *οὐκ ἔλαθές με*. Sic et *Compl.* Reliqui libri habent *συμπαρήγμην*.

ΣΥΜΠΑΡΙ'ΣΤΗΜΙ, *assisto*. *Συμπαρίσταμαι*, *simul adsto*, *simul adsum* vel *adiuvo*. הִתְיַצֵּב Hiph. a יָצַב, *sisto me*. Psalm. XCIII, 16. *τίς συμπαραστήσεταί μοι ἐπὶ τοὺς ἐργαζομένους τὴν ἀνομίαν;* quis *assistet* seu *praesto erit* mihi adversus illos, qui operantur iniquitatem. *Pind. Olymp.* VI, 72. *Soph. Oed. Col.* 1404. *Ioseph. B. I.* p. 156. §. 1. 5. 12.

ΣΥ'ΜΠΑΣ, *omnis simul*, *universus*, *totus*. אֶרֶץ, *terra*. Iob. II, 2. *ἐμπεριπατήσας τὴν σύμπασαν*, sc. *γῆν*, obambulans *universam* terram. Deut. XIV, 14. XXVII, 1. et V, 5. – *כֻּלֹּה, *ipsa tota*. *Aqu. Symm. Theod.* Ezech. XI, 15. *σύμπαντες*. – כֹּל. Cohel. I, 14. – *אֵת כֹּל. *Aqu.* Deut. XIV, 14. Sed legendum *σὺν πάντα*, ut recte observavit *Scharfenbergius*. Ita enim *Aquila* vertere solet. Conf. infra s. v. *σύν*. – שָׁלוֹם, *concordia*, *pax*. Iob. XXV, 2. *τὴν σύμπασαν*, *universitatem*. Legerunt שָׁלֵם vel שָׁלֹם. – חֵבֶל, *orbis terrae*. Nahum. I, 5. *ἡ σύμπασα*, sc. *γῆ*, *universa terra*. – תּוּבַל, *Tubal*, nomen proprium. Ezech. XXVII, 13. *καὶ σύμπασα*, et *totus orbis*. Secundum *Cappellum* in *nott. critt.* ad h. l. p. 554. legerunt וְכָל, abiecto Tau, et Caph pro Beth posito ob figurae similitudinem. Sed mihi verosimilius est, eos legisse חֵבֶל, ut *σύμπασα* sit i. q. *ἡ οἰκουμένη*. – *תָּמַם, *integer*, *perfectus sum*. Ps. LXIII, 7. תָּמְנוּ, *perfecerunt*. *Symm.* *σύμπαντες*, *universi*, *ad unum omnes*. Legit fortasse תָּמִיד, *iugiter*, (Vide supra s. *πᾶς*) aut respexit notionem propriam verbi תָּמַם supra notatam. Caeterum pro *σύμπαντες* apud *Symmachum* reponendum erit *σύμπαντας*, quod meliorem sensum fundit. Praeterea legitur *τὰ σύμπαντα* apud LXX et in *Ed. Quinta* Ps. CIII, 28. ubi huic voci nihil respondet in textu hebr. Vide quoque 2 Macc. III, 12. VII, 58. VIII, 9. et alibi.

**ΣΥΜΠΑ'ΣΧΩ*, *compatior*, *condoleo*. חָלָה sequ. עַל, *doleo vicem alicuius*, qua ipsa formula *Vulgatus* usus est 1 Sam. XXII, 8. ubi in *Hex.* *Σ.* *συμπαθῶν*, *συμπάσχων*, ubi mihi non videntur variae lectiones notatae esse a collectore Hexaplorum, sed duae versiones coaluisse, modo pro *συμπαθῶν* reponatur *συμπαθῶν*, a *συμπαθέω*, quod vide supra. 4 Macc. XIII, 22. De discrimine inter *πάσχειν* et *συμπάσχειν* vide *Etymol. Gudianum* p. 455. 4. sequ.

ΣΥΜΠΑΤΕ'Ω, *conculco.* בּוּס. *Aqu. Symm.* Psalm. XLIII, 6. *συμπατήσομεν*, pro quo in *Catena PP. GG.* T. I. p. 805. *καταπατήσομεν* legitur. - דּוּשׁ, *trituro.* Dan. VII, 23. - מְבוּסָה, *conculcatio. Aqu.* Ies. XVIII, 2. *συμπεπατημένον*, - מִרְמָס, *conculcatio.* Dan. VIII, 13. - רָמַס. 2 Reg. VII, 17. 20. Nah. III, 14. Dan. VIII, 7. 10. - רְפַס chald. Dan. VII, 7. 19.

ΣΥΜΠΕΙ'ΘΩ, *una persuadeo, persuadeo, persuadendo flecto.* 2 Macc. XIII, 26. *συνέπεισε, persuadendo flexit.* 3 Macc. VII, 3. ubi *persuadere* simpliciter significat.

ΣΥΜΠΕΡΑΙ'ΝΩ, *pariter ad finem perduco, una perficio*, item: *consumo, perdo, exscindo.* קָצָה, *exscindo.* Hab. II, 10. *συνεπέρανας λαοὺς πολλοὺς, exscidisti* populos multos.

*ΣΥΜΠΕ'ΡΑΣΜΑ. Mich. VII, 12. sec. *Compl.* ubi huic voci nihil quidem respondet in textu hebr., ex serie orationis autem apparet, habere ibi notionem *excidii* et *destructionis. Cod. Vat.* enim ibi habet *ὁμαλισμὸν*, alii autem libri notante *L. Bos. συγκλεισμόν. Philoxen. Gloss. συμπέρασμα, terminatio, conclusio.*

ΣΥΜΠΕΡΙΛΑΜΒΑ'ΝΩ, *comprehendo, complector.* צוּר, *ligo.* Ezech. V, 3. *συμπεριλήψῃ αὐτοὺς τῇ ἀναβολῇ σου, comprehendes* vel *colliges* illos indumento tuo. Conf. *Maii Obss. Sacr.* lib. III. p. 186.

ΣΥΜΠΕΡΙΠΛΕ'ΚΩ, *circumplico.* הִתְעַלֵּס Hithp. ab עָלַס, *exsulto. Aqu. Theod.* Prov. VII, 18. *συμπεριπλακῶμεν ἐν ἀγάπαις*, una circumplicemur amoribus, vel circumplexemus nos. *Arab.* علس est *quatere corpus et pedes*, et hebr. עָלַס proprie notat *inquieta iactatione agitari.* Vide *Schultensium* in *Comment.* ad *Iob.* XXXIX, 13. et in *Clave Dialect.* p. 282. sequ.

ΣΥΜΠΕΡΙΦΕ'ΡΩ, *una circumfero et circumrapio.* Passivum

ΣΥΜΠΕΡΙΦΕ'ΡΟΜΑΙ, *una circumferor, huc et illuc agitor, una ambulo, obambulo, comitem me alicui do, conversor, accommodo me, morigerus sum.* הָלַךְ, *eo. Al,* Prov. XIII, 21. *ὁ συμπεριφερόμενος σοφοῖς*, qui *conversatur* cum sapientibus. - שָׁגָה, *erro, oberro.* Prov. V, 20. *ἐν γὰρ τῇ ταύτης φιλίᾳ συμπεριφερόμενος*, in eius enim amore obambulans. Sir. XXV, 2. *γυνὴ καὶ ἀνὴρ ἑαυτοῖς συμπεριφερόμενοι*, uxor et maritus *una conversantes*, vel *inter se consentientes. Syrus: quando sunt pacifici s. concordes.* 2 Macc. IX, 27. *αὐτὸν ἐπιεικῶς καὶ φιλανθρώπως συμπεριενεχθήσεσθαι ὑμῖν*, illum benigne et humaniter vobiscum *conversaturum*, vel vos *tractaturum esse.* Vide ad h. l. *Baduellum* et *Grotium* 3 Macc. III, 20. *ἡμεῖς δὲ τῇ τούτων ἀνοίᾳ συμπεριενεχθέντες*, nos vero *accommodantes* nos ad horum stultitiam, aut, quod eodem redit: *horum stultitia una abrepti.*

ΜΗ' ΣΥΜΠΕΡΙΦΕ'ΡΟΜΑΙ, *non circumferor, non obambulo, non praesto sum.* עָכַר, *conturbo.* Prov. XI, 29. ὁ μὴ συμπεριφερόμενος τῷ ἑαυτοῦ οἴκῳ, qui non obambulat in domo sua, vel non *praesto est* domui suae. Ita *Bielius.* Sed, ut recte monuit *Iaegerus* ad h. l., συμπεριφέρεσθαι dicuntur *homines bene convenientes, qui se comiter et humane accommodent aliis, et communes in primis sint infimis.* Conf. *Heyne* ad *Epictet.* p. 48. Inde συμπεριφορὰ, *civilitas, comitas. Casaub. ad Sueton. Aug.* c. 45. Adde *Ernesti Bibl. Theol.* T. IV. p. 437.

ΣΥΜΠΙ'ΝΩ, *combibo, simul bibo.* מַשְׁאַבִּים plur. *loca, ubi aqua hauritur,* al. *haustra. Symm.* Iud. V, 11. συμπινόντων. — שָׁתָה עִם, *bibo cum.* Esth. VII, 1. Conf. *Aelian. V. H.* III, 1. p. 197.

ΣΥΜΠΙ'ΠΤΩ, *concido, simul cado,* it. *castra metor, una convenio in aliquo loco, coeo, incurro, corruo, accido, contingo, incido, congruo.* Συμπίπτειν quoque dicuntur, *qui congrediuntur et confligunt.* הָיָה, *sum.* 1 Sam. I, 18. πρόσωπον αὐτῆς οὐ συνέπεσεν ἔτι, vultus eius non amplius *concidit,* h. e. non amplius *tristis fuit.* Scilicet seriei orationis convenienter post עוֹד suppleverunt adiectivum, quod *tristis* significat. Conf. notata in h. v. post נָפַל, et *Fesselii Advers. SS.* lib. VII. c. 2. p. 142. Fortasse autem respexerunt notionem *decidendi,* quam habet הָיָה, et arab. عوب. Conf. *Schultens* in *Comment.* ad Prov. X, 3. Vide quoque *Herodot.* III. c. 52. ac supra s. v. πίπτω. — הָיָה לְחָרְבָּה, *sum in vastationem.* Ies. LXIV, 11. — הִתְנַפֵּל Hithp. a נָפַל. *Aqu.* Deut. IX, 24. συνέπιπτον. — יָרַד, *descendo.* Ies. XXXIV, 7. συμπεσοῦνται, una *cadent.* — נִגַּשׂ Niph. *coarctor.* Ies. III, 4. συμπεσεῖται ὁ λαὸς, ἄνθρωπος πρὸς ἄνθρωπον, *corruet* populus alter ad alterum, vel potius: *alius in alium cadet, irruet, sese mutuo compriment,* ut *Cappellus* explicavit. — נֶהֱרַס Niph. *destruor.* Ezech. XXX, 4. — נִפְשַׁט, *extendo me.* 2 Sam. V, 18. συνέπεσαν εἰς τὴν κοιλάδα τῶν Τιτάνων, *castra metabantur* in valle Titanum: ubi tamen non negaverim notionem *violentiae* ac *impetus hostilis* simul inesse. Certe *Aquila* ac *Symmachus* h. l. voce ἐπέρχεσθαι usi sunt. — נָפַל. Gen. IV, 5. de Caino: συνέπεσε τῷ προσώπῳ, *concidebat vultu.* Vulgo hoc ita explicant: *tristis erat,* sed est potius: *gravem iram vultu ostendit.* Ib. v. 6. ἱνατί συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου; quare *concidit vultus tuus?* h. e. *quare irasceris? Lex. Cyrilli MS. Brem.* συνέπεσε, ἐστύγνασε. 1 Sam. XVII, 32. μὴ δὴ συμπεσέτω ἡ καρδία τοῦ Κυρίου μου, ne quaeso *concidat* cor Domini mei, h. e. *ne despondeas animum.* — פָּשַׁט, *diffundo me.* 1 Par. XIV, 9. 13 1 Macc. VI, 10. συμπέπτωκα τῇ καρδίᾳ ἀπὸ τῆς μερίμνης. *Vulg. concidi et corrui*

corde prae sollicitudine: ubi συμπίπτειν τ. κ. is dici videtur, *cuius corporis vires paulatim absumuntur, cuius corpus emaciatur*, ita ut corporis pars pro toto corpore ponatur.

ΣΥΜΠΛΑΝΑ'ΟΜΑΙ, ῶμαι, simul oberro et vagor. רָעָה, *consocio me. Al.* Prov. XIII, 21. συμπλανώμενοι. Bene h. l. usus est hac voce, quia sermo est de societate cum impiis inita.

ΣΥΜΠΛΕ'ΚΩ, complico, connecto, implico, collido, coniungo. גַּבְלֻת, *terminatio.* Exod. XXVIII, 22. XXXIX, 15. Contulerunt fortasse verbum גָּבַל cum כָּפַל, *duplicavit*, aut verbo גָּבַל significationem συμπλέκω convenire supposuerunt. Quidquid sit, hoc tamen certum est, eos גבולות legisse. – הָיָה, *sum.* Exod. XXVIII, 28. הָיָה, sequente עַל, h. l. *adstringi* notat. – הִשְׁתַּקְשֵׁק Hithp. a שָׁקַק, *discursito.* Nahum II, 4. συμπλακήσονται ἐν ταῖς πλατείαις, *collidentur* in plateis. – הִתְגַּלַּע Hithp. *immisceo me. Symm.* et LXX Prov. XX, 3. τοιούτοις συμπλέκεται, his *implicat* se. – חבר Pyh. *consocior.* Exod. XXXIX, 4. – חָבַשׁ, *ligo.* Ezech. XXIV, 17. – חָזָה, *video, aspicio. Inc.* Iob. VIII, 17. συμπλακήσεται sec. cod. *Regium.* Sed quanquam hae voces apud *Inc.* Exod. XXVIII, 28. etiam sibi invicem respondent, tamen h. l. certe συμπλακήσεται ad proxime antecedens verbum יְסֻבָּכוּ, *intricabuntur, complicabuntur*, referendum esse, equidem nullus dubito. – נִלְבַּט Niph. *conturbor.* Hos. IV, 15. συνεπλέκετο μετὰ πόρνης, *rem habebat* cum meretrice. Sic *Aelianus V. H.* III, 30. κύνας συμπλεκομένους, canes *coeuntes.* – עָלָה, *ascendo.* Zach. XIV, 13. συμπλακήσεται ἡ χεὶρ αὐτοῦ πρὸς τὴν χεῖρα, *complicabitur* manus eius cum manu. – פִּלֵּס Pih. *libro.* Psalm. LVII, 2. ἀδικίαν αἱ χεῖρες ἡμῶν συμπλέκουσιν. *Vulg. concinnant.* Sensum expresserunt. Nam פִּלֵּס pr. est *ponderare librando*, sed deinde sumitur de *cura et summo studio, quo aliquid agitur.* Conf. Prov. V, 21. Ex aliorum sententia permutarunt invicem פִּלֵּס et עָלַס, quod aliquando συμπλέκειν notat. – *שָׁגָה, *erro.* Prov. XX, 1. Sc. שָׁגָה notat *implicari, implicitum haerere*, ut docuit *Schultensius* ad Prov. V, 19. – שָׂרַג: הִשְׂתָּרֵג, Pyh. et Hithp. *implicor.* Iob. XL, 12. Thren. I, 14. In posteriore loco pro συνεπλάκησαν *Theodoretus* et *Cod. Norimb.* habent συνέπλεξέ με.

ΣΥΜΠΛΕΚΤΟ'Σ, complexus, connexus, coniunctus. Vide alibi διυφασμένον συμπλεκτόν.

ΣΥΜΠΛΗΜΜΕΛΕ'Ω, una delinquo. אָשַׁם, *delinquo. Aqu. Symm. Theod. Ed. Quinta* Hos. IV, 15. μὴ συμπλημμελήσῃ Ἰούδα, non *una delinquat* Iuda.

**ΣΥΜΠΛΗ'ΡΩΜΑ, complementum.* מְלֹא, *plenitudo.* 1 Par. XVI, 32. sec. *Compl.* συμπληρώματι αὐτῆς, ubi tamen legere mallem σὺν τῷ πληρώματι αὐτῆς, ut reliqui libri

habent. *Philoxeni Gloss.* συμπλήρωμα, *complementum, confectio, consummatio.*

*ΣΥΜΠΛΗ'ΡΩΣΙΣ, *ipsa complendi actio, consummatio, perfectio.* De tempore in notione *impletionis* legitur 3 Esdr. I, 58. ubi in hebr. 2 Paral. XXXVI, 21. legitur מְלֹאות, *explendum.* Dan. IX, 2. *Philoxeni Gloss.* συμπλήρωσις, *perfectio, consummatio.*

ΣΥΜΠΛΟΚΗ', *complicatio, connexio.* צְפִירָה, *cidaris. Al.* Ezech. VII, 10. Adde Exod. XXVIII, 28. sec. ed. *Ald.* pro impresso συμβολή. - Vide alibi συμπλοκὴ συνυφασμένη.

ΣΥΜΠΟΔΕ'Ω, *impedio, compedibus implico, ligo, vincio, cohibeo, coërceo.* דָּקַר, *transfigo.* Zach. XIII, 3. sec. ed. *Compl.* συμποδήσουσιν. Vide s. v. συμποδίζω.

ΣΥΜΠΟΔΙ'ΖΩ, idem. דָּקַר, *transfigo.* Zach. XIII, 3. συμποδιοῦσιν αὐτὸν ὁ πατὴρ αὐτοῦ καὶ ἡ μήτηρ, *prohibebunt* aut *vincient* illum pater eius et mater. Legisse mihi videntur עָקַד, *ligavit, circumligavit.* Forte tamen visum illis est nimis crudele et immane, ut parentes liberos confodiant, ac voluerunt illud emollire molliore vocabulo συμποδιοῦσι, h. e. vincient compedibus, nimirum tanquam insanum. Nam aliquando prophetae pro insanis censebantur. 2 Reg. IX, 11. *Hesych.* συμποδίζω, κωλύω. - הִרְגִּיל Hiph. *ire facio.* Hos. XI, 4. ubi *Cappello* in *notis critt.* ad h. l. p. 558. συμποδίζειν est *attemperare pedem* h. e. *incessum suum alteri, quem ducimus,* quomodo solent nutrices alumnos suos, quos docent paulatim incedere, manu tenere, et gressum suum eorum incessui attemperant et accommodant, hoc sensu: *ego vero eodem, quo Ephraim, pede ingressus sum.* - *כְּפַת chald. *ligo, vincio.* Dan. III, 20. 21. sec. cod. *Chis.* - כָּרַע: הִכְרִיעַ, Kal et Hiph. *incurvo me, incurvare facio.* Ps. XVII, 43. συνεπόδισας πάντας τοὺς ἐπανισταμένους ἐπ' ἐμὲ ὑποκάτω μου. *Vulg. supplantasti insurgentes in me subtus me.* Vide et Ps. LXXVII, 35. Ps. XIX, 9. συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσαν, *irretiti sunt* et ceciderunt. *Vulg. obligati sunt,* quod non mutandum est in *obliquati sunt,* ut *Sim. de Muis* coniecit, coll. Ps. CXXV, 5. - *הִתְנַכֵּר Hithp. Prov. XX, 11. Nonnullis legisse videntur יִתְלַכֵּד, *Zieglero* יִדָּקֵר, coll. Zach. XIII, 3. hoc sensu: *ipse institutis suis se implicabit et capiet.* - עָקַד, *ligo.* Gen. XXII, 9. συμποδίσας Ἰσαὰκ τὸν υἱόν σου, *ligans* Isaacum filium suum.

ΣΥΜΠΟΙΕ'Ω, *una facio, adiuvo, auxilior,* etiam i. q. simplex ποιέω. In posteriore notione legitur pro hebr. *עָשָׂה, *facio,* apud *Aqu. Symm. Theod.* Ies. XXXVII, 11. ubi LXX ἐποίησαν habent. Vide ad h. l. *Montfauconium.* 3 Esdr. VI, 28. ἵνα συμποιῶσι τοῖς ἐκ τῆς αἰχμαλωσίας τῆς Ἰουδαίας, ut *una facere opus queant* cum his, qui ex Iudaica

venerant captivitate. Conf. *Maii Obss. SS.* lib. III. p. 190. Vide quoque *Schol. Aristoph. Ran.* v. 1455.

ΣΥΜΠΟΛΕΜΕ'Ω, *in bello adiuvo, una belligero.* *כָּלָה, *perficio, consumo.* Deut. XXXII, 23. τὰ βέλη μου συμπολεμήσω ἐπ' αὐτοὺς, quasi armabo adversus eos, ad bellum adversus eos gerendum, sagittas meas, omnes contraham. Est sine dubio alius interpretis. Alii habent συντελέσω, ut quoque legitur apud *Clem. Alex.* p. 116. – נִלְחַם Niph. *pugno.* Ios. X, 42. *Incert.* Iud. XI, 8.

ΣΥΜΠΟΝΕ'Ω, *collaboro, socius sum in labore.* Sirac. XXXVII, 5. ἑταῖρος φίλῳ συμπονεῖ χάριν γαστρὸς, sodalis cum socio simul laborat ventris causa.

*ΣΥ'ΜΠΟΝΟΣ, *qui una s. coniunctis viribus laborat.* 3 Macc. II, 25. συμπόνων sec. *Ald.* et *Compl.* ubi alii fortasse rectius συμποτῶν habent. Si lectio sana est, σύμπονος notabit *flagitiorum* et *libidinum quarumcumque socium.* Adverbium ξυμπόνως s. συμπόνως, *una laborando* s. *coniunctis viribus,* legitur apud *Lucianum Ner.* p. 1743. C. ξυμπόνως ἅπτεσθαι τοῦ ἔργου. *Philoxen. Gloss.* σύμπονος, *assessor.*

ΣΥΜΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, *una proficiscor, comitor,* it. *convenio.* בּוֹא, *venio.* Deut. XXXI, 11. ἐν τῷ συμπορεύεσθαι πάντα Ἰσραὴλ, cum *convenit* omnis Israel. Ezech. XXXIII, 31. ἔρχονται πρός σε, ὡς συμπορεύεται λαὸς, veniunt ad te, ut *congregat* se populus. – *הֵבִיא Hiph. *adduco.* Dan. XI, 6. sec. cod. *Chis.* Recte. – הָלַךְ, *eo.* Iob. I, 4. συμπορευόμενοι δὲ οἱ υἱοὶ αὐτοῦ πρὸς ἀλλήλους, *convenientes* autem filii eius ad semet invicem. Conf. Marc. X, 1. Prov. XIII, 21. ὁ συμπορευόμενος τοῖς σοφοῖς, *qui se perpetuum comitem dat* sapientibus: ubi alii libri habent συμπεριφερόμενος. – יָלַךְ, idem. Exod. XXXIII, 16. XXXIV, 9. Iud. XI, 40. – לָוָה, *adhaereo.* Cohel. VIII, 15. – פָּעַם, *per vices agito.* Iud. XIII, 25. – רָעָה, *consocio me.* Prov. XIII, 21. ubi συμπορεύεσθαι est *conversari cum aliquo, socium esse alicuius.* Nonnullis autem ibi συμπορευόμενος ex antecedentibus huc translatum, eiusque loco συῤῥεμβόμενος legendum esse videtur. 3 Esdr. VIII, 10. συμπορεύεσθαί σοι, chald. עִמָּךְ יְהָךְ, *tecum abeat.* Esdr. VII, 13. Vide et Tob. V, 7.

ΣΥΜΠΟΡΠΑ'Ω vel ΣΥΜΠΟΡΠΕ'Ω, *una adstringo,* q. d. *fibula annecto,* a πόρπη, *fibula:* etiam simpliciter *adstringo, fibula annecto.* סָבַב, *circumdo.* Exod. XXXIX, 5. τοὺς λίθους σμαράγδου συμπεπορπημένους, lapides smaragdi *fibula adstrictos.* *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Συμπεπορπημένους, συμπεφιβλομένους, scribe: συμπεφιβλωμένους. *Gloss. in Octat.* Συμπεποπριμένους (lege Συμπεπορπημένους), συῤῥαφέντας περόνῃ. Apud *Hesychium* legitur: Συμπεπερονημένους, συῤῥαφέντας περόνῃ, fortasse quod in Codice quodam *Exod.*

l. c. pro συμπεπορπημένους lectum fuit συμπεπερονημένους. Vide quoque *Suidae Lex.* in v. θώραξ.

*ΣΥΜΠΟΣΙ'Α, *compotatio*, *convivium*. 3 Macc. V, 16. et 17. Rarius occurrit, usitatius est συμπόσιον.

ΣΥΜΠΟΣΙΑ'ΖΩ, *compoto*. סָבָא, *poto* et quidem intemperantius, *inebrio me. Aqu.* Deut. XXI, 20. συμποσιάζει.

ΣΥΜΠΟ'ΣΙΟΝ, *convivium*. מִשְׁתֵּה יַיִן, *compotatio vini*. Esth. VII, 7. – סָבָא. *Aqu. (Symm.)* Ies. I, 22. ubi vide *Montfauconium* ac vocem praecedentem. – *סֹבֶא, *potus. Symm.* et *Ed. Quinta* Hos. IV, 18. Vide et Sir. XXXI, 36. XXXII, 6. et conf. *Perizonium* ad *Aelian. V. H.* II, 18.

*ΣΥΜΠΟ'ΤΗΣ, *compotor*, deinde malo sensu *flagitiorum et libidinum quarumcunque socius*. 3 Macc. II, 25. συμποτῶν καὶ ἑταίρων. *Demosth.* p. 1267, 13. ed. *Reisk. Philoxen. Gloss.* συμπότης, *conviva*, *compotor*.

ΣΥΜΠΡΑΓΜΑΤΕΥ'ΟΜΑΙ, *commercium habeo*, *conversor*. 3 Macc. III, 10. συμπραγματευόμενοι, *consortes negotiorum* cum Iudaeis aliquibus.

ΣΥΜΠΡΑ'ΣΣΩ, *simul ago*. עָשָׂה, *facio, ago. Symm.* 2 Sam. II, 9. συμπράξω. Potuisset quidem *Symmachus* simpliciter scribere πράξω, sicuti etiam LXX ποιήσω habent. Sed illud σὺν referendum est h. l. ad promissionem Davidi a Deo datam interposito iureiurando, quae in antecedentibus commemoratur. Praeterea constat, praepositionem σὺν in compositis haud raro abundare.

ΣΥΜΠΡΟΠΕ'ΜΠΩ, *una deduco et comitor*. שָׁלַח, *mitto*. Gen. XII, 20. XVIII, 16. ubi cod. *Oxon.* προπέμπων habet, quod rectius videtur. Lectio recepta ex antecedente συνεπορεύετο orta esse videtur.

ΣΥΜΠΡΟΠΗΛΑΚΕ'ΟΜΑΙ, *lacesso*. הִתְגָּרָה Hithp. *misceo*. Dan. XI, 10. Ita legit *Kircherus* hoc loco. Sed quia hanc vocem nullibi facile alias invenias, codices alii pro συμπροπηλακήσεται rectius συμπροσπλακήσεται habent.

*ΣΥΜΠΡΟΠΟΡΕΥ'ΟΜΑΙ, *praegredior*, *dux sum*. הָלַךְ. Deut. XXXI, 8. sec. cod. *Alex.*

ΣΥΜΠΡΟ'ΣΕΙΜΙ, *simul adsum*, *adhaereo*. חָבַר, *consocio*. Ps. XCIII, 20. – לָוָה, *adhaereo*. Cohel. VIII, 15. αὐτὸ συμπροσέσται αὐτῷ, h. e. hoc unum ille *reportat* de labore suo. Hinc emendandus est *Symmachus*, qui habet: οὐ μόνον σ. α. Lege τοῦτο μόνον κ. τ. λ.

ΣΥΜΠΡΟΣΠΛΕ'ΚΩ, *simul annecto*, *una manum consero*. הִתְגָּרָה Hithp. *misceo*. Dan. XI, 10. sec. cod. *Vat.* συμπροσπλακήσεται ἕως τῆς ἰσχύος αὐτοῦ, manum una conseret usque ad robur eius. Vide *Maii Obss. SS.* Lib. III. p. 191. Confer supra sub voce συμπλέκω.

ΣΥ'ΜΠΤΩΜΑ, *accidens*, *casus*, *exitium*. אָסוֹן, *exitium*. *Aqu.* Gen. XLII, 4. – מִקְרֶה. 1 Sam. VI, 9. XX, 26. – נָצָה.

consilium. Prov. XXVII, 9. ὑπὸ συμπτωμάτων, ubi pro מֵעֵצַת nonnullis legisse videntur מַצֶּבֶת, aut מַצָּב. Sed *Schultensius* ad h. l. docuit, עֵצָה esse *constrictionem animi ab inopia consilii et curarum acerbitate:* συμπτώματα autem sunt *morbi omnisque generis molestiae et acerbitates*. - קֶטֶב, *exitium*, *lues*, *morbus subito hominem perimens*. Ps. XC, 6. *Vulg*. male *incursus*. Est potius σύμπτωμα *morbi genus acutissimo dolore et morsu stimulantis*. Medici veteres σύμπτωμα definire solent πᾶν ὅπερ ἂν συμπίπτῃ τῷ ζώῳ παρὰ φύσιν. *Hesych*. σύμπτωμα, συνάντημα.

ΣΥΜΦΑ'ΓΩ, *comedo*. אָכַל, *edo*. Exod. XVIII, 12. - בָּרָה, sequ. אֵת, *edo cum*. 2 Sam. XII, 17. - לָחַם, *vescor*. *Symm*. Ps. CXL, 4. συμφάγοιμι.

*ΣΥΜΦΑΙ'ΝΩ, *simul luceo*. בָּהִיר, *lucidus*. *Symm*. Iob. XXXVII, 21. συνεφήσει. Ita *Trommius*. Sed *Montfauconius* συννεφήσει edi iussit. Vide s. συννεφέω.

*ΣΥΜΦΕΡΟ'ΝΤΩΣ, *commode*, *utiliter*. 4 Macc. I, 17.

*ΣΥΜΦΕ'ΡΟΜΑΙ, *una moveor*, *convenio*, *consentio*. Sirac. XII, 14. συμφερόμενον ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτῶν sec. cod. *Alex*. ubi alii συμφυρόμενον habent, sensu non mutato. *Photius:* συμφέρεται, συναρμόττει, συμφωνεῖ, ὁμονοεῖ. Idem tradit quoque *Suidas*.

ΤΟ' ΣΥΜΦΕ'ΡΟΝ, ΤΑ' ΣΥΜΦΕ'ΡΟΝΤΑ, part. *utile*, *bonum*, *utilia*, *bona*. טוֹב, *bonum*. Deut. XXIII, 6. Nehem. VI, 19. sec. ed. *Compl*. - כִּישׁוֹר, *verticulum*, *verticillum*. Prov. XXXI, 19. τὰ συμφέροντα, a כָּשֵׁר, *rectum et proficuum esse*. Vide et Baruch. IV, 3. ubi τὰ συμφέροντά σοι verto: quae tibi summam utilitatem afferre deberent. 2 Macc. IV, 5. *Suidas:* συμφέρον, ἀγαθόν. λέγεται δὲ συμφέρον, ὅτι φέρει τὰ τοιαῦτα, ὧν συμβαινόντων ὠφελούμεθα.

ΣΥΜΦΕ'ΡΩ, *utilis sum*, *prosum*. טוֹב, *bonum*. Ierem. XXVI, 14. *Symm*. 2 Sam. XVII, 14. Ps. CXVIII, 71. - נָאוָה, *pulchrum est*. Prov. XIX, 10. - שָׁוָה. Esth. III, 8. Vide et Sir. XXX, 18. XXXVII, 31. *Lex. vet.* συμφέρει, *expedit*.

ΣΥΜΦΕΥ'ΓΩ, *una fugio*. 1 Macc. X, 84. ubi est i. q. simplex φεύγω, ut apud *Polybium* IV, 64, 8. 2 Macc. X, 18. XII, 6. Occurrit etiam apud *Lucianum* et in *Zosimo*. Vide *Maii Obss. SS.* lib. III. p. 192.

ΣΥΜΦΛΕ'ΓΩ, *comburo*, *uro*, *incendo*, *inflammo*. בָּעַר et לִהֵט, iunctim, *accendo et inflammo*. Ies. XLII, 25. *Eurip. Bacch.* 595. *Pindar. Pyth.* ιά, v. 50. *Schol*.

ΣΥΜΦΛΟΓΙ'ΖΩ, *simul inflammo et comburo*, *concremo*. לִהֵט Pih. Ies. XLII, 25. συνεφλόγισεν. - שָׁאָה. *Aqu*. Soph. I, 15. 2 Macc. VI, 11. συνεφλογίσθησαν, *concremati sunt*.

*ΣΥ'ΜΦΟΙΤΟΣ, *congressus particeps*, *condiscipulus*, i. q. συμφοιτητής, Esth. VII, 7. sec. *Origen*. εἰς τὸν κῆπον τὸν

σύμφοιτον, et ib. v. 8. ἐκ τοῦ κήπου τοῦ συμφοίτου. In utroque loco σύμφυτος legendum esse videtur. Eadem observatio valet quoque de loco Esth. I, 5. ubi *Origen.* συμφοίτου exhibet, *Vulgatus* autem habet: *quod regio cultu et manu consitum erat:* e quo simul apparet, ante οἴκου h. l. excidisse vocem κήπου, aut aliam; vertit enim *in vestibulo horti et nemoris.*

ΣΥΜΦΟΡΑ', proprie *collatio*, *congestio*, item: *quod accidit*, *casus*, *eventus*, et in malam partem: *calamitas*, *infortunium*. מוֹעֵד, *tempus statutum*. *Hebr. et Syr. Int.* Thren. I, 15. Sed nota haec hexaplaris ducta est ex male intellecto loco *Theodoreti* ita scribentis: τὴν συμφορὰν καὶ ὁ Σύρος καὶ ὁ Ἑβραῖος καιρὸν καλεῖ, h. e. per vocem καιρὸν, qua *Syrus* et *Hebraeus* in versione usi sunt, *calamitatem* intellexerunt. Sequitur enim: καὶ ἡμεῖς δὲ πολλάκις εἰώθαμεν τῶν καιρῶν τὰς δυσκολίας ὀδύρεσθαι. - *שׁוֹאָה, *vastitas*, *vastatio*, *tumultus*. *Aqu.* Soph. I, 15. *Vulg. calamitatis*. Sap. XIV, 21. Sir. XXXVI, 1. 2 Macc. VI, 12. XIV, 14. *Suidas:* συμφορὰ, ἀτυχία, κακῶν συντυχία.

ΣΥΜΦΟΡΑ'Ω, *doleo, meam vel alterius calamitatem deploro*. הֵחִיל Hiph. a חוּל. Ies. XIII, 8. συμφοράσουσιν ἕτερος πρὸς ἕτερον, *condolebunt* alter alteri. Apud *Hesychium* συμφυράσουσι legitur, et exponitur συμμιγήσονται. Unde et Ies. l. c. pro συμφοράσουσιν rectius fortasse legi συμφυράσουσιν putat *L. Bos Proleg. in LXX Intt.* cap. 3. cui quoque adstipulatur *Vitringa Comm. in Ies.* l. c. p. 404. Sed cum alias LXX hebr. הֵחִיל per verbum ἀλγέω, *doleo*, et ὀδυνάομαι, *dolore afficior*, interpretari soleant, et συμφοράω, quod est a συμφορὰ, propius ad significatus illos accedat, quam συμφυράω, nemo facile hic apud LXX aliquid mutare audeat.

*ΣΥ'ΜΦΟΡΟΣ, *utilis*, *commodus*, *aptus*. טוֹב, *bonus*. *Symm.* Cohel. II, 3. τὸ σύμφορον. *Semlerus* legere mavult τὸ συμφέρον, coll. VII, 1. Sed illud elegantius. *Philoxen. Gloss.* σύμφορον, *commodum*.

ΣΥΜΦΡΑΓΙ'ΖΩ, *consigno*. מִשְׁבְּצָה, *ocellatio*. Exod. XXVIII, 11. συνεφραγισμένους χρυσίῳ.

ΣΥΜΦΡΑ'ΣΣΩ, *concludo*, *obturo*, *obstruo*, *oppono sepimentum*, *cingo indagine*. חָבַט, *excutio*. Ies. XXVII, 12. Videntur legisse חָבַשׁ. - נָטָה, *inclino*, *tendo*, *intendo*. *Symm.* Ps. XXI, 12. συνέφραξαν κατὰ σοῦ εἰς κακὸν, *cinxerunt* te velut indagine consiliorum impiorum, opposuerunt tibi velut sepimentum consilia impia. Respexit notionem propriam verbi נָטָה. Sed *Fischero* in *Clavi Verss. GG.* p. 79. locus in mendo cubare et pro συνέφραξαν reponendum videtur συνεφράσαντο, *inter se deliberant*, *ceperunt consilia*, quod profecto, ut ad loci sensum, sic ad *Symmachianam* quoque elegantiam accederet propius.

*ΣΥΜΦΡΟΝΕ'Ω, *idem sentio, consentio, unum consilium ineo.* 3 Macc. III, 2. ἀνθρώποις συμφρονοῦσιν εἰς κακοποίησιν. *Ioseph. A. I.* XVIII, 2. p. 875. *Haverc.*

ΣΥΜΦΡΥΓΜΟ'Σ, *ardor, adustio.* קְדַחַת, *ardor ossium. Inc.* Levit. XXVI, 16.

*ΣΥΜΦΡΥ'ΓΩ, *torreo, torrefacio.* 4 Macc. III, 11. συνέφρυγε, de cupiditate. Huc pertinent quoque ea, quae statim in sequentibus sub συμφρύσσω prolata sunt.

ΣΥΜΦΡΥ'ΣΣΩ, *contorrefacio, torreo, torrefacio, frigo.* חָרַר : נָחַר, Kal et Niph. *exuror.* Iob. XXX, 30. Ps. CI, 4. Ezech. XXIV, 11. Eadem vox in *Hexaplis* pariter ac *Cod. Vat.* excidit Iob. XXX, 30. ubi ante ἀπὸ καύματος vel supplendum est συνεφρύγη, quod addiderunt cod. *Alex.* et ed. *Aldina*, vel κατεφρύγη e versione *Inc. Int.*

ΣΥ'ΜΦΥΛΟΣ, *contribulis.* עָמִית, *socius, proximus. Aqu.* Zach. XIII, 7.

ΣΥΜΦΥΡΜΟ'Σ, *commixtio, mixtura.* רָתוֹק, *catena. Al.* Ezech. VII, 23. συμφυρμόν.

ΣΥΜΦΥ'ΡΩ, *commisceo, coinquino, commaculo.* פָּרַד, *separo.* Hos. IV, 15. διότι αὐτοὶ μετὰ πορνῶν συνεφύροντο (ubi alii συνανεφύροντο), quoniam alii *commiscebant se* vel *coinquinabantur* scortis. Sc. נִפְרַד h. l. notat *separare se* s. *secedere scortationis causa*, ut adeo subsequens pro antecedente positum sit. *Hesych.* συνεφύροντο, συνεμολύνοντο. *Al.* Ezech. XXII, 6. ἕκαστος πρὸς τοὺς συγγενεῖς αὐτοῦ συνεφύροντο ἐν σοὶ, *miscuerunt se* quisque proximo suo in te. Aliter ibi in textu hebr. Sir. XII, 18. συμφυρόμενον ἐν ταῖς ἁμαρτίαις αὐτοῦ, *coinquinatum* peccatis eius: ubi cod. *Alex.* συμφερόμενον habet. Apud *Suidam* et in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* συμφέρεται exponitur συμμίγνυται, συνανακεράται, συμμιαίνεται. Sed *Bielio* reponendum videtur συμφύρεται, ut series literarum etiam suadet apud *Suidam.* Nam sequitur post v. συμφυοῦς.

ΣΥ'ΜΦΥΤΟΣ, *consitus, una plantatus*, etiam *innatus.* בָּצוּר, *munitus.* Zach. XI, 2. δρυμὸς σύμφυτος. Non male. Nam quo implicatior arboribus est sylva, eo minus aditus patet, ac eo maiore iure *munita* dici potest, nempe arboribus. 3 Macc. III, 22. τῇ συμφύτῳ κακοηθείᾳ τὸ καλὸν ἀπωσάμενοι, pro *innata* (i. q. ἐμφύτῳ, Sap. XII, 10.) ipsorum malignitate bonum aversantes. Vide *Syrum. Sopater* apud *Stobaeum Orat.* 46. σύμφυτον τὸ ἁμαρτάνειν ἀνθρώποις.

ΣΥ'ΜΦΥΤΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *una plantatus sum.* הִתְמוֹגֵג Hithp. a מוּג, *colliquesco.* Amos. IX, 13. *Liquefieri* est h. l. *bonis omnibus circumfluere et abundare.*

ΣΥΜΦΥ'Ω, *una nascor, connascor.* Sap. XIII, 13. Sed, ut bene monuit *Bretschneiderus*, videtur h. l. significare *inolescere, implicari, coalescere*, nostrum *verwachsen, in einander wachsen*, et ξύλον σκολιὸν καὶ ὄζοις συμπεφυκὸς est

lignum tortuosum, quod inolevit, ita ut nodosum redderetur. *Xenoph. Cyrop.* IV, 3, 4. συμφύεσθαι usurpat de *centauris*, quorum corpus ex equino et humano coaluisse fertur. *Lucian. Dial. demort.* T. I. p. 404. ed. *Reitz.* εἰς ἓν συμπεφυκότες ἄνθρωπος καὶ θεός.

ΣΥΜΦΩΝΕ'Ω, *consono, consentio*, it. *convenio, congregor*, it. *foedus ineo.* חָבַר, *consocior.* Gen. XIV, 3. πάντες οὗτοι συνεφώνησαν ἐπὶ τὴν φάραγγα, omnes hi *conveniebant* in valle. *Symm.* συνῆλθον. – יָאַת, *acquiesco.* 2 Reg. XII, 8. – נוּחַ, *quiesco.* Ies. VII, 2. συνεφώνησεν Ἀρὰμ πρὸς τὸν Ἐφραΐμ, *foedus iniit* Aram cum Ephraimo. Ita quoque *Chaldaeus* אתחבר, *adiunxit se*, ubi *Houbigantius* existimat eos legisse נלוה. – *שָׁלַח יד, *mitto manum.* Exod. XXIV, 11. sec. *Oxon.* συνεφώνησε. Legendum συνεφόνευσε. Conf. *Is. Vossium* de *LXX Intt.* p. 11. Vide supra s. διαφωνέω.

ΣΥΜΦΩΝΙ'Α, *symphonia, consonantia, concentus.* סוּמְפֹּנְיָה, Chaldaica ex Graeco desumta vox. Dan. III, 5. 10. *Hieronymus Epist. ad Damasum: Male quidam de Latinis* symphoniam *putant esse genus organi, cum concors in Dei laudibus concentus hoc vocabulo significetur;* συμφωνία *quippe* consonantia *exprimitur in Latino.* Vide *Drusium* in *Fragm. vett. Intt. Graec.* p. 1211.

ΣΥ'ΜΦΩΝΟΣ, *consonus, similis, aequalis.* לְעֻמַּת, *e regione.* Cohel. VII, 15. καίγε σὺ τούτῳ σύμφωνον τούτων, ὃ ἐποίησεν ὁ θεός, vel, ut *Al.* rectius: καίγε τοῦτο σύμφωνον τούτῳ ἐποίησεν ὁ θεός, etenim hoc illi *aequale* fecit Deus. *Palaeph.* I, 2. φύσις σύμφωνος ἵππου καὶ ἀνδρός. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* σύμφωνον, ὅμοιον, ἴσον.

*ΣΥΜΦΩ'ΝΩΣ, adv., *voce s. sono inter se conveniente, unanimi consensu, convenienter.* לְעֻמַּת מַחְבַּרְתּוֹ, *contra coniunctionem eius. Inc.* Exod. XXVIII, 27. Verbis hebraicis ductus facile aliquis coniicere posset, ἀσυμφώνως potius legendum esse. *Kreyssigius* habet pro particula scholii, qualia passim occurrunt. Vide *Bosii* notas ad Ies. XL, 2. et LIII, 4. Praeterea legitur 4 Macc. XIV, 6. et apud *Diod. Sic. Bibl.* p. 172, 40. et 467, 6. Adverbium ἀσυμφώνως autem apud *Dion. Hal.* II, 17, 4. *Athen. Deipnos.* p. 187. F. ubi vid. *Casaubonus. Philoxeni Gloss.* συμφώνως, *convenienter.*

*ΣΥΜΦΩΤΙ'ΖΩ, *collustro, simul illumino.* הוֹרָה, *doceo.* Lev. X, 11. sec. cod. 54. *Holm.* συμφωτίζειν. Orta est haec lectio sine dubio ex φωτίζειν, quod Ἄλλος sec. marg. *Cat. Nic.* exhibet.

ΣΥΜΨΑ'Ω, *corrado, radendo complano, contero, comminuo, abripio, aufero.* אָסַף, *congrego.* Ierem. XLVIII, 33. συνεψήθη (alii rectius συνεψήσθη) χαρμοσύνη καὶ εὐφροσύνη ἐκ τῆς Μωαβίτιδος, *comminutum* vel *ablatum est* gaudium et laetitia ex Moabitide. *Suidas* ex emendatione *Küsteri:* συνε-

ψήσθη, συνελεπτύνθη. Apud *Hesychium* legitur: συνεψήσθη, συνεπλατύνθη, sed reponendum videtur ex *Suida* συνελεπτύνθη aut συνεπατήθη. Potest etiam verti *abreptum, ablatum est*, ut ex mox dicendis apparebit. - סָחַב, *traho, rapto*, et in l. arab. *abrado*. *Al.* Ierem. XXII, 19. συμψησθεὶς ῥιφήσεται ἐπέκεινα τῆς πύλης Ἱερουσαλὴμ, *abreptus* abiicietur ultra portam Hierosolymae. In *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Συμψησθεὶς (MS. vitiose συμψισθεὶς, ut etiam *Photius* in *Lex.*) exponitur βλαβεὶς, τρωθείς. MS. iterum vitiose στρωθείς. Ita etiam *Suidas* et *Hesychius*, nisi quod apud hunc male legatur συμψηθεὶς, et apud illum συμησθεὶς, ut notavit etiam *Küsterus*. Sed malim reddere *abreptus*. Nam ita etiam συμψᾶσθαι pro hebr. סָחַב legitur Ierem. XLIX, 19. ἐὰν μὴ συμψησθῶσι (In *Francof.* editione vitiose συνυψωθῶσι legitur) τὰ ἐλάχιστα τῶν προβάτων, si non *abripiantur* minimae ovium. Sic etiam *Herodotus* Lib. I. cap. 189. τῶν τις ἱρῶν ἵππων τῶν λευκῶν ὑπὸ ὕβριος ἐσβὰς ἐς τὸν ποταμὸν, διαβαίνειν ἐπειρᾶτο. ὁ δέ μιν συμψήσας, ὑποβρύχιον οἰχώκεε φέρων. Et *Iamblichus*: Βιαζομένους δὲ τοὺς κολυμβητὰς συμψήσας ὁ ποταμὸς ἔφερε κάτω, καὶ οὐκ ἔτι ἀπενόστησαν. Vide *Suidam* in v. Συμψήσας.

*ΣΥΜΨΗΦΙΖΩ, *supputo, computo*. סָחַב, *traho, rapto*, et in lingua arabica *abrado*. Ierem. XXIX, 20. sec. cod. *Alex.* συμψηφισθῶσιν, ubi tamen alii rectius habent συμψησθῶσι. Vide supra s. v. συμψάω.

*ΣΥΜΨΙΩ, *una minutatim frango, contero, attenuo*. קְדוּמִים nomen propr. *Chedummim*. Iud. V, 21. sec. cod. *Oxon.* συνεψισμένων. קְדוּם *occursum hostilem*, etiam *victoriam* notat, quod respexerunt fortasse h. l. LXX. - סָחַב, *traho, rapto*, et in lingua arab. *abrado*. Ierem. XXIX, 20. sec. *Compl.* συμψισθῶσι. Confer quoque s. v. συμψάω.

ΣΥΝ, *cum*. *אַחֲרֵי, *post*. Ps. XLVIII, 18. - אֶת, nota accusativi. Cohel. II, 17. ἐμίσησα σὺν τὴν ζωὴν, *odi vitam*. Sic etiam σὺν pro אֶת occurrit et accusativo iungitur Cohel. III, 11. (ubi vide *Schol.* apud *Montf.* in *Hex.*) 17. (σὺν τὸν δίκαιον καὶ σὺν τὸν ἀσεβῆ κρινεῖ ὁ Θεός: ubi σὺν adverbium pro ὁμοῦ.) IV, 3. VIII, 8. 15. 17. quod alias apud LXX non observatur. *Aquilam* autem particulam אֶת ita semper reddidisse docuit *Grabius Proleg. in LXX Intt.* T. I. c. 2. §. 9. ex Gen. I, 1. 16. 27. Adde Gen. XX, 10. (ubi nonnulli perperam ex σὺν fecerunt σὺ, et *Drusius* coniicit *Aquilam* legisse אַתְּ, *tu*.) Thren. II, 2. σὺν pro אֶת *Symmacho* quoque tribuitur: Σ. σύν: πάντα, sed puto ibi scribendum esse σύμπαντα una voce. Cohel. IX, 15. οὐκ ἐμνήσθη σὺν τοῦ ἀνδρὸς τοῦ πένητος ἐκείνου, non recordatus est viri illius pauperis. - *עָתָה, *venio*. Deut. XXXIII, 2. Legit אֶת. - *עַל. Lev. IV, 11. - עַם, *populus*. Dan. IX, 26. ubi legerunt עִם. - *לְעֻמַּת, *e regione*. Levit. III, 9. Ezech. I, 12. - בְּתוֹךְ, *in medio*.

Exod. XXXIX, 3. - *רַעַם, *strepitus.* Iob. XXXIX, 25. Legerunt עַם. Legitur praeterea 1 Sam. VII, 9. *σὺν παντὶ τῷ λαῷ*, *coram* omni populo, ubi nihil respondet in textu hebraico.

**ΣΥΝΑΓΕΛΑ'ΖΩ*, *aggrego*, *congrego*. 4 Macc. XVIII, 23. *Hesych.* *συναγελάζονται*, *συνδιαιτῶνται*, *κ. τ. λ.* Hinc *συναγελασμὸς*, *congregatio*, *aggregatio*, interprete *Philoxeno Gloss.*

**ΣΥ'ΝΑΓΜΑ*, *sedimentum*, *lotii collectio*, etiam *collectio quaevis*. אֲסֻפּוֹת plur. *collectiones*. Cohel. XII, 11. sec. cod. *Alex.* *συναγμάτων*. *Schol.* *συνταγμάτων*, *συναντημάτων*.

ΣΥΝΑ'ΓΧΟΜΑΙ, *suffocor*, *comprimor*, *constringor*. Sap. XVII, 11. *συναγχομένη τῇ συνειδήσει*, *compressa* a conscientia.

ΣΥΝΑ'ΓΩ, *congrego*, *colligo*, *recipio*, *recondo*, *convoco*, it. *libero*, et *Συνάγομαι*, *convenio*. אָגַר, idem. *Symm.* Prov. VI, 8. et Prov. X, 6. - אָסַף. Iud. XIX, 15. *οὐκ ἦν ἀνὴρ συνάγων αὐτοὺς εἰς οἰκίαν*, non erat aliquis, qui *recipiebat* illos in domum. Vide et v. 18. 2 Sam. XI, 29. *συνήγαγεν αὐτὴν εἰς τὴν οἶκον αὐτοῦ*, *recipiebat* (*Vulg. introduxit*) illam in domum suam. Ita Matth. XXV, 35. *ξένος ἤμην καὶ συνηγάγετέ με*, sc. *εἰς οἰκίαν*, hospes eram, et *recipiebatis* me. 2 Reg. V, 11. ubi *συνάγειν* est *curare s. efficere*, *ut aliquid auferatur*, *liberare aliquem ab aliqua re*. Vide supra s. v. *ἀποσυνάγειν*. *Theod.* Iob. XXXIX, 12. - אֲסָפִים plur. *congregationes*. Nehem. XII, 25. - אָצַר, *recondo in thesaurum*. Ies. XXXIX, 6. - נֶאֱצַר וְנֶחְסַן Niph. *recondor et reponor in thesaurum*. Ies. XXIII, 18. - בָּלַע, *deglutio*. Iob. XX, 15. - גָּדַר, *sepio*. Ezech. XIII, 5. Videntur legisse עָדַר vel potius וְהֶעֱדִרוּ. - *גּוּר, *commoror*. *Symm.* Ps. LVI, 7. *συνήγοντο*. Fortasse cum *Chaldaeo* legit יָגוֹדוּ, ut Psalm. XCIV, 21. nisi, ut *Kimchius* ac *Buxtorfius* in *Anticritica* p. 839. volunt, etiam voci גּוּר haec significatio tribui potest. - דָּגַר. Ierem. XVII, 11. *συνήγαγεν*, ubi pro דָּגַר legisse videntur אָגַר, quod notat *colligere*. - הֵבִיא Hiph. a בּוֹא, *venire facio*. Prov. XXXI, 14. Ierem. XXXIII, 8. - *הִגִּיעַ Hiph. *attingo*, *pervenio*. Dan. XII, 12. sec. *Chis.* ubi tamen pro *συνάξει* reponendum erit *συνάψει*, ut iam monuit *Segaarius*. - הוֹסִיף Hiph. a יָסַף, *addo*. 2 Sam. III, 35. 2 Sam. VI, 1. ubi non opus est statuere, eos legisse וַיֶּאֱסֹף; nam יָסַף habet etiam notionem *colligendi* et *congregandi*, ut iam observatum est a Lexicographis. - הוֹצִיא Hiph. a יָצָא, *exire facio*. 2 Sam. X, 16. Ezech. XXXVIII, 4. - הֵחִישׁ Hiph. a חוּשׁ, *accelero*. Ies. LX, 22. *συνάξω αὐτούς*. Vocem hebr. de reditu e captivitate sine mora praestando explicandam censuerunt. - *הָמָה. *Aqu. et Inc.* Ps. XLV, 7. *συνήχθησαν*. Verte: *cum strepitu coierunt*, quam notionem quoque vox hebr. habet. - *הֵנִיחַ Hiph. a יָנַח, *relinquo*. Ezech. XXII, 20. Ita *Trommius*. Sed הֵנִיחַ deducendum

ibi potius est a נוּחַ, ut sit: *requiescere facere, sedem fixam assignare.* – הֵנִיס Hiph. a נוּס, *fugio*, *fugere facio.* Exod. IX, 21. – *הֵעוֹר, *adiuvor*, Dan. XI, 34. sec. Cod. *Chis.* συνάξουσι. Arab. غث, *fluere, affluere* notat. – הֵעִין Hiph. ab עוּן. Exod. IX, 30. – הִצְעִיק, Hiph. *convoco.* *Al.* 1 Sam. X, 17. συνήγαγε. – *הֶעֱלָה Hiph. *ascendere facio.* 2 Par. II, 16. Lectio συνάξεις, quae est cod. *Alex.*, videtur orta esse ex σὺ ἄξεις, nisi statuere malimus, συνάγειν h. l., ubi εἰς sequitur, *auferendi* et *exportandi* notionem adiunctam habere. – הִקְהִיל Hiph. a קָהַל. Num. I, 18. VIII, 10. Iob. XI, 10. ἡ συναγάγῃ. *Vulgatus* bene: *vel in unum coarctaverit.* Vide ad h. l. *Montfauconium.* – הִשְׁבִּיר Hiph. a שָׁבַר, *vendo.* *Al.* Amos. VIII, 5. συνάξομεν sec. ed. *Compl.*, h. e. vendendis mercibus pecuniam colligamus. – הִשְׂתָּעֵר Hithp. (שׂ pro ס), *violenter irruo.* Dan. XI, 40. Συνάγειν h. l. notat *congregare* s. *colligere milites.* Vide *Xenoph. Hist. Gr.* III, 4, 16. – הִתְיַצֵּב Hithp. a יָצַב, *sisto me.* 2 Par. XI, 12. – *הִתְכַּנֵּס Hithp. *colligo me.* *Theodot.* Ies. XXVIII, 20. ubi alii libri pro συναχθῆναι habent συναφθῆναι, sensu eodem. – חָטַב, *caedo.* Deut. XIX, 5. Qui ligna in sylvis colligunt, ea etiam caedere solent. – חָשַׂךְ, *cohibeo.* Prov. XI, 24. οἱ συνάγοντες. Ita quoque οἱ λοιποί. Non habet quidem vox graeca per se spectata significationem *cohibendi*, sed tamen adiunctam, inprimis in hac orationis serie. – כָּמֻס part. Pah. *reconditus.* Deut. XXXII, 34. ταῦτα συνῆκται παρ' ἐμοὶ, haec sunt *recondita* (*Vulg. condita*) apud me: ubi *Schol.* μὴ οὐχὶ τοῦτο ἀπόκειται παρ' ἐμοὶ, quod *Symmachi* esse videtur. – כָּנַס, *colligo, congrego.* Nehem. XII, 43. Ps. XXXII, 7. συνάγων. *Aqu. et Symm.* (sec. *Catenam PP. GG.* T. I. p. 567.) συνήγαγε, quam vocem etiam *Symmacho* tribuit *Cod. Vat.* ab *Adlero* collatus. Cohel. II, 8. *Aqu.* Cohel. II, 26. – כְּנַשׁ chald. et in Ithpah. אִתְכְּנַשׁ, idem. Dan. II, 2. 3. 28. – *לָקַח, *capio.* Exod. XIV, 6. sec. cod. *Oxon.* συνήγαγε μεθ' ἑαυτοῦ, ubi alii libri habent συναπήγαγε, unde luculenter apparet, συνάγειν notionem *abducendi* h. l. adiunctam habere. – לָקַט, *colligo.* Gen. XLVII, 14. Exod. XVI, 5. 6. Ruth. II, 2. et alibi. – מ praefixum. Deut. XXXIII, 2. – מָנַע, *cohibeo.* Iob. XX, 13. ubi pro וְיִמְנָעֶנָּה, *et prohibebit illud*, ne sc. manifestetur aliis, LXX habent καὶ συνάξει. Habet hic συνάγειν adiunctam notionem *cohibendi* (Vide supra s. v. חָשַׂךְ), nisi quis forte legere malit συνέξει, quod h. l. incertus habet, et uti quoque teste *L. Bos* ad h. l *Polychronius* et *Augustinus* legerunt. – מְצָדָה, *arx.* Ies. XXIX, 7. πάντες οἱ συνηγμένοι ἐπ' αὐτήν. Deduxerunt fortasse a צוּד, *venari, piscari.* – מִקְוֶה, *exspectatio.* Ierem. L, 7. τῷ συναγαγόντι. Legerunt לְמְקַוֵּה: nam קָוָה est *congregare.* – *מְקֻבֶּצֶת, *congregata.* Ezech. XXXVIII, 8. ubi tamen pro συνηγμένων legendum συνηγμένην,

ΤΕΙΧΙ'ΖΩ, *murum aedifico* seu *struo*, *muro cingo*. בָּצוּר, *munitus*. Deut. I, 28. Hos. VIII, 14. - גָּדַר, *maceriam struo*, *murum duco*. Arab. جَدَرَ, *parietem circumduxit*, *pariete circumducto munivit*. *Symm.* Ies. LVIII, 12. τειχίζων. - חוֹמָה, *murus*. Lev. XXV, 29. - מִבְצָר, *munitio*. Num. XXXII, 17. *Symm.* 1 Sam. VI, 18. *Inc.* Hos. X, 14. - מְצֻרָה, *idem*. Ezech. XXXIII, 27. - מְצוּרָה, idem. 2 Par. XXI, 2. - עָטַר, *circumcingo*, *circumcludo*. *Symm.* Ps. V, 13. ἐτείχισας, ubi τειχίζειν metaph. *tueri*, *defendere* notat. - רֹכֵל, *mercator*. Ez. XVII, 4. πόλιν τετειχισμένην. Aut libere verterunt, aut vere voci hebraicae hanc notionem tribuerunt, quam habere potest, quia רָכַל proprie *circumire* significat. - *שׂוּרָה, nomen propr. 1 Sam. XXVII, 8. τετειχισμένων. Deduxerunt a שׁוּר, *murus*.

ΤΕΙ'ΧΙΣΜΑ, *munimentum*, *munitio*. מָצוֹר, idem. Ierem. X, 16. sec. ed. *Compl.*

ΤΕΙΧΙΣΤΗ'Σ, *murarius*, *caementarius*. גֹּדֵר, *obsepiens*, *maceriem struens*. 2 Reg. XII, 12.

ΤΕΙ'ΧΟΣ, *murus*. *בָּצְרָה, *Bosra*. Nomen proprium. Amos. I, 9. Legerunt בִּצְּרָה. - גַּג, *tectum*. Ezech. XL, 14. ἀπὸ τοῦ τείχους. Lege ἀπὸ τοῦ τέγους. Pari enim tinnitu aures graecas feriunt tria haec vocabula, τοῖχος, τεῖχος et τέγος. - גְּדוֹת plur. *ripae*. Ies. VIII, 7. περιπατήσει ἐπὶ πᾶν τεῖχος ὑμῶν. Forte legendum χεῖλος; nam ex Scripturae S. usu loquendi *labium fluminis* est eius *ripa*. Sed ripa quoque *murus fluminis* dici potest. Vide quoque infra s. v. חוֹמָה. *Michaelis B. O.* T. XIV. p. 128. statuit, LXX legisse גֹּדֵר חַיִּךְ. - הֹמִיָּה *part. foem.* ab הָמָה, *tumultuans*. Prov. I, 21. ἐπ' ἄκρων τε τειχέων. Legerunt חֹמוֹת a sing. חוֹמָה, ad formam אֲחָיוֹת ab אָחוֹת, *soror*, quam lectionem praefert *Vogelius*. - *דָּיֵק, *vallum*. 2 Reg. XXV, 1. Ad hanc vocem referendae mihi quoque videntur voces τεῖχει et τοίχῳ, quas *Symmacho* et *Aquilae* tribuit *Eusebius Onom.* s. v. δεσέκ. ubi vid. *Bonfrerium*. - חוֹמָה. Exod. XIV, 29. τὸ δὲ ὕδωρ αὐτοῖς τεῖχος, aqua autem illis murus, sc. erat. Videtur huc *Albertio* in *Peric. Crit.* c. 1. p. 1. respexisse *Heliodorus*, quando in *Eroticis* suis, quae vulgo *Aethiopica* dicuntur, Lib. I. p. 11. de quodam Aegypti tractu eiusque incolis scribit: τῷ μὲν ὕδατι πάντες ὡς ἅτε τείχει χρώμενοι. Zach. II, 5. ἐγὼ ἔσομαι αὐτῇ, λέγει κύριος, τεῖχος πυρὸς κυκλόθεν, ego ero illi, inquit Dominus, murus ignéus in circuitu. Similiter *Callimachus Hymn. in Delum* v. 23. sequ. Apollinem tanquam murum illius celebrat. Alias principes et heroes muri sub emblemate designantur. Vide *Ewaldi Emblem. Sacr.* P. II. p. 525. In *Gloss. MSS. in Proph.* τεῖχος procul dubio ex Zach. l. c. exponitur πύργος ἀσφαλής. *Aqu. Theod.* Ezech. XL, 5. - חִילָה, *dolor*. Iob. VI, 10. Videntur legisse חַיִל. - *חֵמָה, *ira*. Ies. XXVII, 4. Legerunt חֹמָה, *murus*. - חַמָּה, *sol*. Ies. XXIV, 23. Hic quoque legerunt חוֹמָה, *murus*. - חָרוּץ, *fossa* (ex usu linguae chald.), qua etiam urbes muniri solent. *Al.* Dan. IX, 25. - מְצוּרָה, *munitio*. 2 Par. XI, 10. ὠχύρωσεν αὐτὰς τείχεσι, muniverat illas *munitionibus*. Eodem sensu τεῖχος usurpatur *Libanio* in *Basilico* p. 133. εἰς δὲ τὸν περίβολον κατακλεισθέντες, οὐδ' ὑπὲρ τοῦ τείχους ἠμύναντο. Vide *Spanhemium* ad *Iulian.* p. 177. - מָרוֹם, *altitudo*. *Al.* Ierem. LI, 53. τὰ τείχη, *moenia alta*. - נֵד, *acervus*. Exod. XV, 8. ὡσεὶ τεῖχος. Arab. نَدّ inter alia *aggerem* notat. - עִיר, *urbs*. 2 Sam. XX, 16. Fortasse legerunt קִיר, aut putarunt, ob seriem orationis ita h. l. vertendum esse. In *Xenoph. Hist. Gr.* VII. 5. 8. ἐν τῷ τείχει et ἐν τῇ πόλει permutantur invicem. *Pollux Onom.* IX, 7. Ξενοφῶς τεῖχος οὐ τὸν περίβολον μόνον ἔφη, ἀλλὰ καὶ τὸ ὑπὸ τῷ περιβόλῳ πᾶν.

Hesych. Τεῖχος ἄρειον ἀντὶ πόλιν Ἄρεως. - קִיר, *paries.* Num. XXXV, 4. Ios. II, 15. Ez. XXXIII, 30. - *רְחֹב, *platea.* 2 Sam. XXI, 12. sec. ed. *Compl.* Ita transtulit *Inc. Int.* ob locum parallelum 1 Sam. XXXI, 12. ubi חוֹמָה diserte commemoratur. - שׁוּר, *murus.* 2 Sam. XXII, 30. Esdr. IV, 12. 13. 16. et alibi. - *שׁוֹר, *bos. Aqu. Symm.* Gen. XLIX, 6. Legerunt שׁוּר. - *שׁוּר, *Schur*, nomen propr. solitudinis Aegypto adiacentis. Gen. XVI, 7. sec. *scholion ed. Rom.* τεῖχος ἢ εὐθυσμὸς, quae verba illata sunt in *Hexapla* e *Philone* libr. de *profugis* p. 479. ed. *Francof.* τεῖχος δὲ ἢ εὐθυσμὸς ἑρμηνεύεται Σοὺρ. - שַׁעַר, *porta.* Nehem. XII, 38.

ΤΕΙ'ΧΟΣ ΠΕΡΙΒΑ'ΛΛΩ, *murum circumiicio* vel *circumdo.* הִתְגָּרָה Hithp. *misceo bellum.* Prov. XXVIII, 4. *Iaegerus* ad h. l.: Quia τεῖχος περιβάλλουσι, non modo sui defendendi gratia, sed hostium etiam coercendorum et oppugnandorum, dictionem ipsam existimes provenisse potius a גָּדַר, *sepire*, quam a גָּרָה, *bellum concitare.* Conf. *Aelian. V. H.* VI, 12.

ΤΕΙ'ΧΟΣ ΚΑΙ' ΠΡΟΤΕΙ'ΧΙΣΜΑ, *murus et antemurale.* חֹמֹתַיִם dual. *duo muri. Al.* Ierem. XXXIX, 4.

ΤΕΚΜΗ'ΡΙΟΝ, *signum*, *testimonium*, *argumentum*, *ratio.* Sap. V, 11. XIX, 13. 3 Macc. III, 24. διὸ καὶ τεκμηρίοις καλῶς πεπεισμένοι, τούτους δυσνοεῖν ἡμῖν, quare *argumentis* satis persuasi, hos nobis male velle. Sic legitur apud *Dion. Cass.* l. VI. p. 1052. *Reim. Xenoph. Mem.* I, 1, 2. *Hesych.* τεκμήριον, σημεῖον ἀληθές. *Suidas:* τεκμήριον, ἀληθινὸν σημεῖον ἢ τὸ ἄλυτον. *Schol. Aristoph. in Equit.* v. 55. τεκμηρίῳ, παραδείγματι, μαρτυρίῳ.

ΤΕ'ΚΝΟΝ, *filius*, et in plur. τὰ τέκνα, *liberi.* אוֹן, *robur*, *virilitas.* Deut. XXI, 17. Gen. XLIX, 3. ἀρχὴ τέκνων μου. Bene. Nam principium roboris est descriptio primogeniturae aut primogenitorum. Ps. LXXXVIII, 51. et CV, 36. - אַחֲרִית, *posteritas.* Ps. CVIII, 12. Ierem. XXXI, 17. - בַּיִת, *domus*, it. *familia.* 1 Reg. XVII, 15. - בֵּן, in plur. בָּנִים. 1 Sam. XIV, 32. τέκνα βοῶν, *filii boum*, h. e. *vituli.* Conf. *Vorstii Philol. Sacr.* P. I. c. 15. Hos. II, 4. τέκνα πορνείας, *spurii.* Hos. X, 9. τὰ τέκνα ἀδικίας, filii iniquitatis, h. e. *iniqui*, *pravi.* Conf. *Vorstii Philol. S.* P. II. c. 24. Ioel. II, 23. τὰ τέκνα Σιὼν, *incolae* Sion. Vide et Zach. IX, 13. et conf. Matth. XXIII, 37. Luc. XIX, 44. Gal. IV, 25. et *Vorstium* lib. cit. ac notata infra in v. υἱός. *Symm.* Iob. V, 7. τέκνα γυπὸς, h. e. *pulli vulturis.* Sic Graecos alias, si brutorum animantium pullos designare velint, solere uti vocibus τέκος et τέκνον, multis exemplis docuit *Gatakerus de stylo N. T.* c. 16. *Inc.* Ios. XXII, 28. - בְּעִיר, *iumentum. Inc.* Num. XX, 4. sine dubio ex aliis SS. locis. - בַּר. Prov. XXXI, 2. - דּוֹר, *generatio.* Ios. XXII, 27. - הִשְׁרִישׁ, Hiph.

radices ago. Ies. XXVII, 6. *Radices agere* apud S. S. notat *multos liberos ac posteros habere.* Vide *Hexapla.* – *זֶרַע, *semen, posteri.* Gen. XV, 3. sec. *Compl.* – טַף, *parvulus.* Deut. II, 34. III, 6. 19. XXIX, 11. – יֶלֶד, *natus.* Ies. LVII, 4. τέκνα ἀπωλείας, h. e. pernicie et exitio *digni.* Eodem sensu Iudas vocatur υἱὸς τῆς ἀπωλείας apud Ioh. XVII, 12. et Antichristus 2 Thess. II, 3. Conf. vocem ἄξιος post בְּנֵי מָוֶת, et *Vorstium* lib. cit. p. 50. sequ. Sic et τέκνα ὀργῆς Eph. II, 3. sunt *poena digni*, ubi vid. *Wolfius* p. 44. Hos. I, 2. τέκνα πορνείας, *spurios.* – *בְּנוֹת, *habitaculum.* Hos. IX, 13. τὰ τέκνα, ubi pro בְּנָוֶה, *in habitaculo*, legerunt בְּנֵיהֶם. – עוּל, *iugum.* 1 Sam. VI, 7. δύο βόας πρωτοτοκούσας ἄνευ τῶν τέκνων, duas vaccas, quae primum pepererunt, s. lactantes, sine vitulis. Forte legerunt עוּל, *foetus lactens.* – עוֹלֵל, *puerulus.* Ies. XIII, 16. – פְּרִי בֶטֶן, *fructus ventris.* Ies. XIII, 18. – צֶאֱצָאִים plur. *propagines.* Iob. V, 25. XXI, 8. Ies. XLIV, 3. Sap. XVI, 21. τέκνα θεοῦ, *Iudaei.*

ΤΕΚΝΟΠΟΙΕ'Ω et *ΤΕΚΝΟΠΟΙΕ'ΟΜΑΙ*, *liberos procreo, gigno, pario, suscipio.* בָּנָה, *aedifico. Inc.* et LXX Gen. XVI, 2. (ubi loco τεκνοποιήσωμαι *Philo Opp.* T. I. p. 519. et 521. habet τεκνοποιήσῃς). Ib. XXX, 3. Saepius in V. T. *aedificare* metaphorice ponitur pro *liberos procreare* s. *gignere.* Ex liberis enim familia instar domus aedificatur et conservatur. – יֶלֶד, *proles.* Gen. XI, 30. – הוֹלִיד ׃ יָלַד, Kal et Hiph. Ies. LXV, 23. Ierem. XXIX, 6. – הָרָה וְיוֹלֶדֶת, *gravida et puerpera.* Ierem. XXXI, 8. – יָלַךְ, *eo.* Ierem. XII, 2. Permutarunt יָלַךְ cum יָלַד.

ΤΕΚΝΟΦΟ'ΝΟΣ, *liberos occidens seu interficiens, liberorum interfector.* Sap. XIV, 23. τεκνοφόνους τελετάς, sacrificia, *in quibus liberi occidebantur vel immolabantur.*

ΤΕΚΝΟ'Ω, *Ω˜*, et τεκνόομαι, οῦμαι, *liberos suscipio, liberos procreo, genero, gigno, pario.* בָּנָה, *aedifico. Symm.* Gen. XVI, 2. εἴπως τεκνωθῶ, si *liberos suscipiam.* Vide supra s. v. τεκνοποιέω. – יָלַד. Exod. XXI, 4. τεκνοῖ αὐτῷ υἱοὺς καὶ θυγατέρας, *pariat* illi filios et filias.

ΤΕΚΤΑΙ'ΝΩ et *ΤΕΚΤΑΙ'ΝΟΜΑΙ*, *fabrico, struo, molior, machinor.* Proprie est *fabrorum, qui ligna parant,* sed deinde *ad omnis generis artifices et rerum inventores* transfertur. Conf. *Ez. Spanhem.* ad *Aristoph. Plut.* v. 163. הָשִׁית Hiph. a שׁוּת, *pono.* Prov. XXVI, 24. ἐν δὲ τῇ καρδίᾳ τεκταίνεται δόλους, in corde autem *machinatur* fraudes. *Dolum habere repositum in pectore* nihil aliud est quam *machinari fraudes.* – חָרַשׁ, *aro,* it. *fabrico.* Ps. CXXVIII, 3. ἐπὶ τὸν νῶτόν μου ἐτέκταινον, super dorsum meum *fabricabant. Hesych.* Ἐτέκτονον (ita scriptum videtur pro ἐτέκταινον), κατεσκεύαζον οἱ τέκτονες. Prov. III, 29. μὴ τέκταινε ἐπὶ σὸν φίλον κακά, ne *moliaris* in amicum tuum mala. *Aqu. Symm.*

Theod. Prov. XII, 19. Conf. Sir. XI, 34. XXVII, 22. – חָרָשׁ, *faber.* Ezech. XXI, 31. τεκταινόντων. – פָּעַל, *operor. Al.* Ps. LXVII, 31. ἐτέκτηνας, *operatus es.* – שָׁחַר, *mane quaero.* Prov. XI, 27. τεκταινόμενος ἀγαθὰ, *parans* s. *moliens* bona. Dubium esse videtur *Vogelio* ad h. l., num ex coniectura aut lectionis varietate ita transtulerint. Si posterius, legisse ei videntur חָרַשׁ. Sed non cogitasse videtur, שָׁחַר metaphorice notare *studiosum esse*, *dilegentem operam dare*, sicut et nos formula *früh aufstehen* uti solemus. *Hesych.* et *Suidas:* τεκταινόμενος, κατασκευάζων. Baruch. III, 18. οἱ τὸ ἀργύριον τεκταίνοντες sunt aut *argentum fabricantes*, *argenti fabri*, aut *qui argentum omni ratione comparant et cumulant.* Caeterum cum τεκταίνοντες l. l. coniungendum est μεριμνῶντες, ita ut hoc adverbialiter sumendum ac vertendum sit: *summa cum cura.*

ΤΕΚΤΟΝΙΚΟ'Σ, *ad fabrum pertinens*, *fabrilis.* חֲרֹשֶׁת, *fabrefactura.* Exod. XXXI, 5. τὰ τεκτονικὰ τῶν ξύλων ἐργάζεσθαι, *ligna fabricare.*

ΤΕ'ΚΤΩΝ, *faber*, *artifex.* חָרָשׁ, idem. 1 Sam. XIII, 19. 2 Sam. V, 11. Esdr. III, 7. et alibi saepius. – חֹרֵשׁ part. *fabricans.* 1 Reg. VII, 14. – *חֶרֶשׂ, *testa.* *Symm.* Iob. XLI, 22. Legit חָרָשׁ, *faber.* *Suidas:* τέκτων, κοινὸς τεχνίτης, ὁ λαοξόος καὶ ὁ τῶν ξύλων εἰδήμων. *Gloss. Cyrilli et Philoxeni:* τέκτων, *faber*, *faber tignarius*, *lignarius*, *materiarius.* Et *Graecus Gaii interpres* in *Pandectis* l. 235. §. 1. *de V. S.* τέκτονας ξύλων οὐ μόνον λέγομεν τοὺς τὰ ξύλα πελεκοῦντας, ἀλλὰ πάντας τοὺς οἰκοδομοῦντας. Conf. *C. S. Schurzfleischii* peculiare de hac voce *philologema Viteb.* 1688. §. 6. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΤΕΛΑΜΩ'Ν, *lorum ensis et id*, *ex quo scutum pendet*, *vinculum*, *fascia*, *ligamen*, it. *vitta.* אֲפֵר, *velamen*, *fascia:* coll. chald. מַעֲפְרָא, *sudarium.* 1 Reg. XX, 38. κατεδήσατο ἐν τελαμῶνι τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτοῦ, ligabat *fascia* oculos suos. Secundum *Cappellum* in *Crit. Sacra* p. 578. legerunt אֵפֹד, quod notat *lineum quid*, unde *vittam* reddiderunt. Vide tamen ad h. l. *Scharfenbergium* ac *Buxtorfii Anticrit.* p. 668. Fortasse legerunt פְּאֵר usu Syriaco. Vide et 1 Reg. XX, 41. *Gloss. MS. in Lib. 3. Reg.* ἀφεῖλε τὸν τελαμῶνα, ἤγουν τὸν λῶρον. In *Cod. Fabric.* corrupte legitur Ἀφεῖλε τὸν τελάμωνα, σὺν τῷ σποδῷ τὸν τελάμωνα. – שְׁבִיסִים plur. masc. *plectae*, τὰ ἐμπλόκια, ut LXX interpretati sunt. *Aqu.* Ies. III, 18. ubi vid. *Montf.* *Hesych.* τελαμὼν, λῶρος, καὶ ὁ ἀναφορεὺς τοῦ ξίφους, καὶ, τῆς ἀσπίδος, ἡ δεσμὸς, ἡ φασκία. Conf. *Steph. le Moyne Obss. ad Var. Sacr.* p. 300. sequ.

ΤΕ'ΛΕΙΟΣ, *perfectus*, *integer*, *sincerus.* אַשְׁרֵי plur. constr. *beatitates.* *Theod. Sext. edit.* Ps. I, 1. Deduxerunt a יָשַׁר, quod pariter notionem *pietatis* ac *felicitatis* habet. *Boeckelio* contra in *Specimine Clavis* etc. p. 30. verba τέλειος

ὁ ἀνὴρ κ. τ. λ. fragmentum non alius versionis, sed glossae, fortasse ex Ps. CXIX, 9. repetitae, continere videntur. – מֵבִין part. Hiph. a בִּין, *erudiens*, *magister*, vel *intellegens*. 1 Par. XXV, 8. κατὰ τὸν μικρὸν καὶ κατὰ τὸν μέγαν τελείων καὶ μανθανόντων, minor aeque ac maior *perfectorum*, h. e. *artem musicam iam penitus intellegentium vel magistrorum in arte illa et discentium*. Al. ibi habent: συνιὼν μετὰ μανθάνοντος. *Vulgatus* reddit: *doctus pariter et indoctus*. Conf. *Elsnerum* ad 1 Cor. II, 6. p. 75. – *מְשֻׁלָּם, *perfectus*, seu: *qui veram Dei cognitionem habet*. *Symm*. Ies. XLII, 19. – רָצוֹן, *beneplacitum*. *Theod*. Mal. II, 13. ubi τέλειον notat sacrificium perfectum, h. e. ita comparatum, ut praescriptis divinis sit consentaneum, adeoque Deo placeat. Simili ratione רָצוֹן, uti in universum *obiectum beneplaciti* notat, ita h. l. *sacrificium* significare, *quo Deus delectatur*, e parallelismo sententiarum luculenter apparet. – שָׁלֵם. 1 Reg. XI, 4. οὐκ ἦν καρδία αὐτοῦ τελεία μετὰ κυρίου, non erat cor eius *sincerum* cum Domino. Vide et 1 Reg. XV, 3. 14. 1 Par. XXVIII, 9. Dicitur alias καρδία πλήρης. Vide in πλήρης. *Aqu*. Prov. XI, 1. στάθμιον τέλειον, pondus *iustum*. *Symm*. *Theod*. Amos. I, 5. – שָׁלוֹם, *perfectio*, *pax*. Ierem. XIII, 19. – תַּכְלִית, idem. Ps. CXXXVIII, 21. – תָּם. Cant. V, 3. VI, 8. – תֹּם, *integritas*. *Symm*. *Theod*. Prov. X, 30. τελείῳ. – תָּמִים. Gen. VI, 9. τέλειος ὢν ἐν τῇ γενεᾷ αὐτοῦ, qui perfectus erat in generatione sua. Deut. XVIII, 13. τέλειος ἔσῃ ἐναντι κυρίου τοῦ θεοῦ σου, perfectus eris coram Domino Deo tuo. In his locis τέλειος dicitur, qui *Latinis* alias *integer vitae*. *Stobaeus* de tali: Τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα τέλειον εἶναι λέγουσιν, διὰ τὸ μηδεμίας ἀπολείπεσθαι ἀρετῆς. Conf. *Reiners* Diss. de τοῖς τελείοις in *Bibl. Brem. Class* IV. p. 957. sequ. Vide et 2 Sam. XXII, 26. et conf. Sap. IX, 6. LXX alias תָּמִים ὅσιον interpretantur, ut Prov. II, 21. Amos. V, 10. et ἄμεμπτον et ἄμωμον et ἄκακον. – תֻּמִּים plur. *perfectiones*. Esdr. II, 63. Plura de hac voce vide in *Ott. Lud. Konigsmanni Diss*. de *vera notione vocis* τέλειος. *Ien*. 1739. 4.

ΤΕ'ΛΕΙΟΣ ΕΙ'ΜΙ', *perfectus sum*. הִתַּמֵּם Hithp. a תָּמַם, *perfectum me exhibeo*. 2 Sam. XXII, 26. – *גָּרַס, *confringor*. *Symm*. Ps. CXVIII, 20. τελεία ἦν. Libere vertit hoc sensu: *perfectum s. summum erat desiderium legum tuarum*, quem quoque habent verba hebraica, quae ad verbum ita sonant: *Confracta est anima mea ob desiderium*, h. e. *summo desiderio teneor*. –

ΤΕΛΕΙΟ'ΤΗΣ, *perfectio*. *מוּת, *morior*. *Symm*. Iob. XII, 2. ubi plerisque legisse videtur תֻּמַּת a תֹּם, et תֻּמָּה, *perfectio*. Sed nollem hic numerum variarum lectionum pro lubitu augere. Τελειότης est h. l. *finis* s. *perductio ad finem*. – תֻּמָּה. Prov. XI, 3. – תֻּמִּים, *perfectus*. Iud. IX, 16. 19. *Symm*.

Deut. XXXIII, 8. Ps. LXXXIII, 13. *Reliqui* Exod. XXVIII, 30. *Aqu. Theod.* Lev. VIII, 8. τελειότητες. Vide et Sap. VI, 15. (τελειότης φρονήσεως, *summa* sapientia et prudentia). XII, 7. ἀπιστούμενος ἐπὶ δυνάμεως τελειότητι, h. e. cum non existimaris summa ac perfecta pollere potentia.

ΤΕΛΕΙΟ'Ω, *perficio*, *absolvo*, *impleo*. הִרְפָּה Hiph. *dimitto*. Nehem. VI, 4. ὡς ἂν τελειώσω αὐτὸ, sc. ἔργον, cum *absolvero* illud opus. Opus absolutum dimittitur. – חָתַם, *obsigno*. *Aqu.* (?) Dan. IX, 24. τελειῶσαι. Arab. خَتَمَ etiam *finire*, *perficere* notat, quia epistolae ad finem perductae sigillum imprimi solet. – כָּלַל. Ezech. XXVII, 11. – מִלֵּא Pih. *compleo*. Exod. XXIX, 10. τελειώσεις τὰς χεῖρας Ἀαρὼν, implebis manus Aaronis: quae phrasis servit *consecrationi ad munus indicandae*. *Hesych.* τελειώσεις, ἁγιάσεις. Exod. XXIX, 33. τελειῶσαι τὰς χεῖρας αὐτῶν, ad *implendas* manus eorum. Vide et Lev. VIII, 33. XVI, 32. et conf. *Glossii Philol. Sacr.* lib. V. Tr. I. cap. 4. p. 1500. ubi phrasin illam idem significare docet, quod *consecrare ad officium sanctum*. Nempe signum et ritus quidam σημαντικὸς consecrationis olim erat, traditio certarum partium de sacrificiis in manus. LXX sec. *Hex.* 1 Reg. XIV, 10. ἕως τελειωθῆναι αὐτὸν (lege αὐτὴν, scil. τὴν κόπρον), donec stercus *penitus remotum fuerit*. *Vulg.* *usque ad purum*. – שָׁלֵם, *perfectus*. 2 Par. VIII, 16. – תָּמַךְ, *sustento*. *Theod.* Psalm. XVI, 6. τελείωσον. Sensum secutus est. – תָּמַם. 1 Reg. VII, 21. XIV, 10. Adde *Inc.* 1 Sam. XVI, 11. ἐτελειώθησαν, h. e. *num nullus reliquus mansit* aut *restat?* *Vulg. numquid iam completi sunt?* Praeterea quoque legitur Lev. IV, 5. ubi ὁ τετελειωμένος sec. cod. *Vat.* et ὁ τετελεσμένος sec. alios libros videtur esse versio alius interpretis, pertinens illa ad מָשִׁיחַ, *unctus*. Sap. IV, 13. τελειωθεὶς, qui ad culmen sanctitatis evasit. Sir. XXXIV, 10. ἐτελειώθη, *integer*, *probus agnitus*, *deprehensus fuit*, coll. 2 Cor. XII, 9. Sir. L, 21. τὴν λειτουργίαν αὐτοῦ ἐτελείωσαν, ministerium eius *perfecerunt*.

ἘΓΕΝΗ'ΘΗ ΤΕΛΕΙΩΘΗ͂ΝΑΙ, *factum est*, *ut perficeretur vel absolveretur*. נִשְׁלְמָה Niph. *fio*, *perficior*. Nehem. VI, 16. ἐγενήθη τελειωθῆναι τὸ ἔργον τοῦτο.

ΤΕΛΕΙ'ΩΜΑ, *perfectio*, *consummatio*. מוּת, *morior*. *Aqu.* Iob. XII, 2. τελειώματα. Legit תְּמוּת, a sing. תֹּם s. תֻּמָּה, *perfectio*, nisi statuere malis, τελειώματα esse h. l. i. q. τέλος, *finis*, *perductio ad finem*.

**ΤΕΛΕΙ'ΩΣ*, *perfecte*, *integre*, *omnino*, *prorsus*, *diligenter*, *summo cum studio*. Sirac. VI, 37. sec. *Compl.* διανοοῦ ἐν τοῖς προστάγμασι κυρίου τελείως, cogita ac perpende praecepta divina *summo cum studio*. Iudith. XI, 6. ubi loco τελείως *Bretschneidero* legendum videtur τέλειον. 2 Macc.

XII, 42. *τελείως ἐξαλειφθῆναι,* *prorsus* obliniri. 3 Macc. III, 26. VII, 23. Vide *Fischeri Proluss. de vitiis Lex. N. T.* p. 675.

ΤΕΛΕΙ'ΩΣΙΣ, perfectio, impletio, consummatio, et speciatim *consummatio matrimonii, nuptiae.* כְּלוּלֹת plur. *sponsalia.* Ierem. II, 2. *ἐμνήσθην ἐλέους νεότητός σου, καὶ ἀγάπης τελειώσεώς σου,* recordabar gratiae adolescentiae tuae, et dilectionis *nuptiarum* tuarum. Sic et alias Graecis nuptiae *τέλος* dicebantur. *Eustathius* ad Il. λ', p. 832. *Ἐκ δὲ τοῦ λοιποῦ τέλους, ὃ σημαίνει τὸν γάμον, τὰ προτέλεια· ὧν χρῆσις μὲν μόνη παρὰ Αἰλίῳ Διονυσίῳ, ἑρμηνεία δὲ παρὰ Παυσανίᾳ, εἰπόντι, ὅτι προτέλεια, ἡ πρὸ τῶν γάμων θέα* (leg. *θυσία*), *ἴσως τὰ λεγόμενα θεώρητρα. Ἐκεῖθεν δὲ τέλειοι οἱ γεγαμηκότες, καὶ τελειωθῆναι, τὸ γῆμαι. Suidas: Τέλος δὲ ὁ γάμος. διὸ καὶ προτέλεια ἐκαλεῖτο ἡ θυσία ἡ πρὸ τῶν γάμων γινομένη.* Vide in v. *τελεία,* et conf. eundem in v. *προτέλειον, Pollucem* lib. III. c. 3. segm. 38. *Hesychium* in v. *δόμος ἡμιτελής,* et v. *προτέλεια,* et qui in not. ad h. l. citantur, *Meursium Graec. Feriat.* p. 257. et *Aeschyli Schol.* p. 178. *Spohnio* ob membrum parallelum *τελείωσις* h. l. est *aetas perfectior, matura.* – מִלֻּאִים plur. *impletiones.* Exod. XXIX, 26. *ἀπὸ τοῦ κριοῦ τῆς τελειώσεως,* ab ariete *impletionis, quo* scilicet *manus implebantur sacerdotum, cum initiarentur.* Vide et v. 27. 31. 34. Lev. VIII, 21. 27. *Inc.* Lev. VIII, 33. – תֻּמִּים plur. *perfectiones. Al.* Nehem. VII, 65. Iudith. X, 9. *ἐξελεύσομαι εἰς τελείωσιν λόγων, ὧν ἐλαλήσατε μετ' ἐμοῦ,* egrediar in *consummationem* verborum, vel *ut perficiam* verba, quae locuti estis mecum. Conf. Luc. I, 45. *Aqu. Theod.* Lev. VIII, 8. – תֻּמִּם, *absolvor. Aqu.* Deut. XXXI, 24. *τελειώσεως αὐτῶν.*

ΤΕΛΕΙ'ΩΣΙΣ 'ΕΠΙΣΧΕ'ΣΕΩΣ, perfectio retentionis. עֲצֶרֶת, *detentio. Samarit.* Num. XXIX, 35.

ΤΕ'ΛΕΟΝ, adverbium, *omnino, prorsus.* נֶצַח, *aeternitas. Aqu.* Ps. XII, 2. *τέλεον. Hieron. penitus.* 3 Macc. I, 22. *οὐκ ἠνείχοντο τέλεον αὐτοῦ ἐπικειμένου,* non ferebant illum *omnino* instantem. *Hesych. τέλεον, τὸ τέλος ἢ πέρας.* Conf. *Ioseph. de B. I.* IV, 4, 5. T. II. p. 285. ed. *Hav.*

ΤΕΛΕΣΙΟΥΡΓΕ'Ω, ad perfectionem duco. Prov. XIX, 7. *ὁ πολλὰ κακοποιῶν τελεσιουργεῖ κακίαν,* qui multa mala facit, ad perfectionem ducit malitiam. In textu hebr. pro his nihil legitur.

ΤΕ'ΛΕΣΜΑ, finis, extremitas. קָצֶה, idem. *Al.* Ps. CXXXIV, 7. *ἐκ τελέσματος, ex extremitate terrae,* h. e. interprete *Grotio: ab omni parte horizontis,* vel: *ab omni latere,* coll. Ps. CXLVII, 8.

ΤΕΛΕΣΦΟΡΕ'Ω, ad perfectionem, ad maturitatem duco seu *perduco.* הֵכִין Hiph. a כּוּן, *apto, paro. Symm.* Ps. LXIV, 10. *τελεσφορήσεις.* Sc. כּוּן in universum notat: *perfectum aliquid reddere,* unde in tali orationis serie est

ad maturitatem perducere. Vide ad h. l. *Knappium. Hesych.* τελεσφορεῖ, ἐντελῶς ἄγει. Idem: τελεσφόρος, ὁ τελεσφορῶν καθ' ὥραν τοὺς καρπούς. Conf. *Wolfium* ad Luc. VIII, 14. p. 640. ac *Lexicon N. T.* s. h. v. – קָמָה, *seges in culmum erecta. Al.* Ies. XXXVII, 27. ὡς ἄγρωστις ἀφανιζομένη πρὸ τοῦ τελεσφορηθῆναι, tanquam gramen perditum, antequam *ad maturitatem venit.* Vide *Grabium de vitiis LXX Intt.* p. 121. et conf. quae ex *Philone* notat *Alberti* in *Museo Phil. Theol. Brem.* p. 109. Adde 4 Macc. XIII, 19.

ΤΕΛΕΣΦΟ´ΡΟΣ, proprie: *qui ad finem perducit* vel *perducitur* sive *perductus est.* Apud LXX vero aut potius *Theodotionem: prostibulum* s. *foemina gentium sacris* vel *mysteriis fornicatione initiata.* Deut. XXIII, 17. οὐκ ἔσται τελεσφόρος ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἔσται τελισκόμενος (πρὸς πᾶσαν εὐχὴν) ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ. His verbis, quae absunt a quibusdam editt. et in *Grabiana hypolemniscis* notata sunt, eadem verba hebraica, לֹא תִהְיֶה קְדֵשָׁה מִבְּנוֹת יִשְׂרָאֵל וְלֹא יִהְיֶה קָדֵשׁ מִבְּנֵי יִשְׂרָאֵל, quae modo ante iam ita reddita fuerant: οὐκ ἔσται πόρνη ἀπὸ θυγατέρων Ἰσραὴλ, καὶ οὐκ ἔσται πορνεύων ἀπὸ υἱῶν Ἰσραὴλ, rursus exponuntur. Itaque fortasse ex *Theodotione* addita, cuius translationem *Origenem* editioni antiquae miscuisse, asterisco et obelo omne opus distinguentem, *Hieronymus* praefatione in *Pentateuchum* testatur. Vide *Salmasium de l. Hellenist.* p. 244. et *Grabium* de *vitiis LXX Intt.* p. 61. Vox ergo קְדֵשָׁה, quae LXX ὁ est πόρνη, *Theodotioni* τελεσφόρος, et קָדֵשׁ, quae illis πορνεύων, huic τελισκόμενος exponitur. Conf. quae ex Hos. IV, 15. allata sunt in v. τελέω post hebr. קְדֵשָׁה, et *Spencerum de leg. Hebr. ritual.* lib. II. c. 35. p. 562. et c. 36. p. 567. sq. Adde *Seldenum* de *Diis Syr. Synt.* II. c. 1. p. 237. Non tamen repugnarem, si quis statuere mallet, verba οὐκ ἔσται τελεσφόρος posita esse pro לֹא תָבִיא אֶתְנַן זוֹנָה, et τελισκόμενος pro מְחִיר כֶּלֶב, aut potius ita legere: οὐκ ἔσται (ad hebr. veritatem ἔσῃ) τελεσφόρος πόρνης, καὶ οὐκ ἔσται τέλος κυνὸς, h. e. *non erit, qui inferat tributum meretricis, et non erit vectigal canis.* Qui legerat τελεσφόρος, incidit in cognatam vocem τελισκόμενος, quum non intellegeret, quid hic esset τέλος κυνός. Caeterum, quomodo alii hanc vocem acceperint, vide apud *Is. Vossium* de LXX Intt. c. 17. p. 57. *Bonfrerium* in *Deut.* l. c. p. 1002. *Casaubonum* ad *Baronii Annal.* An. 31. n. 17. *Flam. Nobilium* ad *Deut.* l. c. aliosque, quos citat *Seldenus de iure Nat. et Gent.* lib. II. c. 5. p. 179. *Cyrillus:* τελεσφόροι γε μὴν εἶεν ἂν οἱ πόρους τελοῦντες ὡς ἐξ ἀνάγκης ἑτέροις, καὶ τὰ ἐκ τῆς ἀσελγείας μισθώματα τοῖς πριαμένοις συλλέγοντες. *Theodoretus* ad Deut. l. l. τελεσφόρον ἐκάλει τὸν μυσταγωγοῦντα, τελισκόμενον δὲ τὸν μυσταγωγούμενον.

ΤΕΛΕΤΗ`, *consecratio, initiationis ritus, ipsa initiatio, sacrificium.* Hinc:

ΤΕΛΕΤΑΙ', *sacrificia*, *mysteria sacra*, *sacra impura*. מִקְדָּשׁ, *sanctuarium*. Amos. VII, 9. *αἱ τελεταὶ τοῦ Ἰσραὴλ ἐρημωθήσονται*, *sacra impura* Israelitis evertentur. – קָדֵשׁ, *cinaedus*. Οἱ Γ' 1 Reg. XV, 12. *ἀφεῖλε τὰς τελετὰς ἀπὸ τῆς γῆς*, auferebat *sacra impura* a terra. *Vulg. effoeminatos*, quae interpretatio nonnullis ducere videtur ad *τεθηλυμένους*: conf. *Hesych.* et *Suidam* s. v. *θηλυδρίας*: ut adeo legendum videatur loco *τοὺς τελετὰς* (quod nomen in tota Graecia non puto esse) *θηλυτὰς*, a *θηλύνω*. *Symm.* 2 Reg. XXIII, 7. *τελεταί*. Conf. *Philonis* locum e lib. *περὶ τῶν μετονομαζομένων* observatum *Seldeno* de *Diis Syr. Synt.* I. c. 5. p. 159. Sap. XII, 4. *τελετὰς ἀνοσίους*, *sacrificia* non sancta. Sap. XIV, 15. 23. *τεκνοφόνους τελετὰς*, *ἢ κρύφια μυστήρια*, *sacrificia*, quibus liberi immolabantur, vel occulta mysteria: ad quem locum *Grotius*: *μυστήρια in arcanis quibusdam vocibus et symbolis consistebant*, *τελεταὶ in victimis*. Sic *Diodor. Sic.* lib. I. p. 20. *Anton. Liberal. Fab.* 10. *τελετὰς καὶ μυστήρια*, et *Augustinus* de *Civ. Dei* lib. IV. c. 31. *teletas ac mysteria* coniunctim memorat. 3 Macc. II, 30. *ἐν τοῖς κατὰ τὰς τελετὰς μεμυημένοις*, illis, qui mysteriis initiati sunt. Eodem sensu vocem legimus apud *Aelian. V. H.* lib. II. c. 31. et *Clementem Alex. Strom.* lib. V. p. 555. Et mysteria dicta esse *τελετὰς*, *ὡς τελειδύσας*, *καὶ εἰς τὸ τέλειον ἄγουσας τοὺς τελουμένους*, docet *Maximus*, *Dionysii Areopagitae Scholiastes*, in Ep. 8. §. 6. T. II. p. 120. Conf. Idem ad eund. de *Coelest. Hierarch.* cap. I. T. I. p. 7. *Hesych. τελεταὶ*, *ἑορταὶ*, *θυσίαι*, *μυστήρια*. Conf. *Lud. Vives* et *Coqueus* ad *Augustinum* l. c. p. 477.

ΤΕΛΕΥΤΑΙ'ΟΣ, *finalis*, *extremus*, *ultimus*, *novissimus*. אַחֲרַי. *Symm.* Cohel. IX, 3. *τελευταῖα*. – אַחֲרִית, *extremitas*. Prov. XIV, 12. 13. – קָצָה, *extremitas*, *finis*. *Aqu.* Ios. XV, 21. Ps. LX, 3.

ΤΕΛΕΥΤΑ'Ω, sc. *βίον*, *finio vitam*, *morior*, ac de morte tam naturali quam violenta adhibetur. גָּוַע, *exspiro*. Gen. VI, 17. Iob. XXXIV, 15. – מוּת, *morior*. Exod. XIX, 12. *θανάτῳ τελευτήσει*, morte morietur, aut: *mortis supplicio afficietur*. Vide et Exod. XIX, 16. Ezech. VI, 12. et conf. Matth. XV, 4. – נִקְבַּר Niph. *sepelior*. Iob. XXVII, 15. Profani aliquando plene dicunt *τελευτᾶν βίον*. Vide quae ex *Eurip. Hecub.* v. 409. observat *L. Bos* de *Ellips. gr.* p. 28. et *Herodotum* lib. I. c. 32. et lib. II. c. 121. et quae ex eodem notat *Raphelius* ad Matth. II, 19. p. 126. Sir. XIV, 21. *ὃς ἐν σοφίᾳ τελευτήσει*, qui in sapientia *usque ad mortem firmus*, *assiduus et constans est*. Sir. XXIII, 17. Conf. *Bretschneideri Spicil.* p. 254.

ΤΕΛΕΥΤΗ', *finis*, *terminus quicunque*, et, omisso *βίου*, *finis vitae*, *mors*. אַחֲרִית, *extremum*. Prov. XXIV, 14. – מוֹת infin. a מוּת. Gen. XXVII, 2. Deut. XXXI, 29. – *קֶבֶר,

sepulchrum. Deut. XXXIV, 6. sec. *Alex.* Baruch. III, 25. τόπος μέγας καὶ οὐκ ἔχει τελευτὴν, locus magnus, *terminis* carens. Sap. II, 5. τελευτὴ est i. q. ᾅδης, ut ex additis καὶ οὐδεὶς ἀναστρέφει apparet. Ex inferno reditus non datur. Sap. IV, 17. *cita s. praematura mors*, coll. v. 11. et 13.

ΤΕΛΕ'Ω, *finio*, *perficio*, *impleo*, et τελέομαι, *perficior*, it. *initior*, *particeps fio*, *polluor*, etiam *deficio*. *אֻכָל, *Uchal*, nomen proprium. *Aqu.* Prov. XXX, 1. τέλεσον. Legit נָאֲכַל. Scribendum enim mihi cum *Iaegero* videtur τελέσω. - גְּמִיר chald. *perfectus*. Esdr. VII, 11. - חָתַם, *obsigno*. *Aqu.* Dan. IX, 24. τελέσαι. Vide supra s. v. τελειόω. - כָּלָה : כִּלָּה, Kal et Pih. Ruth. II, 21. Esdr. I, 1. IX, 1. X, 17. *Aqu.* Ps. LVIII, 14. τέλεσον ἐν χόλῳ. Ex *Eusebii Comm.* ad h. l. *Aqu.* Ps. LXVIII, 4. ubi de oculis usurpatur, ac *deficere* notat. - *מָשִׁיחַ, *unctus*. Lev. IV, 5. τετελεσμένος. Vide supra s. v. τελειόω. - נִצְמַד Niph. *copulo me*. Num. XXV, 3. ἐτελέσθη Ἰσραὴλ τῷ Βελφεγὼρ, *initiabatur* Israel Belphegor. Ib. v. 5. τετελεσμένον τῷ Βελφεγὼρ, *initiatum* Belphegor. *Suidas*: τετελεσμένον, μεμυημένον. *Hesych.* τετελεσμένον, τὸ οἷον πρᾶγμα τελεσθῆναι, ἤγουν πληρωθῆναι, ἢ καὶ μεμιασμένον. Idem: τετελεσμένος, τελισκόμενος, ἀνδρόγυνος. Ps. CV, 28. ἐτελέσθησαν τῷ Βελφεγὼρ, *initiabantur* Belphegor. *Suidas*: ἐτελέσθησαν, ἐμιάνθησαν, μετέσχον τῆς μιαρᾶς συνουσίας. Ad haec intellegenda faciunt, quae ex *Ionathanis Ben Usiel Paraphrasi Chald.* Num. XXV, 1. affert *Iehring* in *Bibl. Brem.* Class. V. p. 590. de Israelitis denudantibus se coram figura Peoris, et scortantibus cum filiabus Moabitarum, quae protulerint figuram Peoris de subcinctoriis suis. *Hesych.* ἐτελέσθησαν, μετέσχον, ἐκοινώνησαν. - עָשָׂה, *facio*. Iud. XI, 39. ἐτέλεσεν ἐν αὐτῇ τὴν εὐχὴν αὐτοῦ, *implebat* in illa votum suum. *Hesych.* ἐτέλεσεν, ἔλαβεν, ἐπλήρωσεν. Ies. LV, 11. ἕως ἂν τελεσθῇ, ὅσα ἂν ἠθέλησα, donec *perficiantur*, quaecunque voluero. Conf. Luc. XII, 50. - קָדֵשׁ, *cinaedus*. 1 Reg. XXII, 47. τοὺς λοιποὺς τῶν τετελεσμένων, reliquos *initiatorum*, *impuris* scil. *gentium sacris*. *Al.* 1 Reg. XV, 12. τοὺς τετελεσμένους. *Heinsius Exerc. Sacr.* p. 325. *scorta mascula* interpretatur. Conf. *Outhov.* in *Bibl. Brem.* Cl. I. p. 216. - קְדֵשָׁה, *publica meretrix Veneri sacra Priapoque mancipata.* Hos. IV, 15. μετὰ πορνῶν συνεφύροντο, καὶ μετὰ τῶν τετελεσμένων ἔθυον, cum scortis commiscebant se, et cum *initiatis* sacrificabant. Apud gentiles τετελεσμέναι vel *publicae meretrices*, vel *sacerdotes Veneris* erant virginitatis imminutae pretium Diis suis primitiarum loco offerentes; persuasae, oblatione illa meretricia placari Deos sibique propitios reddi. Conf. *Spencer.* de *legib. Hebr.* lib. II. c. 22. p. 406. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τετελεσμένων, μεμιασμένων. In *Gloss. MSS. in Proph.* vitiose scribitur: τετελεσμένον, μεμιασμένον, pro τετελεσμένων, με-

μιασμένων. Conf. *Τελισκόμενος*. – שֵׁיצִיא chald. *perfecta est*. Esdr. VI, 15. – שְׁלִים *chald.* part. Peh. Esdr. V, 16. – שָׁלַם. Nehem. VI, 15. Sap. IV, 16. *νεότης τελεσθεῖσα ταχέως*, iuventus celerius *consummata*, h. e. *praematura morte abrepta*.

*ΤΕΛΕΏΣ., adv. i. q. *τελείως*, *perfecte*, *absolute*, *prorsus*, *omnino*. 3 Macc. VII, 22. sec. *Alex.* ubi reliqui libri *τελείως* habent.

ΤΕΛΙΣΚΌΜΕΝΟΣ, proprie *completus*, *absolutus*, a *τελίσκω*, *perago*. Speciatim: *gentium*: *sacris* vel *daemonum mysteriis fornicatione initiatus*. קָדֵשׁ. Deut. XXIII, 18. *οὐκ ἔσται τελισκόμενος* (sc. *τὶς*) *ἀπὸ υἱῶν Ἰσραήλ*, non erit *initiatus impuris gentium sacris* aliquis ex filiis Israel. Conf. notata in v. *τελεσφόρος*. *Hesych.* *τελισκόμενος*, *πληρούμενος*, *τελειούμενος*. Dicitur alias *τετελεσμένος*. Vide in v. *Τελέω* ac *Sturzium* de *dial. Maced.* p. 196. sequ. De etymologia autem verbi illius ita *Is. Vossius de LXX Int.* c. 17. p. 57. *Paragoga cuiuscunque coniugationis eandem semper servant significationem cum primitivis. Cum vero paragoga secundae, tertiae et quartae coniugationis contractorum finiantur in άσκω, ήσκω et ώσκω, usus docuit, ut, quae a prima contractorum coniugatione fiunt, paragoga terminentur in ίσκω. Ab εὑρῶ itaque fit εὑρίσκω, a στερῶ, στερίσκω, et a τελῶ, τελίσκω. Idem ergo est τελούμενος et τελισκόμενος.*

ΤΈΛΜΑ, *coenum*, *locus palustris*. *Aelian.* *V. H.* XII. c. 46. *Suidas*: *τέλμα*, *τόπος πηλώδης*, *ὕδωρ ἔχων*. קָצָה, *extremitas*. Ps. CXXXIV, 7. *Inc.* *τέλματος*. Sed recte iam monuit *Kreyssigius Symb.* P. I. p. 19., *Ἀλλ.* *τέλματος*, quod h. l. in *Hexaplis* ad hebr. מִקְצֵה a *Montfauconio* profertur, a praecedenti *Ἀλλ.* *ἐκ τελέσματος* originem traxisse suam.

ΤΈΛΟΣ, *finis*, *terminus*, *scopus*, it. *numerus*, *summa*, it. *vectigal*. אַגְמוֹן, *iuncus*. Ies. XIX, 15. Scilicet אַגְמוֹן h. l. est i. q. *cauda* in antecedentibus, et *homines inferioris ordinis* significat, quos LXX voce *τέλος* exprimere voluerunt. Vide supra s. v. *ἀρχή*. – מֶכֶס, *summa*, *numerus*, it. *tributum*, *vectigal*. Arab. مكس, *tributum collegit*. Num. XXXI, 28. *ἀφελεῖτε τὸ τέλος κυρίῳ παρ' ἀνθρώπων*, auferetis *numerum* Domino ab hominibus. Vide et v. 37. 38. 39. 40. 41. – מִכְסָה, idem. Lev. XXVII, 23. *λογιεῖται πρὸς αὐτὸν ὁ ἱερεὺς τὸ τέλος τῆς τιμῆς*, supputabit ad illum sacerdos *summam* pretii. Recte. Est nempe *τελεῖν* Graecis *solvere pretium*. *Τέλος* *Hesychio* est *τὸ καταβαλλόμενον τοῖς τελώναις*. Secundum *Tychsenium Tentam.* p. 86. מכסה loco מקצה radicis קץ positum putarunt. – נֵצַח, *victoria*. *Symm.* Ps. XLIII, 24. LXX Ps. XXXV, 1. ubi *τέλος* est i. q. *νῖκος*, qua voce *Theodotion* usus est. *Victoria* enim est *finis litium*. – סוֹף, *finis*, *terminus*. Cohel. XII, 13. *τέλος λόγου τὸ πᾶν ἄκουε*, *summam*

verbi omnem, vel *scopum* verbi omnem audi. Ita Rom. X, 4. τέλος γὰρ νόμου Χριστὸς, *scopus* enim legis est Christus. Conf. et 1 Tim. I, 5. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τέλος, σκοπός. – קֵץ, *finis, terminus.* 2 Reg. XIX, 23. Ies. IX, 7. *Aqu.* Gen. VI, 13. Iob. XXVIII, 3. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τέλος, πέρας, τελευταῖον. – *קָצֶה, *extremitas, finis. Inc.* Ps. XLVII, 10. ubi de *finibus terrae* dicitur. LXX τὰ πέρατα. – רֹאשׁ, *caput, summa. Inc.* et *Samar.* Num. XXXI, 26. ubi τέλος *summam* notat. – *תְּכוּנָה, *sella iudicialis.* Iob. XXIII, 3. ubi τέλος sine dubio notat *ultimam iudicis sententiam.* Certe alio modo nexus utriusque vocis constitui nequit. Sap. III, 19. γενεᾶς γὰρ ἀδίκου χαλεπὰ τὰ τέλη, generationis enim iniquae difficiles sunt *exitus.* 1 Macc. X, 31. αἱ δεκάται καὶ τὰ τέλη, decimae et *vectigalia.* Vide et 1 Macc. XI, 35. et conf. Rom. XIII, 7. et ad h. l. *Wolfium* p. 259. *Hesych.* τέλος, τάγμα, πέρας, καὶ τὸ καταβαλλόμενον τοῖς τελώναις. *Suidas:* τέλος, καὶ τὸ διδόμενον τοῖς βασιλεῦσι. Conf. v. Φόρος ac *Lexicon N. T.* s. v. τέλος.

ἈΠΟ' ΤΕ'ΛΟΥΣ, a fine. מִקֵּץ, idem. 2 Sam. XV, 7. – מִקְצָה, idem. 2 Sam. XXIV, 8. 2 Reg. XVIII, 10.

ΔΙΑ' ΤΕ'ΛΟΥΣ, post finem, semper, perpetuo, iugitor. לְקֵץ, *in fine.* 2 Par. XVIII, 2. – תָּמִיד, *iugiter.* Ies. LXII, 6. οἳ διὰ τέλους οὐ σιωπήσονται, qui *semper* non tacebunt. Sic *Aelian. V. H.* XII, 20. διὰ τέλους ἀγρυπνεῖν, *semper* vigilare. Et lib. XIII, 1. φυτοῦ διὰ τέλους ἀκμάζοντος, arboris *semper* vigentis *Hesych.* διὰ τέλους, διὰ παντός. Conf. *Olearium de stylo N. T.* et not. *Schwartzii* ad eundem p. 101.

ΕἸΣ ΤΕ'ΛΟΣ, in finem, in perpetuum, perpetuo, penitus, prorsus. הַשְׁמִיד, infin. Hiph. *perdendo.* Amos. IX, 8. οὐκ εἰς τέλος ἐξαρῶ τὸν οἶκον Ἰακὼβ, non *penitus* exstirpabo domum Iacob. (Scilicet infinitivus apud Hebraeos verbo suo additur ita, ut pro adverbio *intendendi* accipiendus sit. Conf. *Storrii Obss.* ad *analog.* et *syntaxin l. hebr.* p. 315. sequ.) Conf. Iudith. XIV, 13. Sic et *Hippocrates de aliment.* cap. 9. σιτίον νέοισιν ἀκροσαπές, γέρουσι δὲ εἰς τέλος μεταβεβλημένον. Vide *Schwartzium not.* ad *Olearium de stilo N. T.* p. 100. Sic passim etiam alii. Vide *Wolfium* ad Luc. XVIII, 5. p. 721. – הַתִּיר יָד Hiph. a נָתַר, *solvo manum.* Iob. VI, 5. εἰς τέλος, *tandem autem.* N. L. – כַּלֵּה imper. Pih. *consumma.* Ps. LXXIII, 12. – עַד לְכַלֵּה, *usque ad consummandum.* 2 Par. XXXI, 1. ubi τέλος *consumtionem omnimodam* notat. – *לְכָלָה, *ad consummationem.* 2 Par. XII, 12. – לַמְנַצֵּחַ part. Niph. *praefecto, victori.* Ps. IV, 1. V, 1. VI, 1. et sic saepius in inscriptionibus Psalmorum. Legerunt לָנֶצַח. – נֵצַח, *aeternitas, victoria.* Ps. XII, 1. XV, 11. LXXIII, 4. – לָנֶצַח, *in aeternum.* Iob. XIV, 20. XX, 7. Ps. CII, 9. Hab. I, 4. ubi εἰς τέλος cum particula negandi iunctum notat *nunquam,* hoc

sensu: *neque profertur unquam iudicium*. *Symm*. Ps. XII, 2. - עוֹר לָנֶצַח, *adhuc in aeternum*. Psalm. XLVIII, 8. - סֶלָה, *selah*, vocula musicalis. Hab. III, 12. - לָעַד, *in aeternum*. 1 Par. XXVIII, 9. Psalm. IX, 19. - *עֲמֵלִים, *laborantes*. *Inc*. Iud. V, 26. Legit עֹלָמִים. - גַּם עָלֹה infin. *etiam ascendendo*. Gen. XLVI, 4. Sed ibi LXX εἰς τέλος de suo addidisse videntur. - לְקֵץ. Dan. XI, 13. - תוכו, *medium eius*. Ezech. XV, 4. - עַד־תְּכוּנָה, *usque ad sedem paratam*. Iob. XXIII, 3. Vide supra s. v. τέλος. - תָּמִים, *perfectus*. Iob. X, 13. - עַד־תֻּמָּם, *donec consumerentur illi*. Ios. VIII, 24. Sirac. X, 12. εἰς τέλος, *funditus*, *radicitus*. *Syrus*: *plaga consummata*, h. e. perfecta. Conf. v. 13. et 14.

ΕἸΣ ΤΟ' ΤΕ'ΛΟΣ, *ad consummationem*. לַמְנַצֵּחַ. Psalm. IV, 1. et alibi saepius. Vide s. εἰς τέλος. *Lex. Cyrilli MS. Brem*. εἰς τὸ τέλος, ἐπὶ συντελείᾳ.

'ΕΠΙ' ΤΕ'ΛΟΣ 'ΑΓΩ, *ad finem perduco*. עָשָׂה, *facio*, h. l. *rem ad finem perduco*, *perficio*. 2 Par. XXIX, 19.

Ε"ΩΣ ΤΕ'ΛΟΥΣ, *usque ad finem*. סוֹפָא chald. Dan. VI, 26. VII, 26. - עַד קֵץ. Dan. IX, 26.

Ε"ΩΣ ΕἸΣ ΤΕ'ΛΟΣ, *usque in finem*, *ad consummationem*, *ad interitum*. תָּמַם, *consumor*. Num. XVII, 13. Ios. III, 16. - עַד־תֻּמָּם, *donec absolverentur illa*, vel *consummarentur illi*. Deut. XXXI, 24. 30. Ios. X, 20.

ΜΕΤΑ' ΤΟ' ΤΕ'ΛΟΣ, *post finem*. לְקֵץ, *in fine*. Nehem. XIII, 6. - מִקֵּץ. Iud. XI, 39. - לִקְצָת. Dan. IV, 31. - מִקְצָה, i. e. מִן קָצָה. 2 Reg. VIII, 3. *Inc*. Ios. II, 23. ubi ante τέλος supplendum erit μετά. - מִקְצָת. Dan. I, 15. - לְמִקְצָת. Dan. I, 18.

ΜΕ'ΧΡΙ ΤΕ'ΛΟΥΣ, *usque ad finem*. עַד סוֹף, idem. Cohel. III, 11. Conf. Hebr. III, 6.

ΤΕΛΩΝΕ'Ω, *vectigalia redimo* aut *exigo*. Passivum: *Τελωνέομαι*, *vectigal aut tributum a me exigitur*, *tributarius sum*, *tributum solvo*. 1 Macc. XIII, 39. εἴ τι ἄλλο ἐτελωνεῖτο, si quid aliud *tributarium erat*, ubi vid. *Grotius*.

ΤΕ'ΜΕΝΟΣ, *locus sacer*, *agri portio Deo consecrata*, *ager resectus quasi a communi decessu et religiose consecratus* (ἀπὸ τοῦ τέμνειν, q. d. τόπος ἱερὸς εἰς τιμὴν ἀποτετμημένος, ut interpretatur *Didymus* ad *Hom. Il*. VIII, 48.), *templum*, *delubrum*, *fanum*. אוֹב, *pytho*. 2 Reg. XXI, 6. sec. *Vat*. τεμένη. Ita nempe putavit incertus ille interpres ob antecedens ἐποίησε h. l. vertendum esse. - הֵיכָל, *templum*, *palatium*. Hos. VIII, 14. οἰκοδόμησε τεμένη, aedificavit *delubra* s. *templa*. Ita *Arabs* h. l. - חַמָּנִים plur. *subdiales statuae*. *Aqu*. *Theod*. LXX Ezech. VI, 4. συντριβήσονται τὰ θυσιαστήρια ὑμῶν καὶ τὰ τεμένη ὑμῶν, confringentur altaria vestra et *delubra* vestra. Vide et v. 6. *Aqu*. *Symm*. *Theod*. Ies. XXVII, 9. et conf. 1 Macc. I, 50. 2 Macc. I, 15. X, 2. XI, 3.

Hesych. τεμένη, ναοὶ, ἄλση, ἢ τὰ ἀφωρισμένα κατὰ τιμὴν χωρία. Sic etiam *Lex. Cyrilli MS. Brem.*, nisi quod post ἄλση interserat ἱερά. Rursus *Hesych.* τέμενος, πᾶς ὁ μεμερισμένος τόπος τινὶ εἰς τιμὴν, ἢ ἱερὸν καὶ βωμὸς, ἢ ἀπονεμηθὲν θεῷ ἢ βασιλεῖ. *Pollux* lib. I. cap. 1. segm. 2. καὶ τὸ μὲν χωρίον, ἐν ᾧ θεραπεύομεν τοὺς θεοὺς, ἱερὸν καὶ νεώς· ἔνθα δὲ καθιδρύομεν, σηκὸς, τέμενος. *Schol. in Soph. Oedip. Tyr.* Τέμενος, ἐν ᾧ καθιδρύεται τὸ ἄγαλμα. λέγεται τέμενος ἁπλῶς καὶ ὁ ἀποκεκομμένος καὶ ἀνατεθειμένος τόπος τινί. Conf. et *Eustathium* ad *Il.* ζ, v. 194. et ad Il. μ', v. 313. p. 868. *Kuhnium* ad *Pollucem* l. c. p. 5. *Perizonium* ad *Aelian. V. H.* VI. c. 1. et *Schlaegerum* de *numo Hadriani plumbeo* p. 166.

ΤΕ'ΜΝΩ, *seco, reseco, praecido, divido, caedo, succido.* אִתְגְּזֶרֶת *chald.* Ithpeh. foem. *excisa est.* Dan. II, 45. – גזן, *seco, abscindo.* *Symm.* Ps. LXXXIX, 10. τμηθέντες. – גָּזַר, idem. 2 Sam. VI, 4. – זָמַר, *praecido.* Lev. XXV, 3. 4. Ies. V, 6. – *חָרַץ, *praecido, decido.* *Aqu. Symm.* sec. cod. *Chis.* Dan. IX, 26. τέτμηται, נֶחֱרָצָה, *decisa*, ubi vide *Editt. Rom.* p. 59. – כָּרַת. *Al.* Ezech. XVI, 4. ἐτμήθη. – מָסַס, *liquefio, dissolvor.* *Symm.* Ies. X, 18. τετμημένος. – קָצַץ et רָקַע iunctim, *trunco et expando.* Exod. XXXIX, 3. Sap. V, 13. τμηθεὶς ὁ ἀὴρ, *divisus aer.*

ΤΕΝΑΝΤΟΚΟΠΕ'Ω vel potius τενοντοκοπέω, *decollo, cervicem amputo.* עָרַף, idem. *Aqu.* Exod. XXXIV, 20. τεναντοκοπήσεις, ubi vid. *Montfauconius.* In *Cod. Paul. Lips.* legitur rectius τενοντοκοπήσεις. Conf. *Wesselingii Probab.* p. 291.

ΤΕΝΟΝΤΟ'Ω, *decollo, cervicem amputo, interficio.* עָרַף, idem. *Aqu.* Exod. XIII, 13. τενοντώσεις (Alii teste *Montfauconio* τεναντώσεις habent.), ubi *Symm.* ἀποκτενεῖς, *Theodot.* νωτοκοπήσεις. *Hesych.* τενοντώσεις, νωτοκοπήσεις, ἀποκτενεῖς. Sic enim procul dubio ex Exod. l. c. legendum pro τενοντωσεῖς, νωτοκοπεῖς κ. τ. λ. Apud *Phavorinum* etiam vitiose ita: Τενοντοσεῖς, νωτοσκοπεῖς, ἀποκτενεῖς. Caeterum verbum ab *Aquila* effictum videtur.

ΤΕ'ΝΩΝ, *tendo, nervus in corpore animantis, intentus colli*, it. *cervix* (*Eurip. Med.* 1175.), *collum.* מַפְרֶקֶת, *cervix.* *Aqu.* 1 Sam. IV, 18. – עֹרֶף. *Al.* Iob. XVI, 12. τένοντος. *Aqu.* Deut. IX, 6. 4 Macc. IX, 28. ubi vid. *Combefisius*, qui docuit, τένοντας dici maiores musculos, quibus caput iungitur cervici, et quorum opera caput movetur. *Phavor.* τένοντας, τραχήλους.

ΤΕ'ΡΑΣ, *prodigium, signum, portentum, miraculum.* הִפְלִיא Hiph. *mirabiliter ago.* Ies. XXVIII, 29. – זְמִירָה, *cantio, psalmus.* Ies. XXIV, 16. Scil. זְמִירָה quandoque *metonymice obiectum cantus* notat, s. *id quod carmine celebratur.* Vid. *Simonis Lex. Hebr.* p. 422. – מוֹפֵת, *prodigium.* Exod.

IV, 21. VII, 9. δότε ἡμῖν σημεῖον ἢ τέρας, edite nobis signum vel *prodigium*. Vide et Deut. VI, 22. III, 1. Ioel. II, 30. et conf. Matth. XXIV, 24. ubi σημεῖα καὶ τέρατα pariter coniunguntur. Sic et profani duas has voces solent coniungere. Vide quae ex *Aeliani V. H.* XII, 57. *Alberti* ad *Glossar. in N. T.* p. 115. et *Polyb.* lib. III. c. 10. p. 115. notavit *Raphelius annotatt.* ex eodem ad Matth. l. c. p. 98. De differentia inter σημεῖον et τέρας ita *Etymologicum ineditum Bibl. Ultraiect.* σημεῖον τέρατος διαφέρει· σημεῖον ἐστὶ τὸ ἐπὶ γῆς γινόμενον, τέρας τὸ ἐν ἀέρι. Sed melius in v. τέρας, Τέρας, inquit, θαῦμα παρὰ φύσιν, παρὰ τὸ εἴρω, τὸ λέγω, ὃ μέλλων ἐρῶ, ἔρας καὶ τέρας. οἱ γὰρ μάντεις διὰ σημείων καὶ τεράτων τὰ μέλλοντα ἔλεγον. διαφέρει τέρας σημείου. τέρας λέγεται τὸ παρὰ φύσιν γινόμενον πρᾶγμα, σημεῖον δὲ τὸ κατὰ τὴν κοινὴν συνήθειαν γινόμενον τέρας. Similia habet *Eustathius* ad Il. β', ubi res exemplis declaratur, notante *Eschenbachio* ad *Orphei Argon.* p. 267. Conf. et *Suicerum* T. II. Thes. p. 949. et 1268. – מַעֲשֶׂה, *opus insigne.* Deut. XI, 3. – פֶּלֶא. Exod. XV, 11. – *קֶרֶן, *cornu.* Hab. III, 4. sec. cod. *Alex.* ubi tamen κέρατα legendum pro τέρατα. – שַׁמָּה, *res stupenda.* Ps. XLV, 8. – תְּמַהַיָּא: תְּמָהִין chald. plur. ex hebr. תִּמָּהוֹן, *stupor.* Dan. III, 33. VI, 27. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τέρας, σημεῖον, ἢ θαῦμα παρὰ φύσιν.

ΤΕΡΑ'ΣΤΙΑ, sc. ἔργα, *prodigia.* נִפְלָאוֹת, idem. *Symm.* Ps. XXXIX, 6. LXXVI, 12. – פֶּלֶא. *Symm.* Ps. CXVIII, 18. *Hesych.* τεράστια, θαύματα, σημεῖα. *Gloss. Brem.* τεράστια, θαύματα, παράδοξα.

ΤΕΡΑ'ΣΤΙΟΣ, *portentosus.* נְפִילִים plur. *gigantes.* *Symm.* Num. XIII, 34. τεράστιοι.

*ΤΕΡΑΤΕΥ'ΟΜΑΙ, *vana et mirabilia fingo, iacto aliquid.* 3 Macc. I, 14. τὶς ἀπρονοήτως ἔφη κακῶς αὐτὸν τοῦτο τερατεύεσθαι, improvide aliquis respondit, eum male hoc *iactare, ac rem fingere tantum.* Ed. *Ald.* habet πράττεσθαι. *Grotius* coniicit, legendum esse ἱερατεύεσθαι, hoc sensu: male etiam in hac re sacerdotes munere suo functos esse. Nonnulli Intt. τῷ τερατεύεσθαι subiiciunt notionem hanc, ut sit *contra receptam consuetudinem aliquid facere, novam et inusitatam rem efficere,* ut adeo omnis locus hoc modo vertendus sit: Non satis prudenter aliquis e turba monebat, hoc male et contra omnem consuetudinem ab illis factum esse. *Hesych.* τερατεύεται, δολιεύεται. Idem: τερατευόμενον, δολιευόμενον, ψευδόμενον, ἢ σημεῖον ποιῶν. – τερατεῖαι, ψευδολογίαι. Apud *Iosephum de B. I.* VI, 5, 3. notat *fabulas ac portenta loqui.* Eodem modo τεράτευμα usurpatur apud *Aristoph. Lysistr.* v. 763. ubi *Schol.* τερατευμάτων, τῶν προφάσεων, τῶν πλασμάτων. Adde *Sallierium* ad *Thom. Mag.* p. 840. s. τερατεία.

ΤΕΡΑΤΟΠΟΙΟ'Σ, prodigia et miracula faciens, prodigiorum factor, mirificus. 2 Macc. XV, 21. ubi Deus ita dicitur pariter, ac 3 Macc. VI, 32.

ΤΕΡΑΤΟΣΚΟ'ΠΟΣ, qui portenta inspicit et interpretatur, qui ex portentorum inspectione futura praedicit, prodigiorum observator vel *interpres, vates.* אַנְשֵׁי מוֹפֵת, *viri prodigii.* Zach. III, 8. Unde *Gloss. MS. in Proph.* τερατοσκόποι, σημειωτικοὶ, συμβολικοί. – יִדְּעֹנִי, *hariolus,* q. d. *sciolus.* Deut. XVIII, 11. *Gloss. in Octat.* τερατοσκόπος, συμβόλοις προσέχων. Apud *Suidam* et in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* exponitur μάντις, cui ab *Hesychio* additur σημειωτικός. Apud *Achillem Tatium* quoque (lib. II. cap. 12.) μάντεις et τερατοσκόποι coniunguntur.

ΤΕΡΑΤΩ'ΔΗΣ, prodigiosus, portentosus. Al. Sap. XVII, 9. εἰ μηδὲν αὐτοὺς τερατῶδες (*Cod. Vat.* habet ταραχῶδες) ἐφόβει, si nihil illos *portentosum* terrebat. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τερατῶδες, παράδοξον, θαυμαστόν.

ΤΕΡΕ'ΒΙΝΘΟΣ, terebinthus, nomen arboris, (de qua *Theophrastus Hist. Plant.* lib. III. c. 15.), it. *fructus terebinthi* vel *pistaciae, arboris terebintho similis.* אֵלָה, *quercus.* Vox haec videtur apud Hebraeos extendi ad omnem glandiferam arborem, vel etiam aliam quamvis, quae quid aliquo modo glandibus simile profert. Iam cum apud Graecos Latinosque non sit vox tam late patens, satis fuit auctoribus verss. GG. V. T. unam alteramve speciem magis familiarem illa voce significatam sua versione efferre, sub qua per synecdochen genus intellegeretur. Idem valet de multis aliis. Ies. I, 30. ἔσονται γὰρ ὥσπερ τερέβινθος ἡ ἀποβεβληκυῖα τὰ φύλλα, erunt enim tanquam terebinthus, quae abiecit folia: ubi *Schol. ed. Rom.* τερέβινθος φυτόν ἐστιν ἐν ξηροῖς τόποις φυόμενον, κλάδους ἔχον κατεσκληκότας. *Symmachus* ibi habet: ὡσεὶ δρῦς. Vide et Gen. XXXV, 4. Ios. XXIV, 26. 1 Sam. XVII, 2. Ies. VI, 3. *Al.* Gen. XIV, 6. τερεβίνθου, ubi *Schol.* δρυὸς, ἡ πόλις αὕτη τοῦ Ἰώβ. Lege Ἰακώβ. Vide Intt. *Hesychii* ad v. τερέβινθος, ubi idem ἁμάρτημα reperitur. Ex his locis patet, quod Interpretes nostri arborem, quam alias δρῦν interpretantur, etiam de terebintho exposuerint. Inde procul dubio *Suidas:* Τερέβινθος, εἶδος δένδρου. ἡ δρῦς. Conf. et *Hieronymum* de *Loc. Hebr.* v. *Arboch* et *Drys.* Terebinthum interim a quercu valde differre ostendit *Ursinus Arboret. Bibl.* cap. 13. p. 207. sequ. Conf. et *Hilleri Hierophyt.* P. I. c. 45. p. 399. sequ. Vide quoque *Sturz.* de *dial. Maced.* p. 197. sequ. – *אֵלָה, idem. Ios. XXIV, 26. – אֵיל, *planities. Al.* Gen. XIV, 6. τερεβίνθου. Forte legerunt אֵלָה. – בָּטְנִים plur. *nuces terebinthinae.* Gen. XLIII, 11. καὶ τερέβινθον καὶ κάρυα, et fructum terebinthi vel pistaciae, et amygdalas. Hic LXX τερέβινθον vocant *fructum arboris*

pistaciae, quod arbor haecce terebinthum referat. Fructum autem illum amygdalis similem esse, auctores testantur. Conf. omnino *Bochartum Chan.* lib. I. c. 10. p. 420. sequ. Inde ergo Gen. l. c. cum amygdalis coniungitur, quemadmodum et arbores ἀμυγδαλαὶ et τέρμινθος coniunctim occurrunt apud *Pollucem* lib. I. c. 12. sect. 233. ubi etiam de fructu posterioris addit: εἴρηται δ' αὐτοῦ ὁ καρπὸς ὑπ' ἐνίων καὶ τερέβινθος. Hic autem de terebintho non proprie sic dicta, sed arbore terebinthum referente, sive pistacia, sermonem esse, verisimile. Conf. *Theophrastum Hist. plant.* Lib. IV. c. 5. et *Martinium* in *Lex. Philol.*

ΤΕΡΕ'ΜΙΝΘΟΣ, et ΤΕ'ΡΜΙΝΘΟΣ, i. q. τερέβινθος, *terebinthus*. אֵיל, *planities*. Gen. XIV, 6. Legisse videntur אֵלָה. - אֵלָה, *quercus*. *Al.* 1 Sam. XVII, 2. Ios. XXIV, 26. ubi vid. *Holmesius*. Sic et antiquiores Graecos τέρμινθον vocem usurpasse, eosque vertentem *Plinium*, eumque secutos *Dioscoridis*, *Galeni* caeterorumque interpretes *terebinthum* semper reddidisse, annotat *Brodaeus* ad *Epigram. Graeca* Lib. I. p. 119. ubi etiam *Nicandro* in *Theriacis* τρίμιθον, *Cypriis* τρέμιθον arborem illam vocari observat. Conf. tamen *Fischeri anim.* ad *Gram. Welleri Spec.* I. p. 156. ac *Bodaeum* ad *Theophr.* lib. III. p. 229.

ΤΕ'ΡΕΤΡΟΝ, *terebra* vel *terebrum*, a τερέω, *terebro*, *torno*. מַקֶּבֶת, *malleus*. *Symm.* et LXX Ies. XLIV, 12. ἐν τερέτρῳ ἔστησεν αὐτό. N. L. *Suidas:* τέρετρον, τρύπανον.

ΤΕ'ΡΜΑ, *terminus*, *meta*, *finis*. Sap. XII, 27. τὸ τέρμα τῆς καταδίκης ἐπ' αὐτοὺς ἐπῆλθεν, terminus condemnationis super illos venit. *Suidas:* τέρμα, τέλος, ὅρος ἢ καμπτήρ. *Hesych.* τέρμα, σημεῖον, τέλος ζωῆς, καμπτὴρ, ἔσχατον.

ΤΕ'ΡΜΙΝΘΟΣ. Vide s. τερέμινθος.

ΤΕΡΠΝΟ'Σ, *delectabilis*, *iucundus*. נָעִים, idem. Ps. LXXX, 2. CXXXII, 1. τί τερπνὸν (sc. μᾶλλον) ἀλλ' ἢ κ. τ. λ., quid *iucundius* quam. *Ed. Sexta* Cant. I, 15.

ΤΕΡΠΝΟ'ΤΗΣ, *delectatio*. נֹעַם. Ps. XXVI, 8. - נְעִימוֹת plur. Ps. XV, 11. - מַנְעַם, *res, cui inest suavitas, delicium*. *Incert.* Ps. CXL, 4. - *שַׁעֲשֻׁעִי, *delectationes*. *Theod.* Ps. CXVIII, 143.

ΤΕ'ΡΠΩ, *delecto*. Τέρπομαι, *delector*. *צָהַל, *hinnio*. *Theod.* Ies. LIV, 1. Effectum posuit pro causa. - הִרְנִין : רָנַן, Kal et Hiph. *canto*, *cantare facio*. Ps. LXIV, 8. ubi illud τέρψεις a quibusdam explicatur *delectationes*; alii, ut *Vulgatus Int.*, vertendum putant *delectabis*. Vide *Montfauconium* ad h. l. Significat autem τέρπειν, quod proprie notat *delectare*, *hilarem ac laetum reddere*, h. l. ex adiuncto *excitare aliquem ad laudes Dei canendas*. Vide quoque infra s. v. τέρψις. Zach. II, 10. - רְנָנִים plur. *pavones*. Iob. XXXIX, 13. τερπομένων. Etymologiae rationem habuerunt. - שׂוּשׂ:

הֵשִׂישׂ, Kal et Hiph. *gaudeo*, *laetor*. Ps. XXXIV, 10. LXVII, 3. CXVIII, 14. - שָׂמַח, idem. Prov. XXVII, 9. - שָׁעָה, *respicio*. *Symm.* Gen. IV, 4. ἐνέρφθη. Sensum recte expressit. *Cappello* videtur יָשַׁע pro יִשְׁעֶה accepisse pro שַׁעְשֻׁעִים. - *שַׁעֲשֻׁעַי, *delectationes*. *Symm.* Ps. CXVIII, 143. Vide et Sap. I, 13. XIII, 3. et alibi.

ΤΕ'ΡΨΙΣ, *delectatio*, it. *hymnus*, *qui canitur in honorem Dei*, qui ita dicitur, quia Deus eo delectatur, ac piis delectationem affert. Sic legitur pro רִנָּה, *cantio*, apud *Inc.* 1 Reg. VIII, 28. *Vulg.* *audi hymnum et orationem*. Adde Soph. III, 18. Vide quoque Sap. VIII, 18. 1 Macc. III, 46.

ΤΕΣΣΑΡΑ'ΚΟΝΤΑ, *quadraginta*. אַרְבָּעִים plur. Gen. V, 13. VII, 4. et alibi saepius. - חֲמִשִּׁים plur. *quinquaginta*. Num. XXVI, 47. - *שִׁשִּׁים. 1 Reg. VI, 2. ubi videndus *Montfauconius*.

ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑΕΠΤΑ', *quadraginta septem*. שֶׁבַע וְאַרְבָּעִים Gen. XLVII, 28. 3 Esdr. V, 14. sec. *Alex*.

ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑΟΚΤΩ', *quadraginta octo*. 3 Esdr. V, 27. sec. Alex.

ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΝΤΑΠΕ'ΝΤΕ, *quadraginta quinque*. אַרְבָּעִים וַחֲמִשָּׁה. Ierem. LII, 30. 3 Esdr. V, 12. sec. Alex.

ΤΕΣΣΑΡΑΚΟΣΤΟ'Σ, *quadragesimus*. אַרְבָּעִים plur. Num. XXXIII, 38. Ios. XIV, 10. - שְׁמוֹנִים plur. *octoginta*. 1 Reg. VI, 1. Legerunt ם, 40, pro פ, 80.

ΤΕ'ΣΣΑΡΕΣ, *quatuor*. אַרְבַּע. Gen. II, 10. XI, 16. et alibi saepius. - חָמֵשׁ, *quinque*. Nehem. VII, 20. - מְרֻבָּע part. Pyh. *quadratus*. Ezech. XL, 49.

ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙ'ΔΕΚΑ, *quatuordecim*. אַרְבַּע עֶשְׂרֵה: אַרְבָּעָה עָשָׂר. Num. XVI, 49. 1 Par. XXV, 5. 1 Par. XIII, 21.

ΤΕΣΣΑΡΕΣΚΑΙΔΕ'ΚΑΤΟΣ, *decimus quartus*. אַרְבַּע עֶשְׂרֵה. Gen. XIV, 5. Exod. XII, 6. 18. et alibi.

ΤΕΤΑΓΜΕ'ΝΩΣ, *ordinate*. 1 Macc. VI, 40.

ΤΕ'ΤΑΡΤΟΣ, *quartus*. אַרְבַּע, *quatuor*. 1 Reg. XXII, 41. Zach. VII, 1. - רְבִיעִי. Gen. I, 19. II, 14. - רְבִיעָאָה: רְבִיעָיְתָא chald. Dan. II, 40. III, 26. VII, 7. - רֶבַע, *quarta pars*. Exod. XXIX, 40. 1 Sam. IX, 8. - *רֹבַע, idem. 2 Reg. VI, 25. - רִבֵּעִים plur. *quartani*. Exod. XX, 5. Num. XIV, 18. Deut. V, 9. - שְׁבִיעִי, *septimus*. Iud. XIV, 15. - שְׁלִישִׁי, *tertius*. Ezech. V, 2. 11. 12.

ΤΕΤΡΑ'ΓΩΝΟΣ, *quadrangulus*, *quadrangularis*. גֹּפֶר, *gopher*, *cedri species*, *cupressus*. *Aqu.* et LXX Gen. VI, 14. ποίησον οὖν σεαυτῷ κιβωτὸν ἐκ ξύλων τετραγώνων, fac tibi arcam ex arboribus *quadrangulis*. De his ita *Is. Vossius* de *LXX Intt.* cap. 12.: Quaenam eae arbores sint, videamus. *Theophrastus* lib. III. cap. 6. mentionem facit quadrangulae s. τετραγωνίας arboris, verum, qualis illa sit, non addidit.

Incunctanter adfirmamus, quadrangulas arbores hic vocari pinum, abietem, cedrum, pinastrum, piceam et sapinum. Harum praecipue plantarum materiam aptam esse fabricandis navibus, nemo fere est qui ignoret. Iam vero, cum caeterarum arborum rami inaequali admodum situ et ordine e truncis suis prodeant, soli propemodum praedictarum arborum ita aequaliter sese exserunt, ut quaterni simul explicentur, et paribus a terra intervallis, instar quatuor brachiorum, pares quoque conficiant angulos, veramque crucis formam ipso statim aspectu designent. Satis, ut puto, manifesta haec est ratio, quamobrem tales arbores τετραγώνους vel *quadrangulas* Graeci appellavere. *Buxtorfius* in *Anticrit.* p. 771. putat, illud interpretamentum natum esse ex Targumistis vel Talmudicis, qui pro eo habent קדרוס vel קדרינון (*cedrina*). Vocis huius vim interpres non satis assequens intellexit *quadra* vel *quadrata ligna*, sicuti alibi legitur קדרינטם pro *quadrante*. Mihi *ligna quadrata* sunt *dolando levigata et polita*, tum ad aptiorem et arctiorem compaginem, tum ad elegantiam, et ut commodius illinerentur bitumine. Conf. *Rich. Simonis Histor. Crit. V. T.* lib. II. cap. 6. p. 51. sequ. ac quae de latina voce *quadratus Zeunius* monuit ad *Christii Abhandl. über Literatur u. Kunst des Alterthums* p. 95. Num fortasse legendum est τερατόγονα, *arbores monstrosae magnitudinis* (ac firmitudinis. Cf. *Heyne Opuscula Acad.* T. I. p. 161 et 165.)? Certe גפר in l. arab. *adolescere* notat. *Schol.* ad Gen. l. c. habet ἀσήπτων ἢ κεδρίνων. – מְרֻבָּע *part. Pyh. quadratus.* 1 Reg. VII, 5. Ez. XLV, 2. – רָבוּעַ part. Pah. idem. Exod. XXVII, 1. XXVIII, 16. Ezech. XLI, 21. – רְבִיעִי, *quartus.* Ezech. XLVIII, 20.

ΤΕΤΡΑ'ΔΡΑΧΜΟΝ, *quadridrachma, species nummi valentis quatuor drachmas.* נֶזֶם, *inauris.* Iob. XLII, 12. Cur ita verterint, incertum.

ΤΕΤΡΑΚΙΣΜΥ'ΡΙΟΙ, *quatuor myriades.* אַרְבָּעִים אֶלֶף, *quadraginta millia.* Ios. IV, 13.

ΤΕΤΡΑΚΙΣΧΙ'ΛΙΟΙ, *quatuor millia.* אַרְבַּעַת אֲלָפִים. 1 Par. XII, 26. Ezech. XLVIII, 16. – Vide alibi Μύρια.

ΤΕΤΡΑΚΟ'ΣΙΟΙ, *quadringenti.* אַרְבַּע מְאָה chald. Esdr. VI, 17. — אַרְבַּע מֵאוֹת. Gen. XV, 13. XXIII, 15. 16. et alibi. – מָאתַיִם*, *ducenti.* Legerunt ת, 400, pro ר, 200. Adde 1 Sam. XV, 4. – שְׁלֹשׁ מֵאוֹת, *trecenti.* Num. XXVI, 25. – שֵׁשׁ מֵאוֹת, *sexcenti.* 1 Sam. XXIII, 13.

ΤΕΤΡΑΚΟΣΙΟΣΤΟ'Σ, *quadringentesimus.* אַרְבַּע מֵאוֹת. 1 Reg. VI, 1.

ΤΕΤΡΑΜΕΡΗ'Σ, *quadripartitus.* 2 Macc. VIII, 21. τετραμερὲς τὸ στράτευμα ἐποίησε.

ΤΕΤΡΑ'ΜΗΝΟΝ, sc. διάστημα, *intervallum* vel *spatium quatuor mensium, quadrimestre.* אַרְבָּעָה חֳדָשִׁים, *quatuor*

menses. Iud. XX, 47. *ἐκάθισαν ἐν τῇ πέτρᾳ Ῥεμμῶν τετράμηνον*, pro *κατὰ τετράμηνον διάστημα*, sedebant in petra Remmon *per spatium quatuor mensium.* Alii ibi habent *τέσσαρας μῆνας*, pro *κατὰ τέσσαρας μῆνας*, per quatuor menses. Vide et Iud. XIX, 2. conf. Ioh. IV, 35. et ad h. l. *Wolfium* p. 831. Similiter *ἑξάμηνον*, *ἑπτάμηνον* et *τρίμηνον* LXX dicunt. Vide has voces s. l.

ΤΕΤΡΑ'ΠΕΔΟΣ et *ΤΕΤΡΑ'ΠΟΔΟΣ*, *quadrupedalis.* Hinc phrasis *λίθοι τετράπεδοι* et *τετράποδοι*, *lapides quadrupedales.* אַבְנֵי מַחְצֵב, *lapides excisionis*, i. e. *excisi.* 2 Par. XXXIV, 11. - בַּיִק, *propugnaculum*, *turris lignea.* Ierem. LII, 4. *τετραπέδοις λίθοις.*

ΤΕΤΡΑΠΛΑ'ΣΙΟΣ, *quadruplus.* אַרְבַּעְתָּיִם. *Al.* 2 Sam. XII, 6. Lectio *τετραπλάσιον*, quam loco impressi *ἑπταπλασίονα Compl.* et *Theodoretus Quaest.* ad h. l. p. 426. ed. *Hal.* habet, e recensione hexaplari irrepsit, estque *Theodotionis* interpretatio, ut ex *Hex. Orig.* apparet.

ΤΕΤΡΑΠΛΑΣΙ'ΩΣ, *quadrupliciter.* אַרְבַּעְתָּיִם. *Aqu. Symm.* 2 Sam. XII, 5.

ΤΕΤΡΑΠΛΩ͂Σ, *quadrupliciter.* רְבִיעִית, *quarta pars.* 1 Reg. VI, 32.

**ΤΕΤΡΑ'ΠΟΔΟΝ*, i. q. sequens *τετράπους.* בְּהֵמָה, *bestia.* Lev. XVIII, 23. sec. *Compl.* Adde *Etymol. Gudianum* 205, 12. *Philoxen. Gloss. τετράποδον*, *quadrupes.*

ΤΕΤΡΑ'ΠΟΥΣ et *ΤΕΤΡΑ'ΠΟΥΝ*, sc. *ζῶον*, vel *θηρίον*, *animal* vel *bestia quadrupes.* בְּהֵמָה, *bestia.* Gen. I, 24. Exod. IX, 9. 10. et alibi. - חַיָּה, *vivens.* Num. XXXV, 3. Iob. XL, 15. - קִנְיָן, *possessio.* Gen. XXXIV, 23. Praeterea legitur Iob. XLI, 16. ubi pro *τετράποσιν Grevio* reponendum videtur *τεθρυπόσιν ἐπὶ κ. τ. λ.*, quod hebr. מִשְּׁבָרִים, *contritionibus*, magis conveniret. - Vide alibi *θηρίον.*

ΤΕΤΡΑ'Σ, *quaternarius numerus*, *quaternio.* אַרְבַּע, *quatuor.* Hagg. II, 1. 11. Zach. I, 7. VII, 1. - רְבִיעִי, *quartus. Aqu. Symm. Theod.* Zach. VIII, 19. *ἡ τετράς.*

ΤΕΤΡΑ'ΣΤΙΧΟΣ, adiective, *quatuor ordinibus dispositus*: substantive, *quadripartitus ordo.* אַרְבָּעָה טוּרִים, *quatuor ordines.* Exod. XXVIII, 17. XXXIX, 8. Conf. Sap. XVIII, 24. *τετραστίχου λίθου.* *Vulg. quatuor ordinibus* lapidum. *Alex.* et *Compl. τετραστίχου λίθων.*

**ΤΕ'ΤΤΙΞ*, *cicada.* סִיס, *hirundo.* *Symm.* sec. vers. *Hexapl. Syr. Ierem.* VIII, 7. ܨܪܨܘܪܐ.

ΤΕΥ͂ΧΟΣ, *vas*, it. *volumen*, *liber.* גִּלָּיוֹן, *volumen magnum.* *Symm.* Ies. VIII, 1. - מְגִלָּה, *volumen*, *liber.* *Symm.* Ps. XXXIX, 8. *ἐν τῷ τεύχει τοῦ ὁρισμοῦ σου*, in *libro* decreti tui. *Hesych. τεῦχος*, *βιβλίον.* *Lex. Vet. τεῦχος*, *volumen.*

ΤΕ'ΦΡΑ, cinis. Tob. VI, 17. Sap. II, 3. Hesych. τέφρα, σποδός. Suidas: τέφρα, ἡ κόνις.

ΤΕΧΝΑ'ΖΟΜΑΙ, artificiose fabricor, arte conficio. הִמְשִׁיל Hiph. assimilo. Ies. XLVI, 5. τεχνάσασθε. N. L.

ΤΕ'ΧΝΗ, ars. חָכְמָה, sapientia. 1 Reg. VII, 14. – *חֶרֶט, stilus. Inc. Exod. XXXII, 4. ἐν τέχνῃ, artificiose. Si recte se habet nota haec hexaplaris, sensum non male expressit. Sed Scharfenbergio iudice sunt haec verba Scholiastae minime segreganda a sequentibus, αὐτὸ τὸ χρυσίον ἐχώνευσε, artificiose conflavit aurum, neque contextui Hexaplorum inferenda. – מַעֲשֶׂה, opus. Exod. XXX, 25. De opere artis s. legitur apud Asclep. Epigr. 53. ubi vid. Iacobsius. – עֲבֹדָה, idem. 1 Par. XXVIII, 21. Sap. XIX, 4. ubi τέχνη est vel ars nautica, vel ars fabricandi navem, coll. v. 2., quia, qui navigat, utitur alieno labore. Sir. XXXVIII, 45. ἐργασία τέχνης. – Vide alibi λειτουργικός.

*ΤΕ'ΧΝΗΜΑ, opus arte confectum, artificiosum commentum s. inventum. חֵשֶׁב, artificium. Levit. VIII, 7. sec. cod. 130. ubi verba τῷ τεχνήματι vel sunt glossema, vel alius interpretis. Adde Etymol. M. 490, 12.

ΤΕΧΝΙ'ΖΟΜΑΙ, i. q. τεχνάζομαι, artificiose aliquid elaboro et fabricor. Sap. XIII, 11. τεχνισάμενος. Lex. Cyrilli MS. Brem. τεχνισάμενος (MS. vitiose τεχνησάμενος), δημιουργήσας.

ΤΕΧΝΙ'ΤΗΣ, artifex, masc. אָמָּן, q. d. firmus in arte. Cant. VII, 1. – חֹצֵב part. excidens. 1 Par. XXII, 15. – חָרָשׁ, faber. Deut. XXVII, 15. Ierem. X, 9. XXIV, 1. Aqu. Hos. VIII, 6.

ΤΕΧΝΙ῀ΤΙΣ, artifex, foem., perita, ingeniosa. Sap. VII, 21. ἡ γὰρ πάντων τεχνῖτις, omnium artium repertrix, sc. sapientia.

*ΤΗΒΗ'Θ. Ipsa vox hebr. טֵבֵת, Esth. II, 16. Est nomen mensis decimi, respondentis pro Iosephi rationibus Macedonum mensi Audynaeo, secundum Hesychium Peritio, qui eum sequitur. Vide Wesseling. Probab. p. 259.

ΤΗΓΑΝΙ'ΖΩ, frigo, torreo seu coquo in sartagine. 2 Macc. VII, 5.

ΤΗΓΑΝΙΣΤΗ'Σ, sartaginarius, frigens in sartagine. עַל מַעֲשֵׂה הַחֲבִתִּים, super opus sartaginum. Inc. 1 Par. IX, 31. τῶν τηγανιστῶν. Vulg. eorum, quae in sartagine frigebantur. Ex quo luculenter apparet, τηγανιστῶν potius deducendum esse a τηγανιστὸς, in sartagine frixus s. coctus.

*ΤΗΓΑΝΙΣΤΟ'Σ. Vide s. v. τηγανιστής. Philoxeni Gloss. τηγανιστὸν, frictum.

ΤΗ'ΓΑΝΟΝ, sartago, a τήκω, liquefacio. חֲבִתִּים, idem, plur. 1 Par. IX, 31. – מַחֲבַת, idem. Lev. II, 5. VI, 21. 39. et alibi. – מַשְׂרֵת. 2 Sam. XIII, 9. Caeterum vox τήγανον sine

dubio e linguis orientalibus in linguam graecam transiit. Arabice dicitur طاجن, et Syriace ܛܓܢܐ, quod in Lexicis *sartago* redditur. Conf. *Faber* ad *Harmarum* T. I. p. 206. 4 Macc. VIII, 12. τήγανα sunt *patellae quaedam amplae*, *quae ad cruciandos martyres olla*, *pice*, *resina ac sulphure refertae igni applicabantur*. Conf. *Ant. Gallonii* Rom. *lib. de SS. Martyr. cruciatibus* p. 312. sequ. ac 333. – Vide alibi λάγανον.

ΤΗΚΤΟ'Σ, *liquefactus*, *liquatus*, item: *qui liquefieri potest*, *liquabilis*. Sap. XIX, 20. Conf. *Suidam* in v. τηκτά.

ΤΗ'ΚΩ, *liquefacio*, *consumo*. Τήκομαι, *liquefio*, *liquesco*, it. *consumor*, *dissolvor*, *tabesco*, *consternor*, *expavesco*. *אֲנָךְ, *plumbum*, meton. *libella*, s. *perpendiculum plumbeum*. *Theod.* Amos. VII, 7. τηκόμενον. *Hieronymus* habet *tabescens*. *Semlerus* legere mavult σμηχόμενον. Conf. *Hesychium* s. v. χανάσσει. – דְּאָבוֹן, *moeror*. Deut. XXVIII, 65. τηκομένην ψυχὴν, animum liquefactum, h. e. *timidum*, *pavidum*. – הֵמַסָּה Hiph. Ps. CXLVII, 7. – הֲמָסִים plur. *stipulae*. *Symm.* et LXX Ies. LXIV, 2. Secundum *Cappellum* in *Crit. Sacr.* p. 878. legerunt הָמֵס יָם aut potius נָמֵס יָם. – הִתְבַּקַּע Hithp. *disrumpor*. Mich. I, 4. τακήσονται. Secundum *Cappellum* in *nott. critt.* ad h. l. legerunt יִתְזַעְזְעוּן, quam vocem coniunxerunt cum הֶהָרִים. – הִתִּיר Hiph. a נָתַר, *solvo*, Hab. III, 5. – רָגַב Pyh. *diffluo*, *effundo*, ex usu l. chald. Ios. VI, 1?. τακεῖσα, *liquescens*. – *חָפַר, *erubesco*. Ies. XXIV, 23. Sine dubio derivarunt a פור aut legerunt הפרפה, quae fuit *Grotii* sententia. – כָּלָה, *consumor*. Iob. XI, 20. ὀφθαλμοὶ δὲ ἀσεβῶν τακήσονται, oculi impiorum *tabescent*. In eadem notione legitur ibidem XVII, 5. *Homer. Il.* γ', 176. κλαίουσα τέτηκα. – *לָכַד, *capio*. Iob. XXXVIII, 30. ubi pro ἔτηξεν *Drusius*, *Bosius* et *Breitingerus* legi volunt ἔπηξεν, nec tamen vel sic cum hebraeis graeca satis conveniunt. *Greve* coniicit, a librariis oculo aberrante e v. 29. τίς ἔτεξεν hic repetitum fuisse, quod postea in ἔτηξεν et ἔπτηξεν (ut in *Vat.* est) detortum veram interpretationem loco suo pepulerit. Caeterum suspicatur ex Hebraeis, primitus scriptum fuisse πρόσωπον δὲ ἀβύσσου ἐστὶ συνεχὲς, cuius quidem lectionis vestigium quoddam superesse videtur in cod. Alex. v. 28. vocem συνοχὰς praeter Hebraea insertam habente. – מְזֵה, *consumtus*. Deut. XXXII, 24. τηκόμενοι λιμῷ, *consumti fame*, coll. ar. مصّ, *sugere*, *exsugere*. *Hesych.* τηκόμενος, φθειρόμενος, λεπτυνόμενος, δαπανώμενος. – נָזַל, *fluo*. Ies. LXIV, 1. – *נִבְזָה, *contemtibile*. *Aqu.* sec. marg. cod. 243. *Holm.* 1 Sam. XV, 9. τετηγμένον. Sed pertinet potius ad sequ. נָמֵס. – נָמוֹג: הִתְמוֹגֵג, Niph. et Hithp. a מוג. Exod. XV, 15. ἐτάκησαν, *liquefacti*, h. e. *consternati sunt*. Vide et Ps. LXXIV, 3. CVI, 26. – נָמֵס Niph. a מָסַס. Iud. XV, 14. ἐτά-

κησαν οἱ δεσμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ τῶν βραχιόνων, *dissolvebantur* vincula eius a brachiis. Ps. XXI, 15. ἐγενήθη ἡ καρδία μου ὡσεὶ κηρὸς τηκόμενος, factum est cor meum tanquam cera *liquefacta*. Vide s. v. κηρός. Οἱ λοιποὶ Ies. XIX, 2. — נָמַק Niph. a מָקַק. Lev. XXVI, 39. ἐν τῇ γῇ τῶν ἐχθρῶν αὐτῶν τακήσονται, in terra inimicorum suorum *consumentur*. Ies. XXXIV, 4. τακήσονται πᾶσαι αἱ δυνάμεις τῶν οὐρανῶν, *consumentur* omnes exercitus coelorum. Conf. 2 Petr. III, 12. Ezech. XXXIII, 10. ἐν αὐταῖς (sc. ἀνομίαις) ἡμεῖς τηκόμεθα, in illis (peccatis) nos *contabescimus*. Zach. XIV, 12. τακήσονται αἱ σάρκες αὐτῶν, *contabescent* carnes eorum. Ibid. ἡ γλῶσσα αὐτῶν τακήσεται ἐν τῷ στόματι, lingua eorum *tabescet* in ore. — נִתַּךְ, *fundor*. Ezech. XXIV, 11. τακῇ ἐν μέσῳ αὐτῆς ἡ ἀκαθαρσία αὐτῆς, *solvatur* in medio eius immundities eius. Nah. I, 6. ὁ θυμὸς αὐτοῦ τήκει ἀρχὰς, ira eius *consumit* principatus: ubi aut legerunt in Hiphil, aut τῷ Kal tribuerunt notionem Hiphilicam. Fortasse quoque נִתְּכָה in coni. Piel legerunt, cui notionem Hiphil. subiecerunt, quod minime insolitum dici potest. *Hesych.* τήκει, φθείρει, δαπανᾷ, λεπτύνει. — נָתַק, *avello*. Ierem. VI, 29. πονηρίαι αὐτῶν οὐκ ἐτάκησαν, scelera eorum non sunt liquefacta: ubi pro נִתְּקוּ fortasse legerunt נִתְּכוּ per Caph, a נָתַךְ, quod est *conflari*. — שָׁחַח, *incurvo me*. Hab. III, 6. ἐτάκησαν βουνοὶ αἰώνιοι. *Syr.* ܫܚ, *liquefactus est*, et arab. سح, *effusus est*, *defluxit*. — תָּמַם, *consumor*. Ez. XXIV, 10. ἀνακαύσω τὸ πῦρ, ὅπως τακῇ τὰ κρέα, accendam ignem, ut *consumantur* carnes. — תֶּמֶס, *liquefactio*. Ps. LVII, 8. Praeterea legitur Iob. XLII, 6. ἐτάκην, ubi nihil est in textu hebraico. Est autem, ut videtur, gemina vocis אֶמְאַס, *reprobabo*, initio commatis interpretatio, nec *Clemens Alex. Strom.* lib. VI. in fine illud ἐτάκην agnoscit. Sap. VI, 23. φθόνος τετηκὼς, invidia *suo desiderio trita et consumta*. Nam, ut bene monuit *Bretschneiderus*, transfertur hic epitheton, quod proprie de homine invidia obeso dicitur, ad vitium ipsum. Sic *Horatius*: *pallida mors*, pro *pallidum reddens*. Sirac. XXXVIII, 27. τήξει, *liquefaciet*. Sermo est de *sudore* evocato. 1 Macc. IV, 32. τῆξον θράσος ἰσχύος αὐτῶν, audaciam multitudinis eorum *fac languidam*. 3 Macc. VI, 8. Ionas in alvo balaenae τηκόμενος ἀφειδῶς, admodum *cruciatus* ac fere *exhaustus*.

*ΤΗΛΑΥΓΑΣΜΑ, i. q. τηλαύγημα. בַּהֶרֶת, *papula alba*. Levit. XIII, 24. sec. quatuor codd. *Holm.* Ditanda sunt hac voce Lexica. Nam et αὔγασμα dicitur.

ΤΗΛΑΥΓΗΜΑ, *candor* seu *splendor longe dispersus aut eminus apparens*, it. *leprae initium in corporis superficie apparens*. בַּהֶרֶת, *papula alba*. Lev. XIII, 24. sec. cod. *Oxon. Gloss.* in *Octat.* τηλαύγημα, ἀρχὴ λέπρας. Ex hoc loco firmatur coniectura *Palmerii*, qua apud *Hesychium* in v.

τηλαύγημα pro *ἀρχὴ λαμπρᾶ* legendum censet *ἀρχὴ λέπρας*. Sic etiam *Suidas* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τηλαύγημα, ἀρχὴ λέπρας ἐν τῇ τοῦ σώματος ἐπιφανείᾳ.

ΤΗΛΑΥΓΗ'Σ, *eminus splendens*, *valde lucidus.* Ex τῆλε, *procul*, et αὐγὴ, *splendor.* בָּהִיר, *nitidus, splendidus.* Iob. XXXVII, 21. πᾶσι δὲ οὐχ ὁρατὸν τὸ φῶς, τηλαυγές ἐστιν ἐν τοῖς παλαιώμασιν, omnibus autem non visibile lumen, *valde lucidum est* in antiquitatibus. *Suidas:* τηλαυγὲς, λίαν λαμπρὸν, πόῤῥωθεν φαῖνον. *Hesych.* τηλαυγὲς, τηλεσκόπον, καθαρόν. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τηλαυγές, λαμπρὸν, διαυγές. — בַּהֶרֶת, *papula alba.* Lev. XIII, 2. 4. 19. — בַּר, *mundus, purus.* Ps. XVIII, 9. ἡ ἐντολὴ κυρίου τηλαυγὴς, φωτίζουσα ὀφθαλμοὺς, praeceptum Domini *lucidum* seu clarum, illuminans oculos. — Vide alibi αὐγάζω.

ΤΗΛΑΥ'ΓΗΣΙΣ, *splendor eminus apparens s. procul adveniens*, i. q. τηλαύγημα. נֹגַהּ, *splendor.* Ps. XVII, 14. ἀπὸ τῆς τηλαυγήσεως ἐνώπιον αὐτοῦ αἱ νεφέλαι διῆλθον, prae *splendore* coram illo nubes dividebantur. *Hesych.* τηλαυγήσεως, λαμπρότητος.

*ΤΗΛΙΚΟΥ'ΤΟΣ, *tantus.* 2 Macc. XII, 3. τηλικοῦτο συνετέλεσαν τὸ δυσσέβημα, *tantum* perfecerunt facinus. *Etymol. M. Gudian.* 528, 19. τηλικοῦτος καὶ τοσοῦτος διαφέρει, ὅτι τὸ τηλικοῦτος ἐπὶ πηλικότητος τάσσεται, τὸ δὲ τοσοῦτος ἐπὶ ποσότητος.

ΤΗΜΕΛΕ'Ω, *curo, curam gero.* נִהֵל Pih. *leniter duco.* *Symm.* Ps. XXX, 4. τημελήσεις, h. e. iuxta *Schol.* παντοδαπῆς με προνοίας ἀξιώσεις, omnimoda cura me dignaberis. *Suidas:* τημελῆσαι, ἐπιμελήσασθαι, φροντίσαι.

ΤΗ'ΜΕΡΟΝ, adverbium, attice pro σήμερον, *hodie.* הַיּוֹם, *hoc die.* *Al.* Exod. XXXII, 28. Deut. I, 10. Adde Exod. II, 18. sec. *Compl.* et *Philonem* I, 596.

*ΤΗΝΙ'ΚΑ, *tunc.* 4 Macc. II, 21.

*ΤΗΝΙΚΑΥ'ΤΑ, adv. *tum, tunc.* 4 Macc. II, 22. *Photius:* τηνικαῦτα, τότε. Adde *Etymol. M.* 762, 56.

ΤΗΡΕ'Ω, *servo, conservo, custodio, observo, asservo.* הִסְגִּיר Hiph. a סָגַר, *recludo.* *Aqu.* Lev. XIII, 26. τηρήσει. — הֵקִים Hiph. a קוּם, *stare facio.* 1 Sam. XV, 11. τοὺς λόγους μου οὐκ ἐτήρησε, verba mea non *observavit*, h. e. non fecit, quod verbis meis praeceptum erat. Vide *Vorstii Philol. S.* P. I. c. 6. Conf. et Ioh. VIII, 51. XIV, 23. XVII, 6. — נָטַר. Cant. VIII, 11. ἔδωκε τὸν ἀμπελῶνα τοῖς τηροῦσι, dedit vineam suam *custodientibus*, h. e. *vinitoribus.* Vide et v. 12. et conf. Ioh. XVII, 11. Adde *Inc.* Lev. XIX, 18. *Vulg. memor eris.* — נָצַר. Prov. III, 1. τὰ δὲ ῥήματά μου τηρείτω σὴ καρδία, verba autem mea *custodiat* cor tuum, h. e. *mente retine.* Prov. III, 21. τήρησον δὲ ἐμὴν βουλὴν, *custodi* seu *fortiter tene* autem consilium meum. Prov. IV, 6. ἐράσθητι αὐτῆς καὶ τηρήσει σε,

ama illam et *custodiet* seu *conservabit* te. Prov. IV, 23. πάσῃ φυλακῇ τήρει σὴν καρδίαν, omni custodia *muni*, h. e. *diligenter observa*, cor tuum. Prov. XXIII, 26. τηρείτωσαν, ubi expresserunt lectionem marginalem תִּצֹּרְנָה a נָצַר. *Hieron. custodiant.* – צָפַן, *recondo.* Cant. VII, 13. πάντα ἀκρόδρυα νέα πρὸς παλαιὰ ἐτήρησά σοι, cuiusvis generis recentes fructus una cum veteribus *asservavi* tibi. Conf. Ioh. II, 10. XII, 7. et alia loca. – *רְגַשׁ chald. *cum strepitu convenio.* Dan. XI, 11. sec. cod. *Chis.* ἐτήρησαν, qua versione confirmatur eorum sententia, qui רְגַשׁ h. l. per *explorare* interpretantur. – שׁוּף, *contero.* Gen. III, 15. ubi tamen *Al.* pro τηρήσει et τηρήσεις τειρήσει et τειρήσεις, *mordebis*, habent, quod *Grotio* ad textum hebr. propius accedere videtur. Male coniecit *Hottingerus*, LXX legisse יְשׁוּרְךָ, facta literarum פ et ר permutatione, literae enim hae figura ac sono admodum differunt. Nec melius de h. l. iudicavit *Is. Vossius de LXX Intt.* p. 32. qui τρήσει et τρήσεις legendum censet, et derivat ab inusitato τρέω, *perforo*, ab eiusque futuro usitatissimo τρήσω τρῆσις et τρῆμα esse docet. Nam τηρεῖν h. l. notat *insidiose observare, insidias struere,* quod bene convenit hebr. שׁוּף, coll. arab. شاف, *ex alto in aliquem prospicere s. oculos defigere*, quod est insidiantium. Conf. *Schultensii Comment. in Iobum* p. 158. et 247. Etiam سأف *explorare, insidiari* notat. Vide quoque *Cappelli Crit. S.* p. 896. ac *Hornemann.* Spec. II. *Exercitt. Critt. in LXX e Philone* p. 122. sequ. – שָׁמַע, *audio.* Prov. XVI, 3. Fortasse legerunt שָׁמַר, certe sensum expresserunt. – שָׁמַר. Esdr. VIII, 28. ἀγρυπνεῖτε καὶ τηρεῖτε, vigilate et *custodite.* Prov. VII, 5. ἵνα σε τηρήσῃ ἀπὸ γυναικὸς ἀλλοτρίας, ut te *custodiat* ab uxore peregrina. Prov. XIX, 16. ὃς φυλάσσει ἐντολὴν, τηρεῖ τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, qui custodit mandatum, *custodit* animam suam. Vide et Prov. VIII, 34. et conf. Sirac. XXIX, 1. Cohel. IX, 4. τηρῶν ἄνεμον, οὐ σπερεῖ, *observans* ventum (Similis huic est formula βλέπειν ἐν ταῖς νεφέλαις.) non seminabit. Cant. III, 3. εὕροσάν με οἱ τηροῦντες, invenerunt me *custodientes* s. *custodes.* Ierem. XX, 10. τηρήσατε. Legerunt שִׁמְרוּ. – De voce τηρήσεις Prov. XXXI, 2., cui nihil respondet in textu hebr., vide ad h. l. *Iaegerum.* Sap. X, 5. ἐτήρησεν αὐτὸν ἄμεμπτον Θεῷ, καὶ ἐπὶ τέκνου σπλάγχνοις ἰσχυρὸν ἐφύλαξεν, *conservavit* ipsum inculpatum Deo, et in filii visceribus fortem custodivit. Conf. 1 Tim. V, 22. Iac. I, 27. 1 Macc. IV, 61. ἐπέταξεν ἐκεῖ δύναμιν τηρεῖν αὐτὴν, collocavit ibi exercitum, ut *custodiret* illum, sc. montem Sion. 1 Macc. VI, 50. ἐπέταξεν ἐκεῖ φρουρὰν τηρεῖν αὐτὴν, collocavit illic praesidium, ut *custodiret* illam. *Hesych.* τηρεῖ, φυλάσσει, φρουρεῖ.

ΤΗ'ΡΗΣΙΣ, *observatio*, *custodia*, *praesidium*. Sap. VI, 18. ἀγάπη δὲ τήρησις νόμων αὐτῆς, dilectio autem custodia vel *observatio* legum eius. Sir. XXXII, 23. καὶ γὰρ τοῦτό ἐστι τήρησις ἐντολῶν, etenim haec est *observatio* mandatorum. Conf. 1 Cor. VII, 19. 1 Macc. V, 18. et reliquit Iosephum cum residuo exercitu in Iudaea εἰς τήρησιν. *Vulg. ad custodiam.* 3 Macc. V, 44. πρὸς τήρησιν.

ΤΙ', *quid*, *aliquid*. דָּבָר, *res*. Ierem. XXXII, 27.

ΤΙ', *quid*, interrogative, it. pro ὡς, *quam*. מָה. Iud. XVIII, 3. τί σοι ἐστὶν ὧδε; *quid tibi est hic?* h. e. *quid hic agis et habes?* Ps. VIII, 2. τί μέγα τὸ ὄνομά σου; *quam* magnum est nomen tuum? Ps. III, 1. ubi *Athanasius*: τὸ τι ἀντὶ τοῦ σφόδρα κεῖται. *Symm.* Ps. XXXI, 20. τί πολὺ τὸ ἀγαθόν σου, ὃ ἔκρυψας ἀπόθετον, *quam* multa vel magna est bonitas tua, quam repositam occultasti timentibus te. Vide et LXX Cant. VII, 1. 6. et *Aqu. Symm.* Ies. LII, 7. et conf. *Grotium* ad Matth. VII, 14. Sir. V, 4. τί μοι ἐγένετο; *Vulg.* non male: *quid triste*, h. e. *quid mali*, nam hanc significationem habet quandoque τί, ut adeo non opus sit de varia lectione h. l. cogitare. In *Complut.* Ed. additur λυπηρὸν e glossemate. Sir. XVIII, 18. τί ἄνθρωπος, *quam vilis et abiectus est* homo relate ad Deum. Sir. XIII, 17. τί κοινωνήσει λύκος ἀμνῷ; *quomodo* lupus et agnus consociabuntur? coll. Luc. VI, 11. XIX, 48.

* *ΤΙ'*, pro διὰ τί, *propter quid*, *cur*, *quare*. מָה, idem. Iud. XVIII, 8. τί ὑμεῖς κάθησθε; *quare* vos sedetis? Vide et Ies. XLV, 10. Ita τί Gen. II, 19. explicavit quoque *Philo* lib. II. *leg. allegor.* T. I. p. 194. ed. *Pfeifer.* – לָמָּה. 2 Par. XXV, 15. τί ἐζήτησας θεοὺς λαοῦ; *quare* quaesivisti deos populi? Conf. διὰ τί, et *Heupelium* et *Wolfium* ad Marc. VIII, 12.

ΤΙ' et *'ΕΠΙ' ΤΙ'*, pro ἐπὶ τί χωρίον, *quo*, *quorsum*, *ubi?* אָנָה. Nehem. II, 16. οὐκ ἔγνωσαν, τί ἐπορεύθην, non sciebant, *quorsum* irem. – עַל־מָה. Ierem. VIII, 14. ἐπὶ τί ἡμεῖς καθήμεθα; *ubi* nos sedem habemus?

ΤΙ' ΓΑ'Ρ, ΜΗ'; *quid enim*, *num?* ה praefixum. Iob. VI, 5. 22. XVI, 3. XXI, 4.

**ΤΙ' 'ΕΣΤΙ*; *quid prodest?* Tob. VI, 6. τί ἐστιν ἡ καρδία καὶ τὸ ἧπαρ; *quid prodest* (Sic מָה simpliciter positum usurpatur quoque Iob. XXI, 15. ad quem locum pertinet glossa *Hesychii*: τί ἱκανόν; τί ὄφελος; ubi partim ἱκανὸς legendum, partim errasse videntur interpretes, ὄφελος pro explicatione vocis ἱκανὸν habentes.) tandem cor et hepar piscis? *Vulg. quod remedium habebunt.* Respondet quoque τῷ הִנֵּנִי Exod. III, 4. et Gen. XLVI, 2. ubi *Iosephus A. I.* II, 7, 3. rectius τίς ἐστιν habet.

*ΤΙ' *ΕΤΙ. מָה. Ierem. II, 33. Fortasse legendum est τί ὅτι.

ΤΙ' "ΟΤΙ, *quare.* אַף כִּי. Gen. III, 1. - לָמָּה. Ies. L, 2. LVIII, 3. - *מָה. *Symm. Theod.* Iob. XV, 12. - *מַדּוּעַ. *Symm. Theod.* Ies. V, 4. LXX habent διότι. *Vulg. an quod.* Vide et Sir. LI, 32. sec. cod. *Alex.*

*ΤΙ' Ο'ΤΝ; *quid igitur?* מַדּוּעַ, *quare? Aqu.* Ies. V, 4. - Vide quoque alibi ἀφαιρέω, βραχὺ et σκολιόν.

ΤΙΑ'ΡΑ, *capitis gestamen apud Persas, tiara, pileus acuminatus.* סְרוּחַ part. Pah. proprie: *longe extensum*, item: *tiara.* Ezech. XXIII, 15. - כַּרְבְּלָה *chald. tibiale* vel *calceamentum*, secundum alios *tiara.* Dan. III, 21. Vide in v. περικνημίς. - מְכַרְכֵּר part. Pih. a כָּרַר, *in caprae morem saliens* s. *saltans.* *Symm.* 2 Sam. VI, 13. ἐν τιάρᾳ. Ita *Bielius.* Sed verba haec graeca respondent potius hebr. בְּכָל עֹז, quae *Aqu.* ἐν παντὶ κράτει, *Vulgatus totis viribus* transtulit. De conciliatione huius versionis cum textu hebr. diu sollicitus cogitavi. In mentem mihi aliquando veniebat, eum בִּכְלִילָה legisse. כְּלִילָה autem est *corona.* Interdum mihi placebat statuere, eum pro lubitu ita reddidisse, adeoque eodem modo peccasse, quo LXX, qui habent ἐν ὀργάνοις ἡρμοσμένοις. Sed nunc mihi certum est, eum tantum liberius vertisse. Putavit sc., עֹז h. l. significare *ornatum regium*, qui etiam in N. T. δόξα dicitur, ut בְּכָל עֹז sit: *in omni ornatu regio.* Et haec est ipsa sententia, quae verbis ἐν τιάρᾳ subest, ubi pars ornatus regii pro toto ponitur. Hac autem coniectura, quae mihi certissima videtur, efficitur, ut versio *Symmachi* nec manca nec arbitraria et ex ingenio ficta dici haberique possit. *Hesych.* Τιάρα, ἡ λεγομένη κυρβασία. ταύτῃ δὲ οἱ Πέρσαι βασιλεῖς μόνοι ἐχρῶντο ὀρθῇ, οἱ δὲ στρατηγοὶ ὑποκεκλιμένῃ. *Suidas:* Τιάρα, κόσμος ἐπικεφάλαιος, ἣν οἱ βασιλεῖς μόνοι ὀρθὴν ἐφόρουν παρὰ Πέρσαις, οἱ δὲ στρατηγοὶ κεκλιμένην. *Pollux* lib. VII. c. 13. segm. 58. Περσῶν μὲν ἴδια, κάνδυς, ἀναξυρὶς καὶ τιάρα, ἣν καὶ κυρβασίαν καὶ κίδαριν καὶ πῖλον καλοῦσιν. Plura de *tiaris* vide apud *Brissonium* de *regn. Persar.* Lib. I. §. 48. p. 61. sequ. Lib. II §. 184. p. 539. sequ. *Solerium* de *pileo* p. 169. sequ. et 185. sequ. *Paschalium* de *Coron.* lib. X. c. 2. *Relandum Diss. Misc.* P. II. p. 252. et quae ex nummis observat *Ez. Spanhemius de usu et praest. numism.* Diss. V. p. 428. 459. Sicuti autem LXX Dan. l. c. chald. כַּרְבְּלָה, quod cum voce כִּרְבֵּל Hebraeis et *cribell*, docente *Bocharto* Lib. I. *Chan.* c. 42. p. 751., Britannis suis *cristam galli* denotante cognationem habet, per τιάραν interpretantur, ita capitis hocce ornamentum cristae galli simile fuisse, innuit *Aristophanes in Av.* v. 487. ubi ad cristam galli respiciens κυρβασίαν ὀρθὴν illum in capite gestare dicit. Inde et κυρβασίους *tiaras* esse a כַּרְבְּלָה verisimile.

Confer de illis *Spanhemium* l. c. *Brissonium de regn. Pers.* Lib. I. p. 62.

*ΤΙ'ΓΡΙΣ, *Tigris, nomen animalis et fluvii.* Iudith. I, 6. Sirac. XXIV, 26. ὡς τίγρις. *Zonaras Lex.* col. 1730. τίγρης, ποταμὸς, καὶ κλίνεται τίγρητος. τίγρις δὲ, τὸ ζῶον, ὁ, καὶ κλίνεται τίγριδος. Idem quoque *Suidas* tradit. Confer quoque *Intt.* ad *Hesychium* s. h. v.

ΤΙ'ΘΗΜΙ et ΤΙ'ΘΕΜΑΙ, *pono, impono, facio, statuo, colloco, repono, dispono, appono.* אָסַף, *congrego.* Gen. XLII, 17. ἔθετο αὐτοὺς ἐν φυλακῇ ἡμέρας τρεῖς, *mittebat* illos in custodiam aut *iussit eos in carcere servari* ad dies tres. Conf. quae in h. v. post hebr. בָּחַן notata sunt ex Gen. XL, 3. Adde Num. XXVII, 13. – אֻשַּׁיָּא chald. plur. *fundamenta.* Esdr. VI, 3. – *אָשַׁם, *delinquo.* Hos. XIII, 1. ἔθετο, ubi pro וַיֶּאְשַׁם legerunt וַיָּשֶׂם, a שׂוּם. – הֵבִיא, *adduco.* Exod. XXXIV, 26. θήσεις sec. *Vat.* ubi alii libri εἰσοίσεις habent. – הִגִּיעַ Hiph. a נָגַע, *pertingere facio.* Ezech. XIII, 14. – הוֹשִׁיב Hiph. a יָשַׁב, *sedere facio.* 1 Reg. II, 24. ἔθετό με ἐπὶ τὸν θρόνον Δαβὶδ, *collocavit* me super thronum Davidis. – הֵכִין Hiph. a כּוּן, *paro.* Iob. XI, 13. εἰ γὰρ σὺ καθαρὰν ἔθου τὴν καρδίαν σου, si enim tu purum *fecisti* cor tuum. Iob. XXIX, 7. – הֵמִיר Hiph. a מוּר, *muto.* Hos. IV, 7. τὴν δόξαν αὐτῶν εἰς ἀτιμίαν θήσομαι. Sensu eodem. – הִנְחָה Hiph. *duco.* 1 Reg. X, 26. 2 Reg. XVIII, 11. *Aquila et reliqui Intt.* 1 Sam. XXII, 4. – הֵנִיחַ Hiph. a נוּחַ, *quiescere facio.* Ezech. XXXVII, 1. XL, 2. XLIV, 30. – הִנִּיחַ Hiph. a יָנַח, *statuo, constituo.* Num. XVII, 4. θήσεις αὐτὰς ἐν τῇ σκηνῇ τοῦ μαρτυρίου, *repones* illas in tabernaculo testimonii. Deut. XXVI, 4. θήσει αὐτὸν ἀπέναντι τοῦ θυσιαστηρίου, *statuet* illum coram altari. 1 Reg. XIII, 30. ἔθηκε τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῷ τάφῳ αὐτοῦ, *ponebat* corpus eius in sepulchrum ipsius. Et alibi saepius. – הֶעֱלָה *Hiph. ascendere facio.* Ezech. XIV, 3. 4. – הִפִּיל Hiph. a נָפַל, *cadere facio.* Esth. IX, 24. – הִפְקִיד Hiph. *praeficio.* Ies. X, 28. – הִצִּיג Hiph. a יָצַג, *constituo.* Iud. VI, 37. sec. *Vat.* Iob. XVII, 6. ἔθου δέ με (εἰς) θρύλλημα ἐν ἔθνεσι, *constituisti* me fabulam in gentibus. – הִצִּיק Hiph. a יָצַק, *effundo.* Ios. VII, 23. – *הֵקִים Hiph. a קוּם, *statuo.* Gen. XVII, 19. sec. *Compl.* s. *Inc. Int.* – הֵרִים Hiph. a רוּם, *exalto.* Ies. XIV, 13. – הֵשַׁם, Hiph. a שָׁמַם, *desolo.* Ezech. XIV, 8. θήσομαι αὐτὸν εἰς σημεῖον, *ponam* illum in signum. Forte hic legerunt הֲשִׂימ, quae lectio quoque praeferenda videtur. – הִתִּיר Hiph. a נָתַר, *solvo*, h. l. *reddo.* 2 Sam. XXII, 33. – חָקַק, *insculpo.* Iob. XIX, 23. Sic et nos *setzen* pro *insculpere* ponimus. – חָתַת, *frangor.* Ps. XVII, 37. ἔθου (εἰς) τόξον χαλκοῦν τοὺς βραχίονάς μου, *disposuisti* ad arcum aereum brachia mea. Legerunt וְהֵתְחָה. – כָּרַת, *seco, caedo.* Gen. XXI, 32. ubi cum διατίθημι permu-

tatur in codd. Exod. XXXIV, 10. τίθημί σοι διαθήκην, *pango* tecum foedus. Vide et Exod. XII, 15. 27. Iob. XXXI, 1. XL, 23. θήσεται μετά σου διαθήκην. Similiter *Polybius* lib. I. c. 11. τίθεται πρὸς τοὺς Καρχηδονίους συνθήκας. – מָצָא, *invenio*. Iob. XXXI, 25. ubi loco ἐθέμην χεῖρά μου legere mallem ἐθέμην χαρὰν μου, aut *imponere manus* tanquam *signum dominii* ac *possessionis* h. l. spectatur. - נָשָׂא, *fero*. Exod. XXVIII, 26. Ezech. XVIII, 12. 15. – נָשָׁה, *exigo*. Nehem. V, 10. ἐθήκαμεν ἑαυτοῖς ἀργύριον καὶ σῖτον, *imposuimus* nobis ipsis pecuniam et frumentum. Sensu eodem. – נָתַן. Gen. XVII, 5. πατέρα (pro εἰς πατέρα) πολλῶν ἐθνῶν τέθεικά σε, patrem multarum gentium *constitui* te. Vide et Ps. LXXXVIII, 27. Ierem. I, 5. et conf. Hebr. I, 2. et ad h. l. *Elsnerum* p. 332. Gen. XL, 3. ἔθετο αὐτοὺς ἐν φυλακῇ, *mittebat* illos in custodiam. Vide et Gen. XLI, 10. XLII, 30. Ps. XLIII, 15. ἔθου ἡμᾶς (εἰς) ὄνειδος τοῖς γείτοσιν ἡμῶν, *posuisti* vel *fecisti* nos in opprobrium gentibus. Conf. v. 16. ubi εἰς additur. Ps. LXVIII, 14. ἐθέμην (εἰς) τὸ ἔνδυμά μου σάκκον, posui vel *adhibui* in indumentum meum saccum. Ezech. XXXV, 9. ἐρημίαν (pro εἰς ἐ.) αἰώνιον θήσομαί σε, desertum aeternum *faciam* te. Conf. Ierem. IX, 11. XXV, 18. ubi εἰς additur. - נָתַק, *avello*. Ios. IV, 18. - *סָבַב. 2 Reg. XXIV, 17. sec. *Alex*. – עָשָׂה, *facio*. Iob. X, 12. ζωὴν δὲ καὶ ἔλεος ἔθου παρ' ἐμοὶ, vitam et misericordiam mihi *exhibuisti*. Nam τιθέναι παρά τινι est *exhibere*, *praebere alicui aliquid*. *Symm*. παρέσχες μοι. *Vulg*. *tribuisti mihi*. Iob. XIV, 5. Prov. XXII, 28. ὅρια, ἃ ἔθεντο οἱ πατέρες σου, terminos, quos *posuerunt* maiores tui. – *פָּעַל, *operor*, *facio*. Iob. XXXVII, 12. לְפָעֳלָם, *ad operandum eos*, s. *ad opera eorum*: ubi in *Hexaplis* legitur: ἕτερα ἀντίγραφα habent θεὶς ἔργα αὐτοῦ, *ponens* opera eius. Videtur legendum εἰς ἔργα αὐτοῦ (h. e. *ut opera Dei perficiant*) s. αὐτῶν. Sed potest quoque illud θεὶς praefixo ל respondere. Conf. parallelismum membrorum in textu hebraico. – *קוּם, sequ. אֶל. 1 Sam. XXII, 13. θέσθαι αὐτὸν ἐπ' ἐμὲ, ut *consurgeret* adversus me. - רְמָה chald. *proiicio*. Dan. VII, 9. - שָׁבַר, *frango*. Iob. XXXVIII, 10. ἐθέμην δὲ αὐτῇ ὅρια. Recte quoad sensum. Vide ad h. l. *Schultensium* in *Opp. min.* p. 500. – שָׁוָה Pihel, *dispono*. 2 Sam. XXII, 34. τιθεὶς τοὺς πόδας μου ὡσεὶ ἐλάφων, faciens pedes meos tanquam cervorum. Vide et Ps. LXXXVIII, 19. – שׂוּם: הֵשִׂים, Kal et Hiph. Gen. IV, 14. ἔθετο κύριος ὁ Θεὸς σημεῖον τῷ Καΐν, *faciebat* Dominus Deus signum Caino. *Hesych*. ἔθετο, ἐποίησε. Gen. XXXII, 12. θήσω τὸ σπέρμα σου ὡς τὴν ἄμμον τῆς θαλάσσης, *faciam* semen tuum tanquam arenam maris. *Hesych*. θήσω, ποιήσω. Vide et Iob VII, 19. Ps. XVIII, 5. Eodem sensu verbum hoc apud profanos passim legitur. Vide *Wolfium* ad 1 Cor. IX, 18. p. 453. Exod.

XV, 25. ἔθετο αὐτῷ δικαιώματα καὶ κρίσεις, *posuit s. sancivit* illis statuta et iudicia. *Al.* Iud. XX, 36. ἐπὶ τὸ ἔνεδρον, ὃ ἔθηκαν πρὸς τὴν Γαβαὰ, insidiis, quas *collocaverant* ad Gabaa: ubi in Cod. *Alex.* legitur ἔταξαν. 1 Sam. XI, 11. *dispono*, sensu militari. Iob. XXXIV, 23. ὅτι οὐκ ἐπ' ἄνδρα θήσει ἔτι, sc. τὴν καρδίαν. Sic quoque ad הָשִׂים supplendum erit לֵב, uti plene v. 14. legitur. – שִׂים chald. *part. Pah.* Dan. IV, 3. δι' ἐμοῦ ἐτέθη δόγμα, per me *factum est* decretum. Vide et Dan. VI, 26. – שׁוּת: הָשִׁית, Kal et Hiph. 2 Sam. XIII, 20. μὴ θῇς εἰς τὴν καρδίαν, ne ponas in cor tuum, h. e. ne animo praesumas. 2 Sam. XIX, 28. ἔθηκας τὸν δοῦλόν σου ἐν τοῖς ἐσθίουσι τὴν τράπεζάν σου, *posuisti* servum tuum inter illos, qui comedunt ad mensam tuam. – שָׁחָה, *inclino me, incurvatus, inclinatus sum.* Prov. II, 18. ἔθετο γὰρ πρὸς τὸν θάνατον τὸν οἶκον αὐτῆς: ubi pro שָׁחָה legerunt fortasse שׁחה, a שׁוּח, aut שָׂמָה, a שׂוּם. – *שָׁם, *ibi. Aqu. Symm.* et LXX Hab. III, 4. ἔθετο. Legerunt שָׂם. – שָׁמַר, *servo.* 1 Sam. IX, 24. Ps. XXXVIII, 2. ἐθέμην, ubi vel repetierunt substantivum verbi loco מַחְסוֹם, vel etiam legerunt pro אֶשְׁמְרָה, *custodiam*, אָשִׂימָה, *ponam*, ut recte observat *Dathius* ad *Psalter. Syr.* p. 91. – *שָׁפַת, *dispono. Inc.* Ies. XXVI, 12. ubi τίθημι est i. q. δίδωμι, quod LXX h. l. habent. – תָּקַע, *figo.* 1 Par. X, 10. ubi tamen pro ἔθηκαν legere mallem ἔπηξαν, quod exhibet ed. *Compl.* Eadem lectionis diversitas locum quoque habet Iud. IV, 21. – Praeterea legitur 1 Sam. XIII, 19. ubi voci τοῦ θέσθαι nihil respondet in textu hebraico. Drac. v. 14. τὸν οἶνον κεράσας θὲς, vinum miscens *appone.* 2 Macc. IV, 15. πατρῴους τιμὰς ἐν οὐδενὶ τιθέμενοι, patrios cultus *nihili facientes. Aelianus V. H.* L. IX. c. 41. dixit παρ' οὐδὲν ἔθετο, *nihili fecit.* Vide et Lib. XII. c. 44. 3 Macc. I, 14. ἄδηλον τιθέμενοι (sc. ἐν τῇ καρδίᾳ) τὸ γενόμενον, inopinatum aliquid accidisse *existimantes* vel *opinantes.* Sir. XXIX, 11. θὲς τὸν θησαυρόν σου κατ' ἐντολὰς ὑψίστου, h. e. *utaris* divitiis tuis convenienter praeceptis divinis, ubi τιθέναι est *collocare, in usum convertere*, coll. Luc. XIX, 21. 22. et *Krebsii Obs. Flav.* p. 295. In notione *faciendi* s. *reddendi* legitur Sap. VI, 22. et X, 21. Tob. VI, 4. θὲς ἀσφαλῶς, solerter *repone.* Sap. IV, 15. τίθεσθαι ἐπὶ διανοίᾳ, *diligenter perpendere. Iudith.* II, 2. ἔθετο μετ' αὐτῶν τὸ μυστήριον, *communicavit* cum iis mysterium. *Syrus: revelavit iis.* 3 Esdr. VIII, 17. chald. שְׁלַם, *perfecit.* – Vide alibi ἀσεβής, ἀσφαλής, ἀφανισμός, βάραθρον, γέφυρα, ζήτημα, πρόσκομμα et τιμή.

ΤΙΘΗΝΕ'Ω, nutrio, educo. Latine optime reddi potest per *nutricor*, h. e. *educo, ut nutrix solet.* אָמַן, idem. Thren. IV, 5. *Aqu.* Prov. VIII, 30. τιθηνουμένη, *nutritia.* Sirac. XVII, 18. τιθηνεῖ, *educavit* ut pater filium. Vide et Sir. XXX, 9. τιθήνησον τέκνον καὶ ἐκθαμβήσει σε, h. e. *mol-*

lius si tractaveris filium, *eique indulseris*, contristabit te. *Vetus*, monente *Drusio*, exposuit: *lacta filium*. *Hesych.* *τιθηνεῖ, τρέφει, τιθηνεύεται ὁμοίως.*

**ΤΙΘΗΝΙ'Α*, *nutricatio*. 4 Macc. XVI, 7. Vide s. v. *τιθηνέω*.

**ΤΙΘΗΝΙ'ΖΩ*, *nutrio*, *lacto*. יָנַק, *sugo*. *Aqu.* Ies. LIII, 2. ubi alii *τιθιζόμενον* habent. *Theod.* *θηλάζων*.

ΤΙΘΗΝΟ'Σ, *ὁ καὶ ἡ*, *nutritor*, *nutricius*, *nutrix*, *educator*. אֹמֵן part. masc. Num. XI, 12. 2 Reg. X, 1. (ubi *τιθηνοὶ* sunt *nutritores* filiorum Achabi.) Ies. XLIX, 23. – אֹמֶנֶת part. foem. *nutrix*. Ruth. IV, 16. 2 Sam. IV, 4. – מֵינֶקֶת, *nutrix*. *Aqu. sec. cod. Coislin.* Gen. XXIV, 59.

ΤΙΘΙΖΟ'ΜΕΝΟΝ, sc. *βρέφος*, *lactens*, *infans*. יוֹנֵק part. *Aqu.* Ies. LIII, 2. (*Drusius* p. 471. edidit *τιτθιζόμενον*. Graecis *τίθη* et *τίτθη* dicitur. Veriorem censeo alteram lectionem *τιθηνιζόμενον*, ex qua *τιθιζόμενον* faciliis potuit oriri. Constat enim, librarios medias syllabas saepius omisisse. *K.*)

ΤΙ'ΚΤΩ, *pario*, *gigno*. הִמְלִיט Hiph. *libero*. Ies. LXVI, 7. Vox מָלַט in Pih. et Hiph. notat quoque *eniti*, *parere*, q. d. *liberare* s. *exidere facere foetum ex utero*. – הֶעֱטִיף Hiph. *sero coëo*. Gen. XXX, 43. Sermo ibi est de ovibus serotinis. – הֹרָה verbale foem. *genitrix*. Hos. II, 5. – חָיָה verbale foem. *vivida*. Exod. I, 19. ubi verba *τίκτουσι γὰρ* vel vertenda sunt: *ita robustae sunt*, *ut facili negotio partum edant*, vel, quod praeferendum iudico, *ipsae obstetricandi scientiam habent*, ut *Vulgatus* cum *Chaldaeo* transtulit. *Symm.* *μαῖαι γάρ εἰσιν*. In l. chald. et syr. ܚܝܬܐ notat *obstetrices*. – יָלַד. Gen. III, 16. et alibi saepius. Iob. XXXVIII, 28. *τίς δέ ἐστιν ὁ τετοκὼς βόλους δρόσου;* quis vero est, qui *genuit* stillas roris? Ib. v. 29. *πάχνην δὲ ἐν οὐρανῷ τίς τέτοκε;* pruinam vero in coelo quis *genuit?* Conf. *Drusium* ad h. l. *Aqu.* Ps. II, 7. Eodem sensu *Homerus* verbum usurpavit. *Thomas Magister*: *τίκτειν κυρίως ἐπὶ γυναικῶν, τὸ δὲ γεννᾷν ἐπὶ ἀνδρῶν, ὅθεν γεννήτωρ καὶ γενέτης ὁ πατήρ. Ὅμηρος δὲ καὶ ἐπὶ ἀνδρὸς τῷ τίκτειν ἐνίοτε χρῆται· ὡς ἔχει τὸ, ὃν ἀθάνατος τέκετο Ζεὺς, καὶ τὸ, τίκτει μ' ἀνὴρ πολλοῖσιν ἀνάσσων.* Vide et *Homerum* Il. ε', v. 546. sq. et *Hesychium* in *τέκειν* et *τίκτειν*. Ies. LIX, 4. *τίκτουσιν ἀνομίαν*. *Philo de carit.* p. 714. D. *τίκτει γὰρ κόρος ὕβριν*, coll. *Theognide* v. 153. – יִלּוֹד, *natus*. 2 Sam. XII, 14. – לֵדָה, *partus*. Ies. XXXVII, 3. Ierem. XIII, 21. – מַשְׁבֵּר, *matrix*. Ies. XXXVII, 3. – עָלוֹת, *lactentes*. *Aqu.* Gen. XXXIII, 13. – רְאָה עַל אָבְנַיִם, *video super sellas parturientium*. Exod. I, 16. *καὶ ὦσιν ἐν τῷ τίκτειν*. *Vulg.* *et partus tempus advenerit*. Sensum expresserunt. *Michaelis Suppl. ad Lex. Hebr.* P. I. p. 8. confert ar. ابان s. افان, *tempus*, et

intellegit *ipsum partus tempus*. Sir. VIII, 21. cum ignoto tibi ne communices arcanum, οὐ γὰρ γινώσκεις, τί τέξεται, quid enim *moliatur* s. *machinetur*, ignoras; h. e. periculum est, ne eo cum tuo damno et pernicie abutatur. Supersedere igitur possumus *Grotii* coniectura, alioquin valde ingeniosa, qui τί στέξεται (*nescis, an celaturus sit arcanum*) legendum suspicabatur.

ΤΙ'ΛΛΩ, *vello*, *evello*. מָרַט, *depilo*. Esdr. IX, 3. Adde Dan. VII, 4. sec. cod. *Chis*.

ΤΙΜΑ'Ω, *honoro*, *colo*, *officia debita praesto*, et Τιμάομαι, *aestimo*. הָדַר, *decoro*, h. l. *honorem exhibeo*. Lev. XIX, 32. – הֶעֱרִיךְ, *ordinare facio*, *ordino*, item *aestimo*. Lev. XXVII, 8. 12. 14. – חָקַר, *pervestigo*. "Ἄλλοι et LXX Prov. XXV, 2. τιμᾷ. Legerunt הֹקַר a verbo יָקַר. – חֵקֶר, *pervestigatio*. Prov. XXV, 18. τιμᾷν. Hic quoque legerunt הֹקַר a verbo יָקַר. – יָקַר, *pretiosus sum*. 1 Sam. XVIII, 30. ἐτιμήθη τὸ ὄνομα αὐτοῦ σφόδρα, *in magno pretio erat* nomen eius. Vide et Ps. CXXXVIII, 16. *Aqu*. Zach. XI, 13. – *יְקָרָה, *pretiositas magna*. *Symm*. Ps. XLIV, 10. ἐν τῷ τιμᾷν σε. Fortasse legendum εἰς τὸ τιμᾷν σε. LXX habent ἐν τῇ τιμῇ σου. – כִּבֵּד Pih. Prov. III, 9. τίμα τὸν κύριον ἀπὸ σῶν δικαίων πόνων, *honora Dominum*, h. e. *offer Domino sacrificia*, de iustis operibus tuis. Ita *Plautus Aulular. Prolog*. v. 17. *honorem* pro *cultura* et *observantia*, et *Virgilius Aen*. III, 178. *Georg*. III, 486. pro *sacrificio*, quo Dii honorantur, accepit. Vide *Fesselii advers. sacr*. lib. III. c. 3. p. 237. Num. XXII, 17. ἐντίμως τιμήσω σε, *summo te honore afficiam ac splendidis muneribus ornabo*, coll. ib. v. 37. – מְחִיר, *pretium*. Prov. XXVII, 26. τίμα πεδίον, *cole* agrum. Sc. LXX post מְחִיר supplerunt: *sit tibi pretium agri*, vel: *ager in pretio et honore*. – *מִנְחָה, *oblatio*, *munus*. *Theod*. Ps. XLIV, 13. τιμήσουσι, hebr. בְּמִנְחָה. Potest quidem haec versio cum textu hebr. conciliari, cum τιμᾷν non tam *verbis* quam *actionibus honorare* significet (Conf. *Lex. N. T. s. h. v.*), nihilo minus tamen suspicor, *Theodotionem* scripsisse δώροις s. ἐν δώροις τιμήσουσι. Certe *Symmachus* habet δῶρα οἴσει. – נִשֵּׂא *Pih*. *extollo*. Esth. IX, 3. Apud *Symmachum* 1 Sam. XXV, 35. ex altera eius editione affertur ἐτίμησα, sc. τὸ πρόσωπόν σου, ubi in textu hebr. נָשָׂא פָּנִים legitur. Τιμᾷν τὸ πρόσωπόν τινος notat *delectari alicuius persona*, *adeoque in favorem eius agere*. – עֵרֶךְ, *aestimatio*. Lev. XXVII, 12. καθότι ἂν τιμήσεται αὐτὸ ὁ ἱερεὺς, prouti *aestimabit* illud sacerdos. – שָׁקַל, *pondero*. Ies. LV, 2. ἱνατί τιμᾶσθε ἀργυρίου ἐν οὐκ ἄρτοις; quare argenti pretio *emere vultis*, ubi non sunt panes? Sir. XXXVIII, 1. τίμα τὸν ἰατρὸν τιμαῖς αὐτοῦ, honora medicum honore suo, h. e. honore digno: ubi τιμᾷν est *sostrum praebere*.

**MH' TIMA'Ω, non honoro.* בְּאֵין, *in non.* Prov. XV, 22. οἱ *μὴ τιμῶντες συνέδρια, qui non honorant synedria*, h. e. qui alios in consilium non adhibent, seu eorum bonis consiliis non utuntur.

TIMH', honor, praemium, it. *pretium.* הָדָר, idem. Iob. XL, 5. Ps. VIII, 6. Ies. XXXV, 2. - הוֹן, *substantia.* Ps. XLIII, 14. - *חֶסֶד, *gratia, misericordia.* Dan. I, 9. sec. cod. *Chis.* τιμὴν καὶ χάριν. Sensum expresserunt. Vide ad h. l. *Scharfenbergium.* - *יָקַר, *pretiosus sum.* Ps. XLVIII, 8. τιμὴν, ubi pro וְיִקַר legerunt וִיקָר, nam יְקָר est *pretium.* - יָקָר, *pretiosus.* Ps. XLIV, 10. - יְקָר. *Hebr.* Esth. I, 20. Ps. XLVIII, 12. 21. Ezech. XXII, 25. - יְקָר : יְקָרָא chald. Dan. II, 6. IV, 27. 33. V, 20. 22. - *יְקָרָה, *pretium, pretiositas. Inc.* Ierem. XX, 5. - כָּבוֹד. Exod. XXVIII, 2. 36. Ies. XI, 10. *Symm.* Ps. LXV, 2. - כְּסוּת, *tegumentum.* Gen. XX, 16. ubi τιμὴ aeque ac δόξα in N. T. *peplum, velamen* indicare videtur. *Michaelis* intellegit *mulctam* pro oculorum audacia liberius in Saram coniectorum. V. eius *Supplem.* p. 1317. Conf. מֶכֶס, *tributum, census*, a rad. arab. מכס, *tributum, decimas, vectigal collegit.* - כֶּסֶף, *argentum.* Ies. XXXI, 39. - מְחִיר. Ies. LV, 1. *Symm.* Ps. XLIII, 13. - מֶכֶר, *venditio.* Num. XX, 19. - מִקְוֵא, *netum.* 2 Par. I, 16. Vox hebr. nonnullis Intt. est h. l. *merx,* quam emtores licitantur, et emendo acquirunt, ex usu l. arab. Conf. *Simonis Lex. Hebr.* p. 1412. - מִשְׁמָן, *pinguedo.* Ies. X, 16. Admodum libere transtulerunt. *Pinguedo* apud Orientales *omnem fortunatum ac prosperum rerum statum* significat. - עֹז, *robur.* Ps. XXVIII, 2. XCV, 7. In utroque loco עֹז est *laus, gloria,* ut arab. عز et عزة. - עֶרֶךְ, *aestimatio.* Lev. V, 15. 18. VI, 5. XXVII, 2. et alibi. - פּוּךְ, *fucus.* Ierem. IV, 30. sec. ed. *Compl.* τιμῆ. Lectio non omnino contemnenda, quanquam ex στίβη s. potius στίμη (sec. *Grotium* στίμμι) orta videatur. - שְׂאֵת, *excellentia.* Ps. LXI, 4. - *חֲסַן chald. *robur, potentia.* Dan. IV, 27. sec. cod. *Chis.* - *תְּקָף chald. idem. Dan. II, 37. sec. cod. *Chis. Ep. Ier.* 24. ἐκ πάσης τιμῆς, *carissime.* 1 Macc. I, 41. ἡ τιμὴ, *templum Hierosolymitanum,* quod in summo honore erat apud Iudaeos. Eodem modo δόξα ibid. II, 12. 1 Macc. X, 29. ἡ τιμὴ τοῦ ἁλὸς, *vectigal, quod pro salis usu pendebatur.* Hoc sensu etiam apud *Iosephum* aliquoties occurrit.

TIMH'N ΔΙ'ΔΩΜΙ, pretium do. עָרַף, *decollo,* q. d. *decervico.* Exod. XXXIV, 20. τιμὴν δώσεις αὐτοῦ. Lectio aperte corrupta. Lege mea fide: τενοντώσεις αὐτό. Vide supra s. v. τενοντόω. Secundum *Tychsenium* legerunt ערכתו seu ערכתו, coll. Num. XXV, 5.

ΤΙΜΗ'Ν ΠΕΡΙΤΙ'ΘΗΜΙ, *honorem circumpono.* הִתְכַּבֵּד Hitbp. *honore me extollo.* Prov. XII, 9. τιμὴν ἑαυτῷ περιθεὶς, *sibimet ipsi honorem deferens.* Conf. 1 Cor. XII, 23. et ad h. l. *Raphelii annotatt. Polyb.* p. 472. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΤΙΜΗ'Ν ΤΙ'ΘΗΜΙ, *honorem pono, honorem defero.* שׁוֹעַ, *dives, nobilis.* Iob. XXXIV, 19.

ΤΙ'ΜΗΜΑ, *aestimatio, pretium.* עֵרֶךְ, *pretium certum et constitutum.* Lev. XXVII, 27. *Symm.* Iob. XXVIII, 13. *Vulg. pretium.*

ΤΙ'ΜΙΟΣ, *pretiosus, honorabilis.* חֵפֶץ, *desiderium*, item per metonymiam *desiderabile.* Prov. III, 15. VIII, 11. – יַקִּירָא chald. Esdr. IV, 10. ὁ μέγας καὶ ὁ τίμιος, magnus et *honorabilis. Hesych.* τίμιος, ἔντιμος, ἔνδοξος. Conf. Act. V, 33. et ad h. l. *Alberti* p. 231. – יָקָר. Prov. VI, 26. γυνὴ δὲ ἀνδρῶν τιμίας ψυχὰς ἀγρεύει, mulier autem virorum *pretiosas* animas captat. Prov. XII, 18. κτῆμα δὲ τίμιον ἀνὴρ καθαρὸς, res autem *pretiosa* vir purus. Thren. IV, 2. οἱ υἱοὶ Σιὼν οἱ τίμιοι, filii Sionis *pretiosi.* Dan. XI, 38. λίθῳ τιμίῳ, *pretioso* lapide. *Aqu. Symm. Theod.* Prov. I, 13. – יָקַר, *pretiosus sum. Symm.* Ps. LXXI, 14. CXXXVIII, 17. τίμιον ἔσται. – מִכְלוֹל, *perfectio. Symm.* Ez. XXVII, 24. τιμίοις. – *קָרָא, *voco.* Hos. XI, 7. τίμια. Legerunt יְקָרָיו aut יְקָרֵהוּ. Prov. XX, 6. ubi pro יִקְרָא legerunt יָקָר, absumto א a litera initiali vocis sequentis אִישׁ. Τὰ τίμια, *honores, munera publica, in quibus aliquis est constitutus.* 1 Macc. XI, 27. ἔστησεν αὐτῷ τὴν ἀρχιερωσύνην, καὶ ὅσα ἄλλα εἶχε τίμια τὰ πρότερον, confirmavit eum in sacerdotio, et reliquis *honoribus*, quibus hucusque ornatus fuerat. Sap. IV, 8. γῆρας γὰρ τίμιον, οὐ τὸ πολυχρόνιον, senectus *suspicienda est* non ob annorum multitudinem.

ΛΙ'ΘΟΣ ΤΙ'ΜΙΟΣ, *lapis pretiosus.* פָּז, *aurum solidum.* Ps. XX, 3. Prov. VIII, 19. Conf. arab. فص, *lapillus pretiosus, pala annuli.*

ΤΙΜΙΩ'ΤΕΡΟΣ, compar. *pretiosior.* יָקָר, sequ. מ, idem. Prov. III, 15. – רָחוֹק מִכַּר, *longe superans pretium.* Prov. XXXI, 10.

ΤΙΜΙΩ'ΤΑΤΟΣ, superlat. *pretiosissimus.* Sap. XII, 7.

ΤΙΜΙΟΥΛΚΕ'Ω (mallem equidem Τιμουλκέω, ut ῥυμουλκέω, *fune traho, Polyb.* I, 27. III, 46. et ψυχουλκεῖσθαι, quod vide infra. Est autem τιμουλκεῖν, *iniusto pretio vendere frumentum, cui non pares sunt aliorum opes*, q. d. τιμῇ ἕλκειν τὸν σῖτον. Sc. ἕλκειν dictum est de ponderibus, quae bilancem desuper trahunt, unde et ὁλκὴ, *pondus.*), *pretium augeo, exigo.* מֹנֵעַ, *cohibeo, comprimo. Inc.* Prov. XI, 26. ὁ τιμιουλκῶν σῖτον δημοκατάρατος, qui frumenti *pretium auget*, ex-

secrabilis et invisus habetur. *Suidas: τιμιουλκῶν, ἕλκων τὴν τιμὴν, τουτέστι βαρυτιμῶν καὶ μεγαλύνων. καὶ ὁ Προφήτης· ὁ γὰρ τιμιουλκῶν τὸν σῖτον δημοκατάρατος*, ubi vid. *Küsterus*. Sic et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τιμιουλκῶν, ἕλκων τὴν τιμὴν, τουτέστι βαρυτιμῶν. Unde et apud *Hesychium* pro τιμηουλκῶν scribendum τιμιουλκῶν. Exponitur autem ibi τιμὴν αἰτῶν, ἢ ἕλκων τὴν τιμήν. Idem: τιμουλκῶν, αἰτῶν καὶ ἀπαιτῶν, ubi repetendum erit e canone *Alberti* τὴν τιμήν. Αἰτεῖν autem et ἀπαιτεῖν est *exigere vehementius, et ab invito denique extorquere*. Vide *Casaubon. ad Theophr. Char.* p. 244. Omnia haec prosunt ad constituendam aliam glossam inter eas, quas *Phavorinus* collegit: τιμιουλκῶν, ἕλκων τὴν τιμὴν, τουτέστι τιμῶν, ut legatur βαρυτιμῶν.

ΤΙΜΟΓΡΑΦΕ'Ω, *pretium describo, aestimo, taxo*. הֶעֱרִיךְ Hiph. *aestimare facio*, etiam *aestimo*. 2 Reg. XXIII, 35. ἐτιμογράφησε τὴν γῆν, *pretium describebat* terrae. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐτιμογράφησε τὴν γῆν, διετιμήσατο. *Hesych.* ἐτιμογράφησεν, ἐγγράφως καὶ ὡρισμένως αὐτοὺς ἐζημίωσεν.

ΤΙΜΩΡΕ'Ω et ΤΙΜΩΡΕ'ΟΜΑΙ, *punio, ulciscor, vindico, torqueo, crucio*. נָקַם, idem. *Inc.* 1 Sam. XIV, 24. *Symm.* et *ed. sexta* Ps. VIII, 3. ὥστε παῦσαι ἐχθρὸν καὶ τιμωροῦντα ἑαυτῷ, quo facias, ut tibi inimici esse et suas ipsimet iniurias ulcisci desinant. Nam τιμωρεῖν ἑαυτῷ est *suas iniurias ulcisci*. Potuissent laudati Intt. etiam ponere medium τιμωρούμενον. Num ut τιμωρεῖν τινι est *iniurias alicui illatas ulcisci* (vide *Eurip. Phoen.* 942.), ita τιμωρεῖσθαι notat: *ulcisci iniurias sibi illatas*. Conf. quoque *Inc.* ibidem, quem *Theodotionem* esse suspicatur *Fischerus* in *Clavi* p. 81. *Inc.* 1 Sam. XIV, 24. *Symm.* Ps. XLIII, 17. τιμωρήσομαι. – *עָבַר, *transeo*. Prov. XIX, 11. sec. *scholion* ed. *Rom.* δικαίου καύχημα τιμωρήσασθαι παρανόμους. Sc. עָבַר etiam notat *obruere, irruere, opprimere*. Vide ad h. l. *Iaegerum*. – שִׁכֵּל Pih. *orbo*. Ezech. V, 17. τιμωρήσομαί σε, *puniam* te. Vide et Ezech. XIV, 15. et conf. Sap. XVIII, 18. – שֹׁרֶשׁ, *radix*. Iud. V, 14. ἐτιμωρήσατο αὐτοὺς, *ultus est* illos. Cogitasse mihi videntur de praeterito Pihel שֵׁרֵשׁ, *eradicavit*. Sap. XII, 20. ἐτιμώρησας, *punivisti*. 2 Macc. VII, 7. πρὸ τοῦ τιμωρηθῆναι τὸ σῶμα κατὰ μέλος, antequam *cruciaretur* corpus singulis membris. *Suidas*: τιμωρῶ σε, ἀντὶ τοῦ βασανίζω.

ΤΙΜΩΡΗΤΗ'Σ, *punitor, ultor, vindex*. 2 Macc. IV, 16. τούτους πολεμίους καὶ τιμωρητὰς ἔσχον.

ΤΙΜΩΡΙ'Α, *punitio, ultio, poena*. מַהֲלֻמּוֹת, plur. *contusiones*. Prov. XIX, 29. – נְקָמָה, *ultio*. *Symm.* Ps. XVII, 49. ὁ παρασχὼν τιμωρίας ἐμοὶ, *qui meas iniurias ultus est*, s. *ultor iniuriarum mearum*. – פִּיד, *interitus*. Prov. XXIV, 22. – שְׁלוֹמִים, *paces, pacifice degentes*. *Symm.* Ps. LXVIII, 23. Legit לְשִׁלּוּמִים, quod *retributiones* notat, et quidem in utram-

que partem. – חֲמְרוּרִים plur. *obelisci, pyramides.* Ierem. XXXI, 21. Deducentes a מָרַר, *amarum esse*, fortasse sensum expresserunt. Certe *Vulg.* habet *amaritudines.* Fieri tamen potuit, ut sonum vocis hebr. magis respexerint, quam significationem, quod alibi quoque factum est. Praeterea legitur quoque Dan. II, 18. sec. cod. *Chis.* ubi *τιμωρίαν ζητῆσαι* (quibus aut nihil in textu respondet, aut vox רַחֲמִין, *misericordiae.*) exponendum est: *ut auxilium quaererent.* Sic *τιμωρία* exhibetur apud optimos scriptores. Vide notas ad *Herodotum* lib. III. c. 148. et ad *Thom. Mag.* v. *τιμωρῶ*: *τιμωρῶ ἐνεργητικῶς ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ μὲν τὸ βοηθῶ – ἐστὶ δὲ καὶ τοῦτο μόνων ποιητῶν. Τιμωρία καὶ ἡ κόλασις, καὶ ἡ βοήθεια.* 3 Esdr. VIII, 24. In textu chald. Esdr. VII, 26. est שְׁרשׁוּ, *eradicatio.* Sap. IX, 12. *Hesych.* *τιμωρία, πρότιμον, ἀνταπόδοσις, κόλασις.*

ΤΙ'ΝΑΓΜΑ, concussio, quassatio, vibratio. חָזִיז, *coruscatio.* Iob. XXVIII, 26. *ὁδὸν ἐν τινάγματι φωνάς.* Lege: *ὁδὸν ἐν τινάγματι* (seu *ἐντινάγματι*) *φωνῆς* seu *φωνῶν*, ut sit descriptio fulguris tonantis.

ΤΙΝΑ'ΣΣΩ, quatio, concutio. חָבַט, *excutio, decutio.* Ies. XXVIII, 27. – נָטַשׁ, *dimitto, missum facio. Inc.* 1 Sam. X, 2. *τετίνακται.* Suspecta mihi est haec lectio. Quanquam enim *Montfauconius* sine dubio sensus causa eam in versione latina per *excussit* interpretatus est, tamen satis constat, *τινάσσειν* nihil aliud quam *quatere, concutere* significare. Ergo necessario legendum est vel *ἀποτετίνακται*, quod LXX posuerunt, vel, quod magis placet, *ἐκτετίνακται.*

ΤΙ'Σ, ΤΙ'Σ, aliquis, quis, qui, utinam quis. אחד: אֶחָד, *unus.* Gen. XXVI, 10. 2 Par. XVIII, 7. – *אֵיפֹה, *ubi.* Iud. VIII, 18. sec. *Oxon.* *τίνες*, h. e. *quales?* quam significationem h. l. quoque אֵיפֹה habet, ut ex responsione apparet. – אִישׁ, *vir.* Gen. XIII, 16. Exod. II, 1. 11. et alibi saepius. – אֲנָשִׁים plur. *viri, homines.* Exod. XVI, 20. Ierem. XXXVII, 9. – ה praefixum. Cohel. IV, 10. *εἷς τὶς, unus aliquis.* – *מָה, *quid.* Iob. VI, 25. ubi cum *Syro, Chald.* et *Arabe* legerunt ימי. – מִי. 1 Sam. X, 12. Ps. XIII, 8. et Ierem. IX, 1. *τίς δώσει;* quis dabit? h. e. *utinam quis daret!* Ita et Sir. XXII, 30. Conf. Iob. VI, 8. ubi מִי redditur *εἰ γὰρ, utinam enim.* Conf. et Rom. VII, 25. Cohel. V, 9. *τὶς ἠγάπησεν ἐν πλήθει αὐτοῦ* (sic enim legendum videtur ex Cod. Alex. pro *αὐτῶν*) *γέννημα, qui* amat in multitudine suum proventum. Sic et *τὶς* pro articulo *ἢ* usurpatur *Callimacho Epigr.* 30. *Ἐχθαίρω τὸ ποίημα τὸ κυκλικὸν, οὐδὲ κελεύθῳ χαίρω, τὶς πολλοὺς ὧδε καὶ ὧδε φέρει*, odi poema cyclicum, neque via laetor, *quae* multos huc et illuc fert. Confer quae ad h. l. ex *Sophoclis Scholiasta* et *Nossidis* Epigrammate notat *Bentleius* p. 204. – מַן imper. Pih. ex מָנָה, *para.* Psalm. LX,

7. Ex nonnullorum sententia legerunt מָן a rad. מָנַן. Sed etiam in l. Syr. et Chald. מן ponitur pro מִי. Sir. XI, 19. τίς καιρὸς, *quantum* temporis. *Vulgatus* aut legit ὅτι, aut τίς pro ὅτι accepit. Sir. XII, 13. τίς ἐλεήσει; *nemo* miserebitur, scilicet quia ipsi sibi hoc malum per malorum consortium accersiverunt. Sir. XVI, 17. *qualis*, *quis*. *Susann.* 54. ὑπὸ τί δένδρον pro ὑπὸ ποίῳ δένδρῳ, *sub qua arbore*, coll. v. 58. Interdum omittitur τὶς, ut Latinorum *qui* vel *quidam*, v. c. Iudith. XI, 14. coll. *Polyb.* VIII, 13, 1. *Suidas: τίς*, ἀντὶ τοῦ, οὐδείς. *Δαβίδ* (Ps. LXXXII, 1.)· ὁ Θεὸς, τίς ὁμοιωθήσεταί σοι κ.τ.λ.

ΤΙ'Σ Δ' ἌΡΑ, *utinam aliquis*. מִי יִתֵּן, *quis dabit?* vel: *utinam quis daret!* Iob. XXIII, 3. τίς δ' ἄρα γνοίη, *utinam* aliquis sciret.

**ΤΙ'Σ ΠΟΤΕ*, *quis unquam*. פַּלְמוֹנִי, *quidam*. *Symm.* Dan. VIII, 13.

**ΚΑΤΑ' ΤΙ'*. לָמָּה, *quare*. 1 Sam. IV, 3.

ΤΙΤΑ'ΝΕΣ, *titanes*, *gigantes*. רְפָאִים. 2 Sam. V, 18. mentio fit κοιλάδος τιτάνων, quae *Iosepho A. I.* VII, 4. κοιλὰς γιγάντων dicitur. *Incert.* 2 Sam. XXIII, 13. τιτάνων. *Vulg.* *gigantum*. Adde Iudith. XVI, 5. υἱοὶ τιτάνων, filii *gigantum*. Qui in fabulis Graecorum alias Titanes fuerint, vide apud *Gurtlerum* in *Orig. Mundi* lib. I. c. 16. p. 219.

ΤΙΤΘΗ', *nutrix*. מֵינֶקֶת part. foem. Hiph. a יָנַק, idem. *Aqu.* Gen. XXIV, 59. τὴν τιτθήν. *Hesych.* τιτθή, τιτθὸς, μαστὸς ἢ τροφός. Conf. *Nunnesium* et *Hoeschelium* in *Phrynichum* p. 54.

ΤΙΤΘΟ'Σ, *mamma*, *uber*. דַּד, idem. *Aqu.* Prov. V, 19. et VII, 18.

ΤΙΤΡΑ'Ω vel *ΤΙ'ΤΡΗΜΙ*, *terebro*, *perforo*. *יָצַר, *figuro*, *formo*. Ies. XLIV, 12. sec. cod. *Alex.* ἔτρησεν. — נָקַב, *perforo*. 2 Sam. XII, 9. XVIII, 21. Iob. XL, 19. — עָמִיק, *profundus*. *Al.* Prov. XXIII, 27. πίθος τετρημένος, dolium *perforatum*.

ΤΙΤΡΩ'ΣΚΩ, *vulnero*, *confodio*, *percutio*, *percello*, *penetro*. דָּכָא Pih. *contero*. Iob. VI, 9. — הִבְרִיחַ Hiph. *fugo*. Iob. XLI, 20. οὐ μὴ τρώσει αὐτὸν τόξον χάλκειον. Sensum expresserunt. — הָלַךְ, *eo*, *vado*. Iob. XVI, 6. τί ἔλαττον τρωθήσομαι, quid minus *vulnerabor*, aut *sentiam dolores ex vulneribus meis*. Hanc enim significationem habet h. l. vox τιτρώσκεσθαι. Caeterum sponte apparet, LXX h. l. sensum secutos esse. Nam in textu hebr. legitur: *quid a me abibit?* h. e. secundum sensum: *non minuetur dolor meus*. — חָלָה, *aegroto*. 1 Reg. XXII, 34. ὅτι τέτρωμαι, quod *vulneratus sum*. *Al.* τετραυμάτισμαι. Cant. II, 5. τετρωμένη ἀγάπης, *vulnerata amore*. Vide et Cant. V, 9. ac *Achill. Tat.* lib. II. c. 7. *Hesych.* τετρωμένη, πληγεῖσα. — *חוּל. *Symm.* Thren. IV, 6. ἔτρωσαν, ubi חָלוּ, *resederunt*, deduxit a חָלַל. — חָלָל, *confossus*. *Inc.* (sine dubio *Symmachus*, certe ex sententia *Montfauconii*)

et LXX Ios. XI, 6. *παραδίδωμι τετρωμένους αὐτοὺς πάντας*, trado *confossos* illos omnes. Vide et Num. XXXI, 19. *Gloss. in Octat. τετρωμένους, νενικημένους.* Prov. VII, 25. *Symm.* Iob. XXXIX, 30. *σάρκες τετρωμένων*, carnes *caesorum s. occisorum*. LXX *τεθνεῶτες*, *cadavera*. – חִלֵּל Pih. *saucio*. *Al.* Ezech. XXVIII, 9. *τιτρωσκόντων*. – חָלַף, *pertranseo, transverbero*. Iob. XX, 24. Sermo autem ibi est de *sagittis*. – כָּתַת, *contundo*. Deut. I, 44. *ἐτίτρωσκον ὑμᾶς, percutiebant* vos. Conf. Iudith. XVI, 10. *Lex. Cyrilli MS. Brem. τιτρώσκω, πλήττω. Suidas: τετρωμένον, βεβλημένον.* – מַדְקֵרָה, *transfossio*. Prov. XII, 19. – מָחַץ, *contundo, concutio*. Iob. XXVI, 12. *ἐπιστήμη δὲ ἔτρωσεν* (sic enim legendum pro *ἔστρωσεν*. Vide in v. *στρωννύω*.) *τὸ κῆτος*, scientia autem *vulneravit* cetum. Apud *Hesychium ἔτρωσεν* exponitur *ἔβλαψεν, ἔφθειρεν*. Vulgo ibi haec glossa male coniungitur cum *ἐτρώθη, ἐπλήγη*. – עָרַץ, *consternor*. Deut. VII, 21. *οὐ τρωθήσῃ ἀπὸ προσώπου αὐτῶν*, non *percellaris* a facie illorum. – *רָחוֹק. Iob. XXXVI, 25. *ὅσοι τιτρωσκόμενοι εἰσὶ*, ubi in textu hebr. legitur יַבִּיט מֵרָחוֹק, *intuebitur a longe*. Scil. ante יַבִּיט suppleruut אֲשֶׁר. Loco מֵרָחוֹק autem legerunt מַדְקֵרָה, *transfossionem*, aut simile vocabulum. *Videre transfossionem* autem notat *vulneratum esse*, ut *videre mortem*, *mori*. Est autem haec admodum inepta interpretatio. – שָׁחוּט, verbale, *ductum, tractum*. Ierem. IX, 8. ubi tamen vox hebr. rectius vertitur *penetrans sagitta*, a rad. شخط in III. Coni. *intravit et penetrante vulnere confodit*. – Praeterea legitur Prov. XII, 18. apud LXX (quorum versio mihi ita refingenda esse videtur: *τιτρώσκοντες ὡς μάχαιραι*, ut ex parte quoque in *Ald.* et *Compl.* legitur, aut: *οἵτινες τιτρώσκουσι ὡς μάχαιραι*), qui *τιτρώσκουσι* de suo addiderunt. Adde Iob. XXXVI, 14. *ἡ δὲ ζωὴ αὐτῶν τιτρωσκομένη ὑπὸ ἀγγέλων*, quae verba in Hexaplis protulit *Montfauconius* cum hac nota codicis *Colbertini: οὐ κεῖται παρ' ἑβραίοις τὸ ἡμιστίχιον.* Falsum hoc est, ut recte monuit *Sabaterius*, nam, excepta voce *τιτρωσκομένη* (quae est merum supplementum), omnia habentur in Hebraeo, modo quod loco בַּקְּדֵשִׁים LXX legerint קְדוֹשִׁים, *sanctorum*, *ὑπ' ἀγγέλων*. *Semlerus* conicit legendum *τελισκομένη*, ut alibi Deut. XXIII, 18. 2 Macc. III, 16. *τιτρώσκεσθαι τὴν διάνοιαν, percelli* mente. 2 Macc. XI, 9. *σιδηρᾶ τείχη τιτρώσκειν*, muros ferreos *perforare s. frangere*. Sic *τρώματα* tribuuntur *navibus fractis* ab *Herodoto* lib. VI. p. 445. Adhibetur quoque *τρῶμα* de *calamitate in proelio accepta* ab *Herodoto* l. I. p. 9. l. IV. p. 352. et lib. V. p. 436. – Vide quoque supra s. v. *ἄγγελος*.

ΤΙ'Ω, *pendo, solvo*, et *Τίομαι* med. *ulciscor*. נָקַם Niph. *Symm.* 1 Sam. XVIII, 25. *τίσασθαι*. – קוּם, *surgo*. Prov. XXIV, 22. *τίσονται τοὺς ἀσεβεῖς, ulciscentur* impios. Ita *Bie-*

lius. Sed τίσονται respondet ibi formula יָקוּם אֵיד, *consurget exitium*, et ἀσεβεῖς respondet affixo ם. - שִׁלֵּם Pih. *retribuo.* Prov. X, 22. τίσομαι τὸν ἐχθρὸν, *ulciscar* inimicum. *Hom. Il.* γ', 279. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τίσομαι, τιμωρήσομαι, ἀποτίσω. *Suidas:* τίσομαι, τιμωρήσομαι, ἀποτίσω. - שָׁקַל, *pondero*, *pendo*, etiam *solvo*. 1 Reg. XX, 39. τάλαντον ἀργυρίου τίσεις, talentum argenti solves. - Vide alibi Ζημία.

ΤΛΑ'Ω, *fero, perfero, tolero.* נָשָׂא, idem. Prov. IX, 12. μόνος ἂν τλήσεις κακὰ, solus feres mala. Conf. notata in v. ἀντλέω.

*ΤΜΗ͂ΜΑ, *segmentum, portio, sectio.* Reperitur haec vox in *Ed. Quinta* Ps. LXXIV, 8. ubi nihil in textu hebr. respondet. In universum arbitror, verba ἀνατολῶν ἔρημα. ὄρη τε νότια καὶ βόρεια τμήματα nihil aliud esse, quam merum scholion Commentatoris ad verba ἐρήμων ὀρέων, quod h. l. in *Hexapla* irrepsit. Praeterea legitur pro גֶּזֶר, *segmentum, pars*, apud *Inc.* Psalm. CXXXV, 13. εἰς τμήματα (quod nescio an ex *Aqu.* εἰς ἀποτμήματα sit subortum. *K.*), ubi *Symmachus* τομὴν posuit. *Philoxen. Gloss.* τμῆμα, *sectio.*

ΤΜΗΤΟ'Σ, *sectus*, *incisus*. גָּזִית, *caesio*, *caesura*, Exod. XX, 25. ubi loco τμητοὺς repone τμητῶν, *ex lapidibus quadratis.*

ΤΟΙΓΑΡΟΥ͂Ν, *quapropter.* גַּם, *etiam.* *Aqu. Theod.* Iob. VII, 11. Alibi quoque גַּם per *itaque, igitur* reddendum est, v. c. 1 Sam. XII, 16. et Psalm. LXXI, 26.

*ΤΟΙ'ΝΥΝ, *igitur.* Sap. I, 11. VIII, 9. 4 Macc. I, 13. *Hesych.* τοίνυν, διὰ τοῦτο.

ΤΟΙΟΥ͂ΤΟΣ, *talis.* עֲמָמֻהוּ, *absconderunt eum.* Ezech. XXXI, 8. Forte legerunt כָּמוֹהוּ. - *הֵן. Iob. XL, 4. τοιαῦτα. Acceperunt pro הֵנָּה, *ista.* 3 Esdr. I, 20. respondet hebr. כָּמוֹהוּ, coll. 2 Par. XXXV, 18. 3 Esdr. I, 20. hebr. כ, coll. 2 Par. XXXV, 18. 3 Esdr. VIII, 87. hebr. כָּזֹאת, coll. Esdr. IX, 13.

ΤΟΙ͂ΧΟΣ, *paries.* אַרְמוֹן, *palatium.* Ies. XXIII, 13. *muros aedium* seu *palatiorum.* - בַּיִת, *domus.* 1 Reg. VI, 16. - גַּג, *tectum.* Ezech. XL, 14. ubi tamen loco τὸν τοῖχον legendum est τὸ τέγος. - גָּדֵר, *sepes.* Ies. V, 5. - *דָּיֵק, *vallum.* *Aqu.* 2 Reg. XXV, 1. Vide supra s. v. τεῖχος. - חוֹמָה, *murus.* *Al.* Ies. XXV, 12. τοίχου. *Aqu. Theod.* Ezech. XL, 5. - חַיִץ, *paries luteus.* Ezech. XIII, 10. - כֹּתֶל, *paries*, a rad. arab. كتل, *coegit in unum*, it. *cohibuit, prohibuit.* Cant. II, 9. *Vulg. paries.* - *כְּתַל et in plur. כֻּתְלַיָּא chald. idem. Esdr. V, 8. Dan. V, 5. - פֶּרֶץ, *ruptura.* *Symm.* Ies. LVIII, 12. ubi notat *muros ruinosos.* - *קִיר, nomen proprium urbis, quod pro nomine appellativo קִיר, *paries*, acceperunt. *Aqu. Symm.* Ierem. XLVIII, 31. ac *Theodot.* Amos. IX, 7. - קִיר,

paries. Exod. XXX, 3. Lev. V, 9. XIV, 37. 40. et alibi saepius. 3 Esdr. VI, 9. chald. כְּתַל, collato Esdr. V, 8.

TOKÁΣ, quae peperit et enixa est, quae brevi paritura est, gravida, foecunda, puerpera, genetrix. אֻרְוָה, *stabulum.* 1 Reg. IV, 26. τοκάδες ἵπποι, *equae foetae,* quasi הָרוֹת aut הֵרָיוֹת legerint, aut quia equae foetae in stabulis detineri solent. *Hesych.* τοκὰς, ἡ γεννῶσα. Vid. *Hemsterhus.* ad *Lucian. Deor. Dial.* IX. p. 228.

TOKETÒΣ, partus, puerperium, nativitas. *לֵדָה, idem. *Aqu. Symm. Theod.* et *Ed. Quinta* Hos. IX, 11. et 13. ἀπὸ τοκετῶν. LXX ἐκ τόκων. - לֶדֶת infin. a יָלַד, *parere.* Gen. XXXV, 16. Iob. XXXIX, 1. 2. Sirac. XXIII, 19. μήποτε τὴν ἡμέραν τοῦ τοκετοῦ σου καταράσῃ. *Vulg. ne diem nativitatis tuae maledicas.*

TÓKOΣ, partus, it. *usura, foenus.* it. *dolus, fraus.* לֵדָה, *partus.* Hos. IX, 13. - נֹשֶׁה, *debitum.* 2 Reg. IV, 7. - *נֶשֶׁךְ, *debitum.* Levit. XXV, 37. τὸ ἀργύριόν σου οὐ δώσεις ἐπὶ τόκῳ, argentum tuum non dabis ad *usuram.* Vide et Ps. XIV, 6. Ezech. XVIII, 18. Deut. XXIII, 20. οὐκ ἐκτοκιεῖς τῷ ἀδελφῷ σου τόκον ἀργυρίου, καὶ τόκον βρωμάτων, καὶ τόκον πράγματος παντὸς, non foenerabis fratri tuo ad *usuram* pecuniam, nec fruges, nec quamlibet aliam rem. 2 Reg. IV, 7. τόκος *ipsam summam pecuniae debitam una cum usuris* notat. Dicta autem est *usura* τόκος a τίκτω, *pario,* quia est quasi partus pecuniae. Nempe τόκος proprie significat *partum s. filium. Artemidorus Oneirocr.* lib. IV. c. 32. τόκος καλεῖται πᾶς ὁ γεννώμενος παῖς. Sic et in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* exponitur υἱὸς, et *Hesychio* γέννησις. Inde ergo *usura* τόκος dicta est. *Aristoteles* in *Politicis:* Ὁ δὲ τόκος αὐτὸ (νόμισμα nempe) ποιεῖ πλέον, ὅθεν καὶ τοὔνομα τοῦτ' εἴληφεν. ὅμοια γὰρ τὰ τικτόμενα τοῖς γεννῶσιν αὐτά ἐστιν. ὁ δὲ τόκος γίνεται νόμισμα νομίσματος. Vide *Spanhemii not. ad Aristoph. Nub.* v. 18. et v. 1291. Confer quoque de hac voce notata supra in v. πλεονασμός. - תֹּךְ :: תָּוֶךְ, *dolus, fraus.* Ps. LIV, 11. LXXI, 14. In posteriori loco *Koehlerus* coniicit legendum ἐκ δόλου. Sed in aliis quoque locis תֹּךְ per τόκος a LXX redditur. Conf. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. II. c. 10. p. 231. - *תּוֹךְ pro תָּוֶךְ, *medium.* Ierem. IX, 6. Hic quoque legerunt תֹּךְ, *dolus.* - *תֶּךְ. Sunt ultimae literae vocis שִׁבְתְּךָ, *habitatio tua.* Ierem. IX, 6. Hic quoque legerunt תֹּךְ. *Suidas:* τόκος, εἶδος πλεονεξίας.

TOΛMÁΩ, audeo, sustineo, obfirmo. הֵעֵז Hiph. ab עָזַז, *obduro, roboro. Symm.* Prov. VII, 13. ἐτόλμησε πρόσωπον αὐτῆς, *obfirmabat* faciem suam. Ita *Bielius.* Mallem ita vertere: *audacem,* h. e. *impudentem ac petulantem, reddebat faciem suam,* aut, si, quod coniicere aliquis posset, legeretur προσώπῳ, *impudenter se gessit facie sua.* - לָקַח, *capio.*

Iob. XV, 12. τί ἐτόλμησεν ἡ καρδία σου; quid *audet* cor tuum? Sc. לָקַח habet quoque notionem *extollendi*, unde a *Symm.* ac *Theod.* h. l. per ἐπαίρεσθαι redditur. *Elatio cordis* autem est *superbia.* – מָלֵא לֵב, *impleo cor.* Esth. VII, 5. τίς οὗτος, ὅς ἐτόλμησε ποιῆσαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο; quis hic, qui *audet* hoc facere? *Aquila* (?) Cohel. VIII, 11. 3 Macc. III, 21. τολμήσαντες ἐξαλλοιῶσαι, cum id *laboraremus* (s. *aggrederemur*), ut Iudaeos ad graecos mores traduceremus. Vide *Grotium* ad h. l. et Rom. V, 3.

ΤΌΛΜΗ, *audacia*, it. *fortitudo*, *vis et virtus bellica.* אֵימָה, *terror.* Iob. XXXIX, 20. δόξη στηθέων αὐτοῦ τόλμῃ, sc. περιέθηκας. Ita ed. *Londinensis.* Non male. Conf. *A. Schultensii Comment. ad Prov.* XX, 2. p. 217. – מַחֲשָׁבָה וּמְזִמָּה, *cogitatio et molitio scelerata.* Iob. XXI, 27. ὅτι τόλμῃ ἐπίκεισθέ μοι. Ita *Bielius Trommium* secutus. Mihi videntur verba graeca vertenda esse *vos audacter mihi insistitis*, ita ut τόλμῃ tantum respondeat hebr. מְזִמָּה, quod h. l. *molitiones*, *machinationes* notat. Vide supra s. v. ἐπίκειμαι. Vide et Iudith. XVI, 8. et 2 Macc. VIII, 18. in quo posteriori loco tamen τόλμῃ rectius per *fortitudinem*, *vim et fortitudinem bellicam* redditur, praeeunte *Syro.* *Suidas:* τολμηρός· τὸν τολμηρὸν εἰς τὸν ἀνδρεῖον μεταλαμβάνουσιν.

ΤΟΛΜΗΡΟ'Σ, *audax*, *scelestus*, *homo nequam.* Sir. VIII, 18. τολμηρός, *temerarius*, *audax*, *ferus.* Sirac. XIX, 2. homo scortationi deditus τολμηρότερος ἔσται, *ad omne scelus pronus fit*, *audacior* nempe s. *confidentior ad omnis generis facinora et scelera perpetranda.* *Vulg. erit nequam.* Sic quoque v. 3. In Exemplo *Camerarii*, quod *Oporinus* excudit, legitur πονηρότερος ἔσται. Simili modo θρασύς Sir. XXII, 5. et chald. טלימא s. טלוֹפָא Prov. VI, 12. usurpatur.

ΤΟΛΥ'ΠΗ, *lana carpta et pexa*, it. secundum *Suidam* ἀγρία κολοκύνθη, *colocynthis sylvestris*, *cucurbita agrestis.* פַּקֻּעֹת plur. *colocynthides*, *cucumeres agrestes.* 2 Reg. IV, 39. συνέλεξαν ἀπ' αὐτῆς τολύπην ἀγρίαν, colligebant ab illis *cucurbitam agrestem.* *Gloss. in lib. IV. Reg.* τολύπη, βοτάνη δηλητήριος. Ita in *Cod. MS. Bodleiano.* In *Cod. Fabric.* vitiose δηλητήρειος. *Suidas:* τολύπη, ἀγρία κολοκύνθη. Scribo potius: τολύπη ἀγρία, κολοκύνθη. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* τολύπη, βοτάνη, τροφὴ χοίρων. Conf. *Ol. Celsii Hierobot.* T. I. p. 404.

ΤΟΜΗ', *sectio*, *incisio.* *גֶּזֶר, *segmentum*, *pars.* *Symm.* Ps. CXXXV, 13. – זָמִיר, *cantus avium varie incisus.* Cant. II, 12. – *נֶחֱרָצָה, *decisa* seu *decisio.* *Aqu.* et *Symm.* sec. cod. *Chis.* Dan. IX, 27. Vide s. v. τέμνω. – תְּמוּרָה, *permutatio*, h. l. *finis.* Iob. XV, 32. Incisione finis imponitur.

ΤΟΜΙ'Σ, quod *secandi vim habet*, *quo aliquid secatur.* מַאֲכָלֹת, *culter.* Prov. XXX, 14. ἔγκοπον υἱκὸν (ὡς) μαχαίρας

ὀδόντας ἔχει, καὶ τὰς μύλας τομίδας, generatio mala dentes habet ut gladios, et molares *secandi vim habentes.* Graecis alias dentes quatuor medii τομεῖς vocantur. *Pollux* lib. II. cap. 4. *segm.* 91. οἱ δὲ ὀδόντες ταῖς γένυσιν ἐμπεφύκασι δύο καὶ τριάκοντα, ἑκκαίδεκα ἑκατέρᾳ σιαγόνι ἐγγεγομφωμένοι. ὧν οἱ μέσοι τέσσαρες καλοῦνται τομεῖς, καὶ διχαστῆρες, καὶ κτένες, καὶ γελάσινοι· τὸ μὲν, ὅτι τέμνουσι τὴν τροφὴν καὶ διαιροῦσι καὶ διχάζουσι τὸ προσπεσὸν κ. τ. λ.

ΤΟ'ΜΟΣ, *segmentum, frustum scissione ablatum*, it. *volumen, liber.* מְגִלָּה, idem. *Symm.* Ierem. XXXVI, 2. 3 Esdr. VI, 23. ubi loco τόπος (quod *Vulgatus* et *Syrus* tuentur) e quibusdam Codd. rescribendum est τόμος. Verba sunt: καὶ εὑρέθη τόπος εἷς, ἐν ᾧ ὑπεμνημάτιστο τάδε. Respondet ibi chald. מְגִלָּה, *volumen*, coll. Esdr. VI, 2. *Iosephus* quoque *A. I.* XI, 4. p. 557. βιβλίον habet. Vide tamen infra s. τόπος. *Suidas:* τόμος, ὁ χάρτης. Ita et apud *Hesychium* exponitur, ubi in not. citatur *Salmasius* in *Vopisc.* p. 446. Conf. et *Heimmanni Id. System. Antiqu. literar.* p. 603.

ΤΟ'ΜΟΣ ΧΑ'ΡΤΟΥ, *segmentum* vel *volumen libri.* גִּלָּיוֹן, *volumen.* Ies. VIII, 1. λάβε σεαυτῷ τόμον καινὸν μέγαν. Al. ibi habent τόμον καινοῦ μεγάλου, al. τόμον χάρτου καινοῦ μεγάλου. Sed cum nihil sit in textu hebr., quod voci καινοῦ respondeat, et pro χάρτου in MS. καινοῦ facile legi potuerit, immo alias etiam vitiosa lectio genuinae apud LXX addita reperiatur, illos primum scripsisse putat *Bieltus:* λάβε σεαυτῷ τόμον χάρτου μέγαν, sume tibi volumen libri magnum.

ΤΟΝΘΡΥΣΤΗ'Σ (aut potius τονθορυστής), *murmurator, susurro, delator.* נִרְגָּן part. Niph. idem. *Aqu.* Prov. XVI, 28. XXVI, 20. et 22. – מָדוֹן, *contentio.* *Aqu.* Prov. XXVI, 21. Caeterum contractum est ex τονθορυστής, a verbo τονθορύζω, quod magis Atticum putatur, quam τονθρύζω. Agnovit illud *Drusius*, probante *Hemsterhusio* ad *Thom. Mag. Ecl. Attic.* p. 857.

*ΤΟ'ΝΟΣ, *tenor, intensio, et id, quo quid intenditur.* 4 Macc. VII, 13. λελυμένων τῶν τοῦ σώματος τόνων, ubi *Lat. Int.* *corporis vigore flaccido.* *Zonaras Lex.* col. 1736. τόνος, ἡ δύναμις κ. τ. λ. *Philoxeni Gloss.* τόνος, *tonus, accentus, tentigo, tenor.*

ΤΟ'ΞΕΥΜΑ, *quod arcu emissum est, sagitta, iaculum,* proprie *sagittatio, ictus seu iactus sagittae.* חֵץ. Gen. XLIX, 23. Prov. VII, 23. XXV, 18. et alibi. – קֹשְׁטְ, *veritas.* *Symm.* Ps. LIX, 6. ubi non legit קֶשֶׁת, ut nonnulli statuerunt, sed *Aramaeis* קְשַׁט est *iaculari*, unde קַשְּׁתָנוּת, *arcus.* – קֶשֶׁת, *arcus.* Ies. VII, 24. XIII, 18. XXI, 15. Conf. quoque 2 Macc. X, 30.

ΤΟΞΕΥ'Ω, *iaculor, sagittas emitto.* יָרָה, idem. Ierem. L, 14. *Theod.* Exod. XIX, 13. τοξευόμενος, *sagittis confixus.*

- יָרָה : הוֹרָה, Kal et Hiph. 2 Sam. XI, 24. 26. 2 Reg. XIII, 17. 2 Par. XXXV, 23.

ΤΟΞΙΚΟ'Σ, *arcuatus* vel *sagittarius*. אָטֻם, *clausus, angustus*. *Symm.* Ezech. XL, 16. τοξικαὶ θυρίδες. Ita *Bielius*: sed male. Pertinet potius haec vox ad חַלּוֹנוֹת, a חָלַל, *perforare, aperturae parietis*, quasi *sagittis perforatae ac transfixae*. Hinc τοξικαὶ dictae fenestrae obliquae, quod instar sagittarum angustum in aedes lumen immittant, et intrinsecus dilatentur, ut verbis *Hieronymi* utar. Conf. ex *Hieronymo* notata in voce κρυπτὸς et *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. VI. c. 13. p. 734. *Bonfrerius* in Iud. V, 28. p. 271., *Hieronymi* coniectura de θυρίσι τοξικαῖς exposita, addit: Quanquam nihil vetaret τοξικὰς appellari, quod per eas sagittarii securi in hostes sua iacula mitterent. At *Steph. le Moyne Obs. ad V. S.* p. 703. credit potius, vocem τοξικὸς fuisse latioris significationis, et τόξον non tantum notare *arcum*, sed etiam *omne, quo tela vel lapides eiaculantur et emittuntur*. Sic funda, addit, et σφενδόνη etiam inter τοξικὰ recenseri poterit, qua lapides iacerentur et contorquerentur. Et τοξικὸν erit etiam σφενδονικόν. Θυρίδες ergo τοξικαὶ erunt σφενδονικαὶ, reticulatae, δικτυωταὶ, instar fundarum et σφενδονῶν, quae revera sunt reticulatae et operis implexi et implicati. Possunt τοξικαὶ θυρίδες quoque verti *fenestrae arcuatae*, h. e. quarum superior pars incurva est instar arcus, cuiusmodi hodie sunt quam plurimae in aedibus sacris. - *אֶשְׁנָב, *spiraculum, foramen apertum, per quod aura frigidior perspirat*. Iud. V, 28. ἐκτὸς τοῦ τοξικοῦ, extra *sagittarium*. *Vulg. de coenaculo*.

ΤΟ'ΞΟΝ, *arcus*, it. *sagitta*, it. *iris*. אוֹר, *lux, lumen*. *Al.* Iob. XXXVI, 30. *Chrys.* ad h. l. ἕτερα δὲ ἀντίγραφα ἀντὶ τοῦ ἠδὼ, τόξον ἔχουσιν, ubi per τόξον sine dubio *arcus coelestis* s. *iris* intellegi debet. - אַשְׁפָּה, *pharetra*. Iob. XXXIX, 23. - חֵץ, *sagitta*. 2 Reg. XIII, 18. 1 Par. XII, 2. Ps. LXIII, 3. - יוֹרֶה part. *iaculans*. 1 Par. X, 3. - קֹשֶׁט, *veritas*. Ps. LIX, 6. Vide supra s. τόξευμα. - קֶשֶׁת, *arcus*. Gen. IX, 13. 14. XXI, 16. et alibi saepius. - בֶּן קֶשֶׁת, *filius arcus*. Iob. XLI, 20. τόξον χάλκειον, *sagitta aerea*. - *נֹשֵׁק קֶשֶׁת, *armatus arcu*. 1 Par. XII, 2. τόξῳ. Scribendum est τοξόται, sequitur enim σφενδονῆται. *Complut.* habet: ἐντείνοντες τόξον. In Libris Apocryphis V. T. τόξον dicitur κατ' ἐξοχὴν *iris*, hebr. קֶשֶׁת בֶּעָנָן Gen. IX, 14. Vide Sir. XLIII, 12. L, 7. *Hesych.* εἴρη, ἡ τοῦ ἡλίου ἐν ταῖς νεφέλαις χρόα, τὸ λεγόμενον τόξον. *Lexicon MS. e Cod. Colbert.* 6076. ἶρις, νέφος ὑγρὸν κατὰ ἔμπτωσιν τοῦ ἡλίου πεποικιλμένον, ὃ καλεῖται τόξον. *Basilius M. Epist. ad Gregor. fratr.* p. 299. τόξον, ὅπερ ὁ κοινὸς λόγος ἶριν εἴωθεν ἐπονομάζειν. Eodem modo etiam apud Latinos *arquus* sumitur. *Lucret.* lib. VI. v. 525. *tum color in nigris extabat nubibus*

arqui. Hesychius: τόξον, κυρίως αὐτὸ τὸ τόξον. δηλοῖ δὲ καὶ τὴν τοξικὴν ἐμπειρίαν, καὶ αὐτὰ τὰ βέλη.

ΤΟΞΟ'ΤΗΣ, sagittarius, iaculator. יוֹרֶה: מוֹרֶה, part. Kal et Hiph. *iaculans.* 1 Par. X, 3. 2 Par. XXXV, 23. - אֲנָשִׁים בַּקֶּשֶׁת, *viri in arcu*, h. e. *arcu instructi* aut *armati.* 1 Sam. XXXI, 3. - דֹּרֵךְ קֶשֶׁת, *calcans arcum.* 2 Par. XIV, 8. - נֹשֵׁק קֶשֶׁת, *armatus arcu.* 2 Par. XVII, 17. - רֹבֵה קַשָּׁת, *iaculans arcu.* Gen. XXI, 20. - תֹּפֵשׂ קֶשֶׁת, *prehendens arcum.* Amos. II, 15. - בֶּן קֶשֶׁת, *filius arcus*, h. e. *qui arcu utitur*, aut *armatus est. Symm.* Iob. XLI, 19. ἀνὴρ τοξότης. - *פְּלֵתִי, *Pelethi.* 1 Reg. I, 44. sec. cod. *Reg.* observante *Montfauconio*, quem et vide ad 2 Sam. VIII, 19. - *רַמִּים, *Aramaei.* 2 Par. XXII, 5. Legerunt רֹמִים.

ΤΟΠΑ'ΖΙΟΣ et *ΤΟΠΑ'ΖΙΟΝ*, *nomen gemmae virentis*, de qua vide *Plin.* XXVII, 8. *Isidor. Orig.* XVI, 7. *Fr. Rueum* lib. II. c. 9. פָּז, *aurum solidum.* (Vide supra s. v. τίμιος.) Ps. CXVIII, 126. ἠγάπησα τὰς ἐντολάς σου ὑπὲρ χρυσίον καὶ τοπάζιον, amavi praecepta tua magis quam aurum et topazium. Ad quem locum *Theodoretus* p. 902. Τῶν γὰρ τιμίων λίθων τοπάζιος. εἰκὸς δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν καιρὸν τοῦτον προτιμᾶσθαι τῶν ἄλλων. Huc respexit *Suidas*, annotante ad illum *Küstero*, quando ita: Τοπάζιος, λίθος πολυτελὴς, κατ' ἐκείνους τοὺς καιροὺς τιμώμενος. Suspicor tamen, LXX hebr. nomen פז retinuisse, (ne bis repeterent aurum) sic: καὶ τὸ πάζ vel τὸ πάζιον (vide *Hesych.* s. πάζιον, ibique Intt.), deinde vero longitudine temporis et scriptorum vitio factum τοπάζιον. Vide *Editt. Rom. Cod. Chis. Danielis* p. 63. - פִּטְדָה (de quo lapide conf. *Braunium* de *vestitu sac. hebr.* lib. II. c. 9. p. 508. sequ. ac *Ed. Bernard.* ad *Ioseph. A. I.* p. 180.). Exod. XXVIII, 17. XXXIX, 8. Iob. XXVIII, 19. et alibi, ubi chald. habet יַרְקָן, a יַרְקָא, *herba virens.* Est quoque τοπάζιος lapis pretiosus auri colori quam simillimus, quem in Thebaide reperiri tradit *Xenocrates* in libro, qui inscribitur *Lithognomon.* Vid. *Strab.* lib. XVI. et *Agellium* ad Ps. 118, 127.

ΤΟΠΑ'ΡΧΗΣ (scribitur quoque τόπαρχος apud *Aeschyl. Choeph.* v. 662.), *toparcha, loci praefectus* aut *praeses.* אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא chald. plur. *satrapae.* Dan. III, 3. - פַּחַת ex פֶּחָה, *dux.* 2 Reg. XVIII, 24. Ies. XXXVI, 9. - פַּחֲוָתָא plur. *chald.* Dan. III, 2. 28. (ubi vid. *Scharfenbergius.*) VI, 7. - פָּקִיד, *visitator*, etiam *praefectus*, q. d. *inspector.* Gen. XLI, 34. ubi *Schol.* ἐπισκόπους.

ΤΟΠΑΡΧΙ'Α, toparchia, munus toparchae, praefectura loci. 1 Macc. XI, 28. τὰς τρεῖς τοπαρχίας. *Ioseph. A. I.* XVIII. p. 873, 9. *B. I.* p. 174, 5. f.

ΤΟ'ΠΟΣ, locus, locus scriptoris s. libri, it. *domus, domicilium, sedes*, it. *ansa, occasio.* אֹהֶל, *tentorium.* Ierem.

XXXVII, 9. - אֲתַר chald. Esdr. V, 15. Dan. II, 35. - בַּיִת, *domus*. 1 Sam. XXIV, 23. ἀπῆλθε σαοὺλ εἰς τὸν τόπον (al. οἶκον) αὐτοῦ, abiit Saul in *domum* suam. Vide et 1 Sam. X, 26. 1 Reg. VIII, 42. 2 Par. XVIII, 16. *Symm.* Ios. XV, 6. *Aqu. Symm. Theod.* Ps. CXVIII, 54. ubi *Montfauconius* suspicatur pro ἐν τόπῳ legendum esse ἐν οἴκῳ, qua tamen coniectura mihi ratione reliquorum Intt., excepto *Aquila*, non opus esse videtur. - דָּבָר, *verbum*, *res*. 2 Reg. XX, 15. οὐκ ἦν τόπος, sensu eodem. - חֳרָבוֹת plur. ex חֶרֶב, *loca vasta*. 2 Par. XXXIV, 6. Suspicor, hic lacunam esse in textu graeco et excidisse ἐρήμοις ante τόποις, quam vocem ob antecedens ἐν τοῖς facile omittere potuit librarius. *Dathio* ad h. l. LXX legisse videntur cum *Syro* בְּבָתֵּיהֶם. - יָד, *manus*. Deut. XXIII, 12. Sc. יָד non solum *manum* notat, sed etiam *locum*. Conf. *Syr.* et *Arab.* 1 Sam. XV, 12. Ies. LXV, 5. - כֵּן, nomen, *basis*. Dan. XI, 38. et ib. v. 21. sec. cod. *Chis.* - מוֹצָא, *exitus*. Iob. XXVIII, 1. ἔστι γὰρ ἀργυρίῳ τόπος, ὅθεν γίνεται, ubi *Vulg.* accommodate ad loci contextum: *habet argentum venarum suarum principia*. - מוֹקֵד, *focus*. Ies. XXXIII, 14. τίς ἀναγγελεῖ ὑμῖν τὸν τόπον τὸν αἰώνιον, quis indicabit vobis *habitaculum* aeternum. Legerunt מָקוֹם, aut putarunt, מוֹקֵד, ut lat. *focus*, pro *habitaculo* et quidem *certo* ac *perpetuo* sumi. - מַחֲבֹאִים plur. *latibula*. 1 Sam. XXIII, 23. ubi aut post ἐκ πάντων τῶν τόπων excidit adiectivum ἀποκρύφων, λαθραίων s. simile quid, aut auctor huius versionis tautologiae evitandae causa, quia sequitur ὅπου κρυβήσεται ἐκεῖ, posuit τόπων simpliciter. - מָכוֹן, *statio*. Ies. IV, 8. Dan. VIII, 11. sec. *Chis.* Non legerunt מָקוֹם, sed מָכוֹן eandem notionem habet. - *מַכְמָן, *thesaurus*, *locus absconditus*, a כָּמַן, quod in l. arab. *abscondere* notat. Dan. XI, 43. sec. cod. *Chis.* Vide s. מַחֲבֹאִים. - מָעוֹן, *habitaculum*. Ps. LXVII, 6. LXX, 3. - מַעְיָן, *fons*. Ps. LXXXIII, 6. Legerunt מָעוֹן. - מַצָּב, *statio*, *locus*. Ios. IV, 9. - מָקוֹם. Num. XXXII, 12. ἦν ὁ τόπος τόπος κτήνεσι, erat locus *locus aptus* pascendis pecoribus. Iud. VII, 7. ἀποτρεχέτω ἀνὴρ εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, abeat unusquisque *in domum* suam. Ita quoque 1 Sam. XXVI, 25. XXIX, 4. 2 Par. XXV, 10. *Al.* 2 Sam. XIX, 39. εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ, ubi ed. *Francof.* habet: εἰς τὸν οἶκον αὐτοῦ, quemadmodum et 2 Par. VII, 12. pro τόπῳ οἴκῳ. Iob. XVI, 18. μηδὲ εἴη τόπος τῇ κραυγῇ μου, neque sit *locus* clamori meo. Ps. XXV, 8. ἠγάπησα εὐπρέπειαν οἴκου σου, καὶ τόπον σκηνώματος τῆς δόξης σου, dilexi decorem domus tuae, et *locum* tabernaculi gloriae tuae. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* Τόπον σκηνώματος τὴν Σιὼν καὶ τῆς ἀντάσεως. Prov. XXVII, 8. ὅταν ἀποξενωθῇ ἐκ τῶν ἰδίων τόπων, si exul fiat e *sedibus* suis, h. e. e *loco* s. *solo natali*, *patria*. Ps. CII, 15. οὐκ ἐπιγνώσεται ἔτι τὸν τόπον αὐτοῦ, non amplius est

locum suum cogniturus, h. e. nunquam in hanc vitam posthac reversurus. Ies. LX, 13. *δοξάσαι τὸν τόπον τὸν ἅγιόν μου*, ad glorificandum *locum sanctum* meum, h. e. *templum* meum. Conf. *Wolfium* ad Act. VI, 13. p. 1094. – מְקִים part. Hiph. a קוּם, *erigens*. Ierem. X, 19. Legerunt מָקוֹם. – מָקוֹר, *fons*. Zach. XIII, 1. Hic quoque legerunt מָקוֹם. – מִשְׁתֶּה, *convivium*. Gen. XIX, 3. ubi tamen pro *τόπον* bene *πότον* legendum censet *Colomesius Obss. Sacr.* p. 630. Et sic etiam cod. *Alex.* habet. Non raro haec duo permiscentur, ut docuit *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* lib. II. c. 41. *Hesych. πότημα, ποτήριον, ἢ ὁ τόπος αὐτός.* Immo *ὁ πότος*. *Aelian. V. H.* XII, 51. *ἐν τοῖς κατὰ Ἀντίκυραν τόποις*. Dederat auctor *πότοις*. Par mendum in hac ipsa voce sustulit *Salmasius* p. 656. *Achillis Tatii* lib. V. p. 339. – נָוֶה in plur. נְאוֹת, *habitaculum*. Ps. XXII, 1. LXXVIII, 7. Ierem. V, 30. – נַחֲלָה, *possessio*. Ios. XXIV, 28. emittebat Iosua populum *ἕκαστον εἰς τὸν τόπον αὐτοῦ*, singulos in locum suum vel in *sedes* suas. – נֹטֶה part. *expandens*. Ierem. X, 19. Sensum secuti sunt. – סֹךְ, *tabernaculum*. Ps. LXXV, 2. – *עַם, *populus*. Num. XXIV, 14. *Τόπος* hic *patriam* notat. – *עֹמֶד, *statio*. Dan. VIII, 18. et X, 12. sec. cod. *Chis.* – *צוּר, *petra*, *mons*. Ies. X, 26. Sensum secuti sunt. – קוּם, *surgo*. Prov. XXVIII, 12. 28. Utrobique legerunt מָקוֹם. – קִיר, *paries*. 2 Reg. IV, 10. – שָׁמַיִם dual. *coelum*. Deut. VII, 24. – *תַּחַת, *sub*, *subter*. Ies. XLVI, 7. Zach. XIV, 10. Adde *Symm.* Iob. XXXVI, 20. *ἐπὶ τόπους αὐτῶν*. Praeterea legitur Exod. XXIV, 10. Lev. IV, 33. ac Ps. XLI, 5. ubi nihil in textu hebr. respondet. Lev. XIV, 17. *τόπον* de suo sensus causa addiderunt, nam דָּם h. l. notat *locum, ubi sanguis effusus erat*, coll. v. 14. – Tob. III, 6. *τόπος αἰώνιος*, *sedes beatorum*, *vita aeterna*. Vide Luc. XVI, 9. *σκηναὶ αἰώνιοι*. 3 Esdr. VI, 23. ubi in nonnullis libris pro *τόμος* legitur *τόπος*, quod in hac orationis serie *locum libri* vel *scriptoris* notat. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* Sir. XII, 12. *τόπος*, *status, conditio, dignitas, munus*. Vide supra s. v. *καθέδρα*. Sir. XVI, 3. *τόπος*, *dignitas*, seu: *status et conditio felix*. Sed vera lectio ibi est *πλῆθος*. Sir. XVI, 16. *πάσῃ ἐλεημοσύνῃ ποιήσει τόπον*, *locum*, sc. *in remuneratione*, nisi legere malis *ποίησον*, h. e. utere omni *occasione* benefaciendi. Sic in *Epigrammate: ἀλλ' ἐπὶ μὲν γαίης ἐλέῳ τόπος*, h. e. in terra misericordia exerceri potest. Vide *Anthol.* l. III. c. 17. et *Suidam* in v. *τόπος*, ubi pro *ἐλέῳ* legitur *ἐλέου*. Sap. XII, 10. *ἐδίδους τόπον μετανοίας*, dedisti poenitentiae *locum*. Conf. Hebr. XII, 17. et quae ad h. l. ex *Tatiano* notat *Wolfius* p. 788. Vide quoque *Lexicon N. T.* s. h. v. Sap. XII, 20. *δοὺς χρόνους καὶ τόπον*, dans tempora et *spatium*. Conf. *Wollii Regul.* XXX. *ad circumspectam N. T. illustrationem ex auctor. profan.* p. 23. Sir. IV, 5. *μὴ δῷς τόπον ἀνθρώπῳ*

καταράσασθαί σε, ne des locum h. e. *ansam vel occasionem* alicui, ut maledicat tibi. Conf. Eph. IV, 27. et ad h. l. *Wolfium* p. 110. Latini Graecos imitati etiam sic loquuntur. *Cic.* III. *Ep.* 6. sect. 14. *De tuo in me animo iniquis secus existimandi videris nonnihil loci dedisse.* Sir. XIII, 25. *οὐκ ἐδόθη αὐτῷ τόπος*, non datur illi locus. Sir. XIX, 16. *δὸς τόπον νόμῳ ὑψίστου*, da locum legi altissimi, h. e. *obedias, observes*. Sir. XXXVIII, 12. *ἰατρῷ δὸς τόπον*, medico da locum, h. e. *utere opera medici*. 1 Macc. IX, 45. *οὐκ ἔστι τόπος τοῦ ἐκκλῖναι*, non est *locus* seu *occasio* evadendi. 2 Macc. II, 19. *τόπος*, sc. *ἅγιος*, *templum*. Ib. III, 17. Sic *Cor. Sur.* LV, 46. مقام de *templo Meccano* accipio. 3 Macc. III, 12. *κατὰ τόπον στρατηγοῖς*. Scribendum est *κατὰ τὸν τόπον*, h. e. *ἐντοπίοις*, *qui sunt Alexandriae*. Conf. ib. IV, 18.

'ΕΝ ΤΩ͂Ι ΤΌΠΩι ΑΥ̓ΤΗ͂Σ, in loco suo. תַּחְתָּיו, *sub eo. Al.* Ies. XXV, 10.

'ΕΠΙ` ΤΌΠΟΥ ΑΥ̓ΤΟΥ͂, in loco suo. תַּחְתָּיו, *sub eo.* Ies. XLVI, 7.

'ΕΠΙ` ΤΟΥ͂ ΤΌΠΟΥ ΑΥ̓ΤΟΥ͂, in loco suo. תַּחְתֶּיהָ, *subter se.* Zach. XIV, 10. *Inc.* 2 Sam. II, 23. *Vulg. in eodem loco*, ubi nempe steterat. Bene quoad sensum. *Symm.* 2 Sam. VII, 10. *in loco suo*, h. e. in *sedibus* suis.

ΤΌΠΟΣ, ΟΥ͂ "ΙΣΤΗΜΙ, locus, ubi sto. הֲדוֹם, *scabellum*. Psalm. CXXXI, 7.

ΤΌΠΟΝ ΠΟΙΕ'Ω, locum facio. בָּלַל, *pabulum misceo. Al. Iud.* XIX, 21. *τόπον ἐποίησε*, pro quo legendum *τροφὴν ἐ.* acute quidem censet *Ziegler* in *Theol. Abhandl.* p. 366., mihi vero sensum expressisse videntur. – נָגַשׁ, *appropinquo*. Ies. XLIX, 20. – Vide alibi *θλίψις*, *πίων* et *σκηνή*.

ΤΟΡΕΥΤΌΣ, tornatus, seu *tornatilis*, *torno elaboratus*, *dolatus*, *teres*. גְּלִילִים, plur. ex גָּלִיל, *orbes*. Cant. V, 15. – מִקְשָׁה, *solidum opus*. Arab. مقسى, *opus rasile* vel *radendum et expoliendum*. Exod. XXV, 18. 31. et 36. ubi post *τορευτὴ* supplendum est *καρυΐσκοις*. Vide s. v. *ἐντορνεύω*. Ib. XXXVII, 22. ubi pro *ὅλοι τορευτοὶ* levi vocalium mutatione fieri debet *ὅλη τορευτὴ*, ut iam emendavit *Grabius*. Ierem. X, 5. – סַהַר, *rotunditas*. Cant. VII, 2.

ΛΙ'ΘΟΙ ΤΟΡΕΥΤΟΙ` ΚΑΙ` 'ΑΠΕΛΕ'ΚΗΤΟΙ, lapides tornati et edolati. קֹפִים וְתֻכִּיִּים, *simiae et pavones*. 1 Reg. X, 22. ubi pro קֹפִים, *simiae*, legerunt כֵּיפִים.

ΤΟΣΟΥ͂ΤΟΣ, tantus. 2 Macc. IV, 3. *τῆς δὲ ἔχθρας ἐπὶ τοσοῦτον προβαινούσης*, cum autem inimicitia *eo usque* procederet. Similiter *Aelianus V. H.* XII, 1. p. 726. *ἐς τοσοῦτον ἀμφοῖν ἡ φιλία προῆλθεν*.

ΤΟΣΥΝΟΛΟΝ, in universum, omnino. Addit. Esth. XV, 16.

ΤΟΤΕ, tunc. *אן, *tunc.* Ps. LXXXVIII, 19. *τότε, ἀντὶ τοῦ πάλαι*, secundum Graecum quendam ab *Agellio* laudatum. Eodem modo sumendum est *ἀπὸ τότε*. Ps. XCII, 2. - אַחַר, *post.* Levit. XXII, 7. - אַךְ, *tantum.* Deut. XXVIII, 29. - *הַיּוֹם, *hodie. Symm.* 1 Sam. IX, 9. - בָּעֵת הַהִיא, *in tempore illo.* Ies. XX, 2. - פַּעַם, *vice*, it. *incus.* Ies. XLI, 7. - *צוּר, *liga.* Ies. VIII, 16. *N. L.* 3 Esdr. VI, 2. chald. בֵּדַאיִן, coll. Esdr. V, 2. quod idem significat.

ἈΠΟ ΤΟΤΕ, a tunc, h. e. *ab eo tempore.* *מֵאָן, idem. Ps. XCII, 2. Vide supra s. *τότε.* - מְאַת constr. ex מֵאָה, *centum.* Cohel. VIII, 12. ubi legerunt vel מֵאָן vel מֵעֵת. - Vide alibi *ἕως*.

ΤΟΥΒΙΗΝΟΙ vel *ΤΥΒΙΑΗΝΟΙ, Tubiani, cognomen quorundam Iudaeorum*; aut: *populi.* 2 Macc. XII, 17. Videndus de iis *Baduellus* ad 1 Macc. V, 13.

ΤΟΥΝΑΝΤΙΟΝ pro *ΤΟ ἘΝΑΝΤΙΟΝ, contra, contrarium.* 3 Macc. III, 22. *οἱ δὲ τοὐναντίον ἐκδεχόμενοι, qui vero contrariam sequuntur sententiam.*

ΤΟΦΕΘ. Ipsa vox hebr. תֹּפֶת, *tympanizatio*, alias *ταφὲθ* et *τωφέθ*. Vide infra in *τωφέθ*.

ΤΡΑΓΑΚΑΝΘΑ, spina hircina. בַּרְקָנִים, *plur.* genus *spinarum* vel *tribuli. Aquila* Iud. VIII, 7. *Dioscorides* lib. III. c. 23. *τραγάκανθα ῥίζα ἐστὶ πλατεῖα καὶ ξυλώδης, φαινομένη δὲ καὶ ὑπὲρ γῆς, ἀφ᾽ ἧς κλάδοι ταπεινοὶ, ἰσχυροὶ, χεόμενοι δὲ ἐπὶ πολὺ, καὶ ἐπ᾽ αὐτῶν φυλλάρια πολλὰ μεταξὺ λεπτὰ, ἀκάνθας ἔχοντα ἐγκρυπτομένας τοῖς φύλλοις, λευκὰς, ἰσχυρὰς, ὀρθάς.*

ΤΡΑΓΕΛΑΦΟΣ. Nomen ab hirco et cervo compositum, quasi *hircocervus*, seu *hirquicervus*, quod uti forma cervum, ita cornibus et barba hircum refert. *Plinius* lib. VIII. c. 32. *Tragelaphus eadem et specie cum cervo, barba tantum et armorum villis distans, non alibi, quam iuxta Phasin amnem nascens.* Ab *Aristotele hist. anim.* lib. II. c. 1. *hippelaphus* appellatur, quod equum et cervum referat, forma sc. cervum et iuba equum. Conf. *Bochartum Hieroz.* P. II. lib. VI. c. 1. p. 609. sequ. - אַקּוֹ, *rupicapra.* Deut. XIV, 5. - יְעֵלִים plur. idem. Iob. XXXIX, 1.

ΤΡΑΓΗΜΑΤΑ, bellaria. מֶגֶד, *res excellens et delicata. Aqu.* Deut. XXXIII, 15. *Schol. Aristoph.* in *Plut.* v. 190. *τὰ μετὰ τὴν εὐωχίαν ἐπὶ τῇ τραπέζῃ τιθέμενα καλοῦσι τραγήματα.* Confer quoque *Suidam* in v. *τραγήματα.*

ΤΡΑΓΟΣ, hircus. אַיִל, *aries. Al.* Ps. LXV, 15. - כְּלָיוֹת plur. *renes.* Ies. XXXIV, 6. - כַּר, *agnus.* Ies. XXXIV, 6. - עַתּוּדִים plur. Gen. XXXI, 10. Ies. I, 11. et alibi. - צָפִיר, *hircus.* Dan. VIII, 5. 8. - שָׂעִיר, *pilosus, hirsutus*, etiam *hircus*, quasi *hirtus.* Lev. XVI, 5. 7. 8. 9. et

alibi in hoc capite. – תַּיִשׁ, *caper*, *hircus*. Gen. XXX, 35. XXXII, 14. Prov. XXX, 31. – Vide alibi ἀπολύω.

ΤΡΑΝΟ'Σ, *perspicuus*, *manifestus*, *apertus*, (metaphora ab iis ducta, quae ita perspicua sunt et aperta, ac si perforata essent,) it. *disertus*, צַחוֹת foem. plur. *candida*. *Symm.* Ies. XXXII, 4. τρανὰ, *perspicua*. Sensum expressit. Sap. X, 21, γλώσσας νηπίων ἔθηκε τρανὰς, linguas infantum fecit *disertas*, h. e. articulatim adeoque perspicue loquentes. *Al.* Sap. VII, 22. ἔστι γὰρ ἐν αὐτῇ πνεῦμα νοερὸν, ἅγιον – τρανὸν (in ed. *Francof.* hic male legitur θρανὸν), est enim in illa (sapientia) spiritus intellegens, sanctus – *perspicuus*. *Hesych.* τρανὸς, σαφὴς, ἀληθής: ubi vide *Intt.*

ΤΡΑΝΟ'Σ Ε'ΙΜΙ', *disertus sum*. רָנַן, *canto*. Ies. XXXV, 6. τρανὴ ἔσται γλῶσσα μογιλάλων, *diserta erit* lingua mutorum. Vide supra s. v. τρανός.

ΤΡΑ'ΠΕΖΑ, *mensa*, *cibus*. לֶחֶם, *cibus*. 1 Sam. XX, 25. 26. *Achilles Tat.* I. c. 10. Infantes per se ipsi discunt ἐν τοῖς μαζοῖς οὖσαν αὐτοῖς τὴν τράπεζαν. – פַּתְבַּג (vox composita ex פַּת et בַּג), *portio cibi*. Dan. I, 13. τῶν παιδαρίων τῶν ἐσθιόντων τὴν τράπεζαν τοῦ βασιλέως, puerorum comedentium *demensa* aut *cibum* regis. Vide et v. 5. 8. 15. In *Additam. Esther.* XIV, 11. legitur φαγεῖν τράπεζαν sensu eodem. Adde *Callimach. Hymn. in Cererem* 105. *Mollum* ad *Longi Pastoral.* p. 50. *Raphelii* annotatt. ex *Xenoph.* ad Act. VI, 2. p. 151. et *Aeliani* *V. H.* I, 19. II, 17. IV, 22. – שְׁאֵר, *caro*. Ps. LXXVII, 24. – שֻׁלְחָן, *mensa*. Exod. XXV, 23. XXX, 26. et alibi saepissime.

ΤΡΑΥ'ΜΑ, *vulnus*. חֳלִי, *morbus*. Ierem. X, 18. – חָלָל, *confossus*, *vulneratus*. Num. XIX, 18. τραύματος sec. *Alex.* Reliqui libri habent τραυματίου. Ps. LXVIII, 31. ἐπὶ τὸ ἄλγος τῶν τραυμάτων μου. Legerunt חֳלָיַי, quod substantive acceperunt. *Grabius* τραυματιῶν σου excudi fecit, quae coniectura mihi ideo non admittenda videtur, quia lectio recepta bonum exhibet sensum. Ezech. XI, 6. ubi pro τραυμάτων alii rectius τραυματιῶν. Ezech. XXXII, 28. – חִתָּה, *consternatio*. Iob. VI, 21. – כְּאֵב, *dolor*. Iob. XVI, 6. οὐκ ἀλγήσω τὸ τραῦμα, ubi τραῦμα *dolorem e vulnere* notat. *Symmachus* habet πόνος. – מַכְתֵּשׁ, *cavitas*. Iud. XV, 19. τὸ τραῦμα τὸ ἐν σιαγόνι sec. cod. *Coisl.* et ed. *Ald.*, seu τὸ τραῦμα τῆς σιαγόνος sec. *Alex. Oxon.* et *Compl.* Si fides habenda est *Ignoto* in *Catena Niceph.* p. 222., ex alia versione h. l. interpolati sunt LXX. Caeterum מַכְתֵּשׁ, quod alii per *mortarium*, *dentem molarem* interpretantur, in l. chald. *percussionem*, *plagam* notat, unde versio τραῦμα sine dubio orta est. Ex *Clerici* sententia τὸ τραῦμα est *terrae hiantis cavitas*. – פֶּצַע, *vulneratio*, *vulnus*. Gen. IV, 22. Exod. XXI, 25. Prov. XXVII, 6. Sir. XXVII, 25. διελεῖ τραύματα, *dividet vulnera*,

h. e. *utrumque laedet.* Sir. XXX, 7. *καταδεσμεύσει τραύματα αὐτοῦ*, h. e. medebitur *morbis animi* filii sui. Sic *τραύματα τῆς ψυχῆς* occurrunt apud *Achillem Tat.* lib. I. c. 6. *Hesych.* *τραῦμα, πληγὴ, ἕλκος, μώλωψ.*

ΤΡΑΥΜΑΤΙ'ΑΣ, vulneratus, saucius. *חָלַל, verbum, *vulnero. Theod. LXX* 2 Sam. I, 25. Ies. LIII, 5. - חָלָל, *confossus.* Iud. IX, 40. *ἔπεσον τραυματίαι πολλοὶ*, cadebant *vulnerati* multi. Vide et 1 Sam. XVII, 52. XXXI, 1. Ies. XXII, 2. Ps. LXXXVII, 5. *τραυματίαι, vulnerati*, h. e. *e vulneribus mortui, occisi.* Sic 1 Macc. I, 19. ubi *Syrus* habet ܩܛܝ̈ܠܐ, *occisi. Hesych. τραυματίαι, σφαγαὶ, τετρωμένοι. Lex. Cyrilli MS. Brem. τραυματίαι, τετραυματισμένοι, πεπληγότες.* - עָרֵל, *praeputiatus.* Ezech. XXXII, 28. Videntur legisse חֲלָלִים. - פָּצוּעַ part. praet. *vulneratus. Aqu.* Deut. XXIII, 1. *τραυματίας.* De *occisis* adhibitum legitur quoque 1 Macc. VIII, 10. IX, 17. XVI, 8. *Iudith.* II, 8. IX, 18.

ΤΡΑΥΜΑΤΙ'ΖΩ, vulnero. הֵחִיל Hiph. a חִיל, *contremisco.* 1 Sam. XXXI, 3. *ἐτραυματίσθη*, ubi LXX יָחַל deduxerunt a חָלַל, quos etiam secutus est *Iophesus A. I.* VI, 14, 7. - חָלָה, *aegroto. Al.* 1 Reg. XXII, 34. 2 Par. XVIII, 33. ubi חָלָה notat *vulneratum, saucium esse.* - חָלַל Pih. Ies. LIII, 5. Ezech. XXVIII, 9. 16. - חָלָל, *confossus.* Ierem. IX, 1. Ez. XXVIII, 23. XXX, 4. et alibi. - פָּצַע. Cant. V, 8.

ΤΡΑΧΗΛΙΑ'Ω, collum seu cervicem attollo, superbio, ferocio, obnitor. הִתְגַּבֵּר Hithp. *corroboro me.* Iob. XV, 25. *ἔναντι δὲ παντοκράτορος ἐτραχηλίασεν*, coram omnipotenti autem *obnitebatur. Suidas: ἐτραχηλίασεν, κατισχυρεύσατο, ἢ ἐγαυρίασεν, ἀπὸ τῶν βοῶν τῶν ἀποβαλλόντων τοῦ τραχήλου τὸν ζυγόν.* Idem tradit *Zonaras Lex.* 895. adducto quoque loco Iobi. *Lex. Cyrilli MS. Brem. Τραχηλιάσας, ἐναντιωθεὶς, ἀπειθήσας, σκληρυνθείς. Hesychius: Τραχηλιῶ, ὑψῶ αὐχένα.*

ΤΡΑΧΗΛΟΚΟΠΕ'Ω, decollo, trunco. עָרַף, idem. *Symm.* Exod. XXXIV, 20. *τραχηλοκοπήσεις.*

ΤΡΑ'ΧΗΛΟΣ, collum, cervix. בָּמָה, *excelsum*, metaphorice: *hostis superbiens et ferociens.* Deut. XXXIII, 29. *ἐπὶ τὸν τράχηλον αὐτῶν ἐπιβήσῃ, cervici* illorum supergredieris. Vide ad h. l. *Dathium.* Confer quoque Baruch. IV, 18. et ad h. l. *Schlaegeri Comm. de Numo Hadriani plumb.* p. 89. Simili quoque modo *Inc. Int.* Hab. III, 18. libere vertit, ubi pro בָּמוֹת, *excelsa, τράχηλοι τῶν ἐχθρῶν* posuit. Confer quoque supra ad *τραχηλιάω* notata. - גַּרְגְּרֹת, *faux.* Prov. I, 9. III, 3. 22. VI, 21. - גָּרוֹן, *guttur.* Ies. III, 15. Ezech. XVI, 11. - עֹרֶף. Deut. X, 16. XXXI, 27. 2 Par. XXXI, 8. et alibi. - *פָּנִים. *Inc.* Gen. L, 1. Sensum expresserunt. - צַוָּאר. Gen. XXXVII, 16. 40. Nehem. III, 5. Thren. V, 5. ubi verba *ἐπὶ τὸν τράχηλον ἡμῶν* cum *ἐδιώχθημεν*, non vero

cum antecedentibus coniungenda sunt. – צַוְּרוֹן. Cant. IV, 9. – ראשׁ, *caput*. Ies. LVIII, 5. Dan. I, 6. sec. cod. *Chis.* Voce τράχηλος pro *capite* usus est *Lucianus D. M.* p. 437. – שְׁכֶם, *humerus*. Ies. IX, 4. Sirac. VII, 24. κάμπτειν τὸν τράχηλον τῶν τέκνων eleganter pater dicitur, qui severiore adhibita disciplina liberorum vitia emendare eorumque contumaciam infringere conatur. Latinis quoque *cervix* metaphorice *contumacia* dicitur. Conf. *Barth.* ad *Claud.* I. de *Rapt. Pros.* 242. et I. in *Ruf.* 53.

ΤΡΑΧΥ'Σ, *asper, durus, ferox.* רְכָסִים plur. *salebrae.* Ies. XL, 4. ἡ τραχεῖα, sc. ὁδὸς, *via aspera* et *salebrosa.* Conf. Luc. III, 5. Sir. IV, 32. μὴ γίνου τραχὺς ἐν τῇ γλώσσῃ σου, ubi alii legunt θρασὺς, *audax, temerarius. Vulg.* autem (qui habet *citatus*) ταχύς. *Syrus* et *Arabs: elatus ac tumidus.* Sed lectio ταχὺς mihi praeferenda videtur ob oppositionem, ut reliquae lectiones sint merae librariorum interpretationes. Τραχὺς quoque eleganter dicitur *res, ad quam est asper ac difficilis accessus, cuius acquisitio multas et graves difficultates habet,* v. c. Sir. VI, 21. ὡς τραχεῖά ἐστι (σοφία) τοῖς ἀπαιδεύτοις.

'ΟΔΟ'Σ ΤΡΑΧΕΙ˜Α, *via aspera.* יָחֵף, *discalceatus.* Ierem. II, 25. ἀπὸ ὁδοῦ τραχείας. Liberius exposuerunt. Num, ut recte ad h. l. observat *Spohnius*, qui pedibus incedit nudis, via incedit difficili, in calidioribus potissimum atque arenosis regionibus. Conf. Baruch. IV, 19.

ΤΡΑΧΥ'ΤΗΣ, *asperitas, scabrities,* it. *motus, tumultus.* 3 Macc. I, 23. ἱκανὴν ἐποίησαν ἐν τῷ τόπῳ τραχύτητα, *motum* magnum in loco concitaverunt. Ita *Grotius.* Equidem mallem ταραχὴν legere.

ΤΡΕΙ˜Σ, ΤΡΙ'Α, *tres, tria.* אַרְבַּע, *quatuor.* 1 Reg. VII, 2. ubi τριῶν ex τεσσάρων e compendio scribendi ortum esse videtur. Certe alii libri ibi τεσσάρων habent. – אַרְבָּעִים, *quadraginta.* Ion. III, 4. *Semlerus* ad h. l. monuit, signum *M*, quod 40 graece notat, acceptum esse pro III, Romano signo. Sed magis mihi placet sententia *Buxtorfii*, qui in *Anticrit.* p. 620. statuit, illud τρεῖς ex versu praecedenti huc, a quocunque vel quandocunque illud factum sit, irrepsisse. Ibi enim trium dierum fit mentio. Reliqui Intt. graeci habent τεσσαράκοντα. – רַב, *multus.* 1 Reg. II, 40. – שֶׁבַע, *septem.* 2 Sam. XXIV, 13. – שָׁלֹשׁ. Gen. VI, 10. VII, 13. et alibi saepissime. – *שְׁלֹשָׁה. *Symm.* 1 Sam. I, 24. – שְׁלשִׁים plur. *triginta.* 2 Sam. XXIII, 23. ubi tamen pro τριῶν alii rectius τριάκοντα. – שָׁלִישׁ, *tribunus. Al.* 2 Sam. XXIII, 8. – שְׁתַּיִם *dual. foem. duae.* Prov. XXX, 15. τρεῖς θυγατέρες. Rationem huius interpretationis qui scire cupiat, is adeat *Iaegerum* ad h. l. – תְּלָתָה: תְּלָת chald. Dan. III, 24. 25. VI, 2. 10. et alibi saepius.

*ΤΡΕΙ͂Σ ἩΜΕ'ΡΑΣ ἈΝΑΜΕ'ΝΩ. שָׁלַשׁ, *in tres partes divido, tertio*, aut *tertio die aliquid facio. Aqu.* 1 Sam. XX, 19. τρεῖς ἡμέρας ἀναμενεῖς, quam tamen versionem LXX Interpretibus reddere mallem; quorum τρισσεύσεις tunc *Aquilae* vindicandum esset. *Vulg. usque perendie.*

*ΤΡΕΙ͂Σ ἩΜΕ'ΡΑΣ. שְׁלֹשָׁה, *tres sunt dies. Aqu.* 1 Sam. XXX, 13.

*ἈΝΑ' ΤΡΕΙ͂Σ. שְׁלֹשִׁים, *triginta. Inc.* Exod. XIV, 7.

ΤΡΕΙ͂Σ ΣΙ'ΚΛΟΙ, tres sicli. שְׁלֹשׁ. 1 Sam. XIII, 21. τρεῖς σίκλοι εἰς τὸν ὀδόντα. An pro σίκλοι olim fuit κίλσοι, ut retentum fuerit ipsum hebr. קִלְּשׁוֹן? Sed *Symmachus* quoque habet τρεῖς στατῆρες, quod etiam monetae nomen est. Igitur statuere mallem, eos haud dubie legisse שְׁלֹשׁ שֶׁקֶל לְשֵׁן, quae commutatio facilis. Sic *Montfauconius* in *Lex. hebr.* s. v. קִלְּשׁוֹן.

ΤΡΕΙΣΚΑΙ'ΔΕΚΑ, tredecim. שְׁלֹשָׁה עָשָׂר, idem. 1 Par. XXVI, 11.

ΤΡΕ'ΜΩ, tremo, inquiete moveor. הֲוָה זָעַף chald. *sum tremens.* Dan. V, 21. VI, 26. – חָרֵד, *trepidus.* Ies. LXVI, 2. 5. – מַעֲדַנּוֹת plur. *deliciae*, it. *vincula.* 1 Sam. XV, 32. τρέμων. Ita quoque *Inc. Int.* Deduxerunt vel ab hebr. מָעַד, *vacillavit*, vel respexerunt notionem vocis עָדַן in l. arab. عدن, ubi etiam *vacillare* notat, et تعدن, *vacillavit.* In versione *Inc. Int.* Ἄγαγ ἐξ Ἀναθὼθ τρέμων duae, ut quilibet videt, versiones coaluerunt aeque ac in *Vulg.*, qui habet: *pinguissimus et tremens.* Lectio Ἀναθὼθ apud *Inc. Int.* confirmat, ut hoc obiter addam, sententiam eorum, qui מַעֲדַנּוֹת per metathesin pro מַעֲנַדּוֹת, *vincula*, ab עָנַד, *ligavit*, positum esse putant. – נָדַד, *vagor.* Gen. IV, 11. 13. – רָעַשׁ, *contremisco.* Ierem. IV, 24. τὰ ὄρη τρέμοντα, coll. *Homer. Il.* ν', 18. et φ', 507. 3 Esdr. IX, 6. hebr. רָעַד, collato Esdr. X, 9. quod idem notat.

ΠΟΙΕ'Ω ΤΡΕ'ΜΕΙΝ, facio tremere. רָעַד, *tremo.* Ps. CIII, 33. ubi sensus minime mutatur.

ΤΡΕ'ΠΩ, verto, converto; et med. τρέπομαι, *a me averto, in fugam verto.* הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio.* Num. XIV, 45. ἐτρέψαντο αὐτοὺς, *in fugam vertebant illos.* – חָלַשׁ, *debilito.* Exod. XVII, 13. ἐτρέψατο. Ἰησοῦς τὸν Ἀμαλὴκ, *in fugam vertebat* Iosua Amalek. *Hesych.* ἔτρεψεν, ἐφυγάδευσεν. – *עָטָה, *cum impetu feror, invehor, involo.* Idem: עָשָׂה, quod in arab. l. *irruere* notat (ut docuit *Schultensius* ad Prov. XXXI, 13.). *Symm.* 1 Sam. XIV, 32. ἐτράπη, ubi incertum manet an lectionem textualem וַיַּעַשׂ, aut marginalem וַיַּעַט expresserit. *Addit. Esth.* XIV, 11. sec. *Vet. Arund.* τρέψον τὰς βουλὰς αὐτῶν ἐπ' αὐτοὺς, ubi alii libri στρέψον habent. Iudith. XV, 2. ἐτράπησαν εἰς φυγὴν, *vertebantur* in fugam. Sirac. XXXIX, 33. τοῖς ἁμαρτωλοῖς τραπήσεται εἰς κακὰ, pec-

catoribus *convertentur* in mala. 2 Macc. VIII, 5. τῆς ὀργῆς τοῦ κυρίου εἰς ἔλεον τραπείσης, ira Domini in misericordiam *conversa*. 2 Macc. X, 25. πρὸς ἱκετείαν τοῦ Θεοῦ ἐτράπησαν, ad supplicationem Dei *convertebantur*. Vide et 2 Macc. XII, 42.

ΤΡΕ'ΦΩ, *nutrio*, *enutrio*, *alo*, *educo*, ac metaphorice *augeo*. Conf. *Vechneri Hellenolexiam* lib. II. c. 4. p. 473. אִתְּזִין chald. Ithp. a זון, idem. Dan. IV, 9. – גִּדֵּל Pih. *crescere facio*. Num. VI, 5. Ezech. XXXI, 4. Dan. I, 5. – הֶאֱכִיל Hiph. *edere facio*. Prov. XXV, 22. – הִתְגּוֹרֵר Hithp. a גּוּר, *commoror*. Ierem. XXX, 23. ἡ ὀργὴ τρεφομένη, ubi tamen *Al.* pro τρεφομένη rectius nonnullis habere videntur στρεφομένη. Sed Latini quoque *alere iram* eodem modo usurpant. – חָיָה: הֶחְיָה, Pih. et Hiph. *in vita conservo*. Gen. VI, 19. 20. Ies. VII, 21. – חֹלֵל Pih. a חול, *gigno*. Deut. XXXII, 18. *Scharfenbergius* ad h. l. iudicat, eos legisse מכלכלך, *altoris tui*, a כִּלְכֵּל, *alere*. Mihi autem sensum non male expressisse videntur. – כִּלְכֵּל Pih. a כול, *sustento*. 1 Reg. XVIII, 13. – *מִגְדָּלִים, *turres*. Ies. XXXIII, 18. sec. *Compl.* Legerunt הַמְּגַדְּלִים a גִּדֵּל, *educare*. – *קָבַר, *sepelio*. Gen. XV, 15. ubi tamen pro τραφεὶς *Al.* rectius ταφείς. Lectionem tamen falsam τῶν ό et alii veterum amplexi sunt, ut *Philo* Qu. rer. div. haer. p. 512. et ibi *Mangey*. Vide *Cappelli Crit. S.* p. 749. et ad h. l. *Montfauconium*. – רָעָה, *pasco*. Gen. XLVIII, 15. – שִׁלַּח Pih. *demitto*. *Syr. et Hebr.* Ezech. XLIV, 20. θρέψουσι. Sermo ibi est de *coma*, *quae alitur*. 1 Macc. XI, 39. ὃς ἔτρεφε τὸν Ἀντίοχον, qui *educabat* Antiochum. Vide et 1 Macc. III, 33. et conf. Luc. IV, 16.

ΤΡΕ'ΦΩΝ ΒΟΣΚΗ'ΜΑΤΑ, *nutriens pecora*. נֹקֵד, *pecuarius*, aut: *greges habens*. *Symm.* 2 Reg. III, 4. Una voce ποιμνοτρόφος, qua *Aquila* h. l. usus est.

ΤΡΕΦΟ'ΜΕΝΟΣ ΕΙ'Σ ΣΦΑΓΗ'Ν, *saginatus ad mactationem*. Ierem. XLVI, 21. τρεφόμενοι εἰς σφαγήν. Verba haec ibi redundant, et ex margine irrepsisse videntur, in eoque posita vel ut glossema vocis σιτευτοὶ, quae apud LXX l. c. occurrit, vel ut alterius Interpretis explicatio vocis מַרְבֵּק. Verbum τρέφειν pro *saginare* etiam occurrit Iac. V, 5. Confer *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΤΡΕ'ΧΩ, *curro*. דוץ, *exsilio*. Iob. XLI, 14. ἔμπροσθεν αὐτοῦ τρέχει ἀπώλεια. Literarum ר et ד similitudine decepti legerunt חָרוּץ, maxime cum verbum דוץ in contextu hebr. nuspiam alibi occurrat. – רוץ. Gen. XVIII, 7. XXIV, 20. 28. 29. et alibi, et הֵרִיץ Hiph. 2 Par. XXXV, 13. – רָצָה, *bene placitum habeo*. Ps. LXI, 4. Legerunt יָרֻצוּ, a רָצָה. – רָצַץ, *quasso*. *Aqu. Theod.* Ies. XLII, 4. Iud. VII, 21. sec. *Vat. Ald.* et *Compl.* Permutarunt cum רוץ. – *שׁוּב, *revertor*. Ierem. VIII, 6. τρέχων. Loco שָׁב mihi legisse videntur שָׁט, a שׁוּט, *currere*. Τρέχειν etiam *ii* dicuntur, *qui equis vehuntur*.

2 Macc. V, 2. φαίνεσθαι διὰ τοῦ ἀέρος τρέχοντας ἱππεῖς. Simili modo et de *curru vehentibus* adhibetur apud *Homerum Iliad.* ψ', 520. unde apparet, de *quovis celeri motu* hanc vocem adhiberi.

ΤΡΗΤΟ'Σ, *perforatus*, *foramina habens*. *Al.* Sir. XXVIII, 15. 16. Ita *Trommius*. Nescio, unde haecce hauserit. Nam l. l. legitur γλῶσσα τρίτη, quod vide suo loco.

ΤΡΙΑΚΑ'Σ, *trigesimus dies*. 2 Macc. XI, 30. *Suidas:* τριακὰς, ἡ τριακοστὴ τοῦ μηνός.

ΤΡΙΑ'ΚΟΝΤΑ, *triginta*. אַרְבָּעִים plur. *quadraginta*. Nehem. VII, 67. - שָׁלֹשׁ, *tres*. Gen. XI, 13. 15. - *שְׁלֹשִׁים plur. Gen. V, 3. 5. 16. VI, 15. et alibi saepius. - שָׁלִישִׁים plur. ex שָׁלִישׁ, *duces*. 1 Par. XII, 18. ubi legerunt שְׁלֹשִׁים. - תְּלָתִין chald. plur. Dan. VI, 7. 12.

**ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΔΥ'Ο*, *triginta duo*. 3 Esdr. V, 16.

ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΕ'Ξ, *triginta sex*. שְׁלֹשִׁים וְשִׁשָּׁה, idem. Ios. VII, 5.

**ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΕΠΤΑ'*, *triginta septem*. 3 Esdr. V, 41. sec. cod. *Alex*.

ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΕ'ΤΗΣ, *triginta annos natus*. בֶּן שְׁלֹשִׁים שָׁנָה, *filius triginta annorum*. 1 Par. XXIII, 3. Conf. *Etymol. Gudian.* p. 585, 1.

ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΠΕ'ΝΤΕ, *triginta quinque*. שְׁלֹשִׁים וַחֲמִשָּׁה, idem. Dan. XII, 12.

ΤΡΙΑΚΟΝΤΑΤΕ'ΣΣΑΡΕΣ, *triginta quatuor*. שְׁלֹשִׁים וְאַרְבָּעָה, idem. 1 Par. VII, 7.

ΤΡΙΑΚΟ'ΣΙΟΙ, *trecenti*. אַרְבַּע מֵאוֹת, *quadringenti*. Gen. XI, 13. 15. - שְׁלֹשׁ מֵאוֹת. Gen. V, 23. VI, 15. IX, 27. et alibi saepius. 2 Macc. IV, 19. τριακοσίας. *Grotius* videns, trecentas drachmas esse nimis exiguum pretium, quam ut eo naves comparari possent, legendum statuit τρισχιλίας. Verum melius utcunque cum *Syro* legitur τρισχιλίας καὶ τριακοσίας.

ΤΡΙΑΚΟΣΤΟ'Σ, *tricesimus*. שְׁלֹשִׁים. 1 Reg. XVI, 23.

ΤΡΙΒΑΝΟ'Ω, *attero*, et ex adiuncto: *absumo*, *consumo*. עָתַק, *consenesco*. *Symm.* Psalm. VI, 8. ἐτριβανώθην. *Hieron. consumtus sum.* Recte: nam quae inveterascunt, ea paulatim consumuntur.

ΤΡΙ'ΒΟΛΟΣ, *tribulus*, herba aculeata, sic dicta a triplici cuspide, it. *tribula* vel *tribulum*, vehiculi genus ad trituranda frumenta. *אֶלְגָּבִישׁ, *grando*. Ezech. XIII, 13. sec. ed. *Ald.* τριβόλους. Vox vitiata, ut videtur, ex πετροβόλους, quod habent reliqui libri. - בַּרְקָנִים, *oxyacanthae*, *spinae valde aculeatae*. *Al.* Iud. VIII, 7. 16. τριβόλοις et τριβόλους. - דַּרְדַּר, *tribulus*. Gen. III, 18. Hos. X, 8. ἄκανθαι καὶ τρίβολοι, spinae et tribuli. *Hesych.* τρίβολοι, ἀκάνθης εἶδος. Conf. *Dioscoridem* lib. IV. c. 15. - חֲרִיצִים plur. *tribulae*. 2 Sam. XII, 31. ἐν τοῖς τριβόλοις τοῖς σιδηροῖς, in tribulis ferreis.

Theod. Ies. XXVIII, 27. – מְגֵרָה, *serra, qua ligna dissecantur. Al.* 1 Par. XX, 3. De hoc vehiculi genere *Servius* ad *Virgil. Georg.* I. v. 164. *Tribula, genus vehiculi omni parte dentatum, unde teruntur frumenta.* Et *Varro* lib. I. c. 52. *Id* (tribulum) *fit e tabula, lapidibus aut ferro asperata, quo imposito auriga aut pondere grandi trahitur iumentis iunctis, ut discutiat e spica grana.* Plura de illo vide apud *Schefferum* de *re vehic.* lib. I. c. 7. p. 126. *Vitringam Comm.* in Ies. XXVIII, 27. et XLI, 15. et *Schoettgenium* in *antiquit. tritur.* p. 22. sequ. – צִנִּים plur. *spinae.* Prov. XXII, 5. ubi *Michaelis* in *Supplem.* p. 2109. non *dumeta*, sed *tribulos ferreos, murices* intellegit.

Ps. LXXXV, 10. Ies. LXIII, 17. - *כָּבַד, *honoro*. *Οἱ λοιποὶ* Mal. I, 6. ubi *φοβεῖσθαι* notat *cultum debitum praestare*, ac eodem iure de filiis, quo de servis, dici potest. - *נָהַר, *illuminatus, exhilaratus sum*. Ies. LX, 5. *φοβηθήσῃ*, *timebis*. Eandem notionem voci et *Syrus* subiecit. Ierem. LI, 4. Sed *Hieronymus* LXX h. l. legebat, inque Commentario citat: *gaudebis*. Ita quoque *Arabs*. Suspicor igitur, eos scripsisse *φωτισθήσῃ*, coll. Ps. XXXIV, 6. - עֶבֶד, *servus*. Ies. LXVI, 14. *γνωστὴ ἔσται ἡ χεὶρ κυρίου τοῖς φοβουμένοις αὐτὸν*, innotescet potentia Dei *colentibus* illum. Eandem significationem habet quoque vox hebraica. Conf. Act. X, 2. XIII, 16. 26. et *Bibl. Brem.* Class. VI. p. 1055. - *עִין. Dan. XI, 12. sec. cod. *Chis.* - פָּחַד, *paveo*. Deut. XXVIII, 66. 67. Ps. LII, 6. Ies. II, 12. - פַּחַד נָפַל, *pavor cadit*. Esth. IX, 2. - צָעַק, *clamo*. Ies. XXXIII, 7. *φοβηθήσονται*. Lectio haec sensum prorsus contrarium efficere nonnullis videtur, qui ideo legere malunt *βοηθήσονται*, ut habet ed. *Ald.* Sed omnis difficultas tollitur, si *φοβηθήσονται* vertatur: *prae timore clamabunt*. - קוּץ, *taedet me*. Ies. VII, 16. - *קָצַר, *abbrevio*. *Aqu.* Zach. XI, 8. *ἐφοβήθη*. Sed est haec versio sine dubio alius interpretis, qua convenienter usui loquendi expressit formulam hebr. *abbreviatum est cor eius*. Conf. *Glassii Philol. Sacr.* p. 1190. - רָאָה, *video*. Iud. XIV, 11. Lectio *φοβεῖσθαι* mihi esse videtur interpretatio vocis רָאָה, in hac orationis serie minime improbabilis, ut adeo non opus sit statuere, eos a יָרֵא deduxisse. 1 Reg. XIX, 3. Iob. XXXVII, 24. Ierem. XVII, 8. Legerunt יִירָא vel יָרֵא secundum Chetib. Mich. VI, 9. ubi acceperunt pro יִרְאֵי, ut He in eo sit loco י positum, ut iam monuit *Aben Esra*. Chald. דַּחֲלִין, *timent nomen tuum*. Conf. quoque *Scharfenbergium* ad Iud. XIV, 11. - רָנַן: *Inc.* et LXX sec. cod. *Alex.* Exod. XV, 14. *ἐφοβήθησαν*. - רָעַשׁ, *contremisco*. Ezech. XXVII, 28. *φόβῳ φοβηθήσονται*, *timore percellentur*. *Al.* Ierem. XLIX, 20. *ἐφοβήθη*. - *שׂוּם, sequ. עַל. Dan. III, 12. sec. *Chis.* *οὐκ ἐφοβήθησάν σου τὴν ἐντολήν*. Sap. XVII, 9. *εἰ μηδὲν αὐτοὺς ταραχῶδες ἐφόβει*, si nihil horrendi iis *timorem iniiceret*. *Vulg. perturbabat. Syrus: perterruit.* Vide *Thucyd.* VIII, 82. Praeterea legitur quoque apud *Samarit.* Gen. L, 19. qui verba hebr. כִּי הֲתַחַת אֱלֹהִים אָנִי transtulit: *καὶ γὰρ φοβούμενος θεὸν εἰμὶ ἐγώ*. Si verba hebraica redduntur: *num me pro Deo habetis? aut: cur me tanquam Deum veneramini?* haud male sensum expressit. Nam verba graeca sonant: Ego quoque sum cultor Dei eiusdem, quem vos veneramini, aut, ut תחת melius exprimatur, ego quoque subiectus sum Deo. LXX: *τοῦ γὰρ θεοῦ ἐγώ*. Sap. XVIII, 25. pro *ἐφοβήθησαν* legendum est *ἐφοβήθη*, sc. *ὁ ὀλοθρεύων*. Tob. IV, 23. *μη*

φοβοῦ, noli *anxius esse*, aut: non est, ut anxius sis. *Fagius* bene transtulit: אַל תִּירָא.

ΦΟΒΕΡΙ'ΖΩ, *terreo, timorem incutio.* דְּחַל chald. Pah. Dan. IV, 2. - הֶחֱרִיד Hiph. Esdr. X, 3. - יָרֵא Pih. Nehem. VI, 9. 14. 19.

ΦΟΒΕΡΙΣΜΟ'Σ, *terror.* בִּעוּתִים plur. *terrores.* Ps. LXXXVII, 17. οἱ φοβερισμοί σου ἐξετάραξάν με, terrores tui perturbarunt me.

*ΦΟΒΕΡΟΕΙΔΗ'Σ, *terribilis, horribilis, formidabilis, teter aspectu.* 3 Macc. VI, 18. δύο φοβεροειδεῖς ἄγγελοι, duo *terribiles aspectu* angeli.

ΦΟΒΕΡΟ'Σ, *terribilis, formidabilis, reverendus, venerandus.* אוֹר, *luceo. Theod.* Ps. LXXV, 4. ubi pro כָּאוֹר legit נוֹרָא. - אָיֹם. Hab. I, 7. Interpretationem verbi confirmat usus loquendi in l. *Samarit.* et *Chaldaica.* - דְּחִיל chald. Dan. II, 31. VII, 7. 19. - חַכְלִילִי, *rubicundus. Inc.* Gen. XLIX, 12. φοβεροὶ, vitiose. Fortasse legendum φοίνιοι. - מוֹרָא, *timor.* Ps. LXXV, 12. - *מִמְּגוֹר, *prae timore. Symm.* Ies. XXXI, 9. φοβερά. - נוֹרָא part. Niph. a יָרֵא. Gen. XXVIII, 17. ὡς φοβερὸς ὁ τόπος οὗτος, quam *reverendus* hic locus. Deut. X, 17. θεὸς ὁ μέγας καὶ ὁ ἰσχυρὸς καὶ ὁ φοβερὸς, Deus magnus et potens et *reverendus.* Vide et 1 Par. XVI, 25. Nehem. I, 5. Ps. LXV, 2. ὡς φοβερὰ τὰ ἔργα σου, quam *illustria* et *magnifica* sunt facta tua. Vide et Ps. CV, 22. CX, 9. ἅγιον καὶ φοβερὸν τὸ ὄνομα αὐτοῦ, sanctum et *venerabile* nomen eius. Vide Ps. XCVIII, 3. et Sir. I, 8. IX, 23. Adde *Symm.* Iob. XXXVII, 22. Ps. XLIV, 5.

*ΦΟΒΕΡΟ'Σ ΕΙ'ΜΙ', *terribilis sum. Inc.* Ezech. I, 18. φοβεροὶ ἦσαν. *Vulg. et horribiles aspectu.* In textu hebr. legitur וְיִרְאָה לָהֶם, *et pavor propter illas.*

ΦΟΒΕΡΟ'Σ ΛΟ'ΓΟΣ, *terribilis sermo.* דְּאָגָה, *sollicitudo.* Prov. XII, 26. Scil. ad דְּאָגָה protraxerunt ex altero membro דָּבָר.

ΦΟΒΕΡΩ͂Σ, *terribiliter, formidabiliter, metum incutiendo.* נוֹרָאוֹת part. plur. foem. Niph. a יָרֵא, *terribilia.* Psalm, CXXXVIII, 13.

ΦΟ'ΒΗΜΑ, *timor.* מוֹרָה, idem. *Aqu.* Ps. IX, 21. θοῦ, κύριε, φόβημα αὐτοῖς, incute, Iova, *terrorem* iis. *Fischerus* in *Clavi* p. 83. statuit, eum legisse מוֹרָא (quasi transmutato א in ה), ac deduxisse a יָרֵא, ut מוֹשָׁב ducitur a יָשַׁב, quam lectionem quoque secuti sunt *Theodotion* et *Paraphr. Chald.* - מוֹרָא. *Aqu.* Deut. IV, 34.

ΦΟ'ΒΗΤΡΟΝ, *terriculamentum.* חָגָּא (א pro ה), *trepidatio.* Ies. XIX, 17. ἔσται ἡ χώρα τῶν Ἰουδαίων τοῖς Αἰγυπτίοις εἰς φόβητρον, erit terra Iudaeorum Aegyptiis in *terriculamentum.* Conf. Luc. XXI, 11.

ΦΟ'ΒΟΣ, *timor, metus, terror*, etiam *id, quod terrorem incutit, terriculamentum.* אֵימָה, *terror.* Gen. XV, 11. φόβος σκοτεινὸς μέγας ἐπιπίπτει αὐτῷ, *terror* tenebricosus magnus irruebat in illum. Iob. IX, 34. XIII, 21. et alibi saepius. – אֵימָתָה cum duplicatione literae foem. generis, *terror maximus.* Exod. XV, 16. ἐπιπέσοι ἐπ' αὐτοὺς φόβος καὶ τρόμος, irruat in illos *terror* et tremor. Exod. XXIII, 27. Deut. XXXII, 25. Ios. II, 9. – אֵמְתָנִי* Chald. *terribilis.* Dan. VII, 7. sec. cod. *Chis.* – אֶרְאֵל, *praevalidus.* Ies. XXXIII, 7. ἐν τῷ φόβῳ ὑμῶν. Non legerunt בְּמוֹרַאֲכֶם, aut בְּיִרְאַתְכֶם, ut nonnullis visum est, sed φόβος h. l. *terriculamentum* notat, quo sensu bene voci hebraicae respondet. – *גּוּר, *timeo.* Iob. XLI, 16. φόβος θηρίοις, pro φοβοῦσι θηρία. – דֶּרֶךְ, *via.* Prov. X, 30. φόβος κυρίου: ubi tamen *Grabio Proleg. in LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 3. pro φόβος legendum videtur ὁδός; qua tamen coniectura non opus est, quia *via Domini* h. l. *religionem* seu *vivendi rationem a Deo hominibus praescriptam* notat. – הֵחָבֵא infin. Niph. a חָבָא, *abscondendo se.* Dan. X, 7. ἔφυγον ἐν φόβῳ, fugerunt in timore. – הָמוֹן, *strepitus, turba.* Ies. XXXIII, 3. Hic quoque (ubi *Vulg. vocem angeli* posuit) φόβος notat *obiectum timoris*, seu *id, quod timorem imperat.* Eadem observatio valet ibidem, ubi voci רֹמְמֻת, *exaltatio*, respondet. Sed φωνὴ τοῦ φόβου potest quoque per *vocem terribilem* reddi. Certe non opus esse videtur, ut cum *Kreyssigio* in *Obss. philol, crit.* ad Iob. XXXIX, 19–25. p. 11. ψόφου loco φόβου legatur, quamquam has voces interdum perturbatas fuisse docuit *Iacobsius Animadv.* in *Anthol.* Vol. I. P. II. p. 387. – הַר, *mons.* Ezech. XXXVIII, 21. φόβον μαχαίρας. *Cappello* in *notis critt.* ad h. l. p. 558., omisso הָרִי, pro חֶרֶב legisse videntur חֲרַד. – *הוֹד, *gloria. Symm. Theod.* Iob. XXXIX, 20. φόβος, quam vocem *Kreyssigius Obss. phil. crit. in Iob.* cap. 39. p. 20. ad vocem אֵימָה refert. Sed nonne hic quoque φόβος obiectum *timoris* aut potius *reverentiae* significare potest? – חָרַד, *tremo.* Ies. XIX, 16. ἔσονται οἱ Αἰγύπτιοι, ὡς γυναῖκες, ἐν φόβῳ καὶ τρόμῳ, erunt Aegyptii, ut mulieres, in metu et tremore. – חֲרָדָה, *tremor.* Ies. XXI, 4. Ierem. XXX, 5. – חִתָּה, *terror.* Gen. XXXV, 5. – חִתִּית, idem. Ez. XXVI, 17. XXXII, 23. 24. 25. – יִרְאָה. Gen. IX, 2. ὁ φόβος ὑμῶν καὶ ὁ τρόμος ἔσται ἐπὶ πᾶσι, timor vestrûm et tremor erit super omnes. Ps. II, 11. δουλεύσατε τῷ κυρίῳ ἐν φόβῳ, colite Dominum in timore, h. e. admodum reverenter et summa cum religione. Ps. V, 8. προσκυνήσω πρὸς ναὸν ἐν φόβῳ σου, adorabo ad templum in timore tui. Ps. CX, 9. ἀρχὴ σοφίας, φόβος κυρίου, initium sapientiae, timor Domini. Ita et Prov. I, 7. IX, 10. et similiter Prov. XVI, 4. XXII, 4. Confer ad haec loca *Suidam* in v. φόβος. *Al.* Ies. XI, 2. φόβου θεοῦ vel κυρίου,

ubi LXX *εὐσέβεια*. - מִגְרְשׁוֹת plur. *suburbia*. Ezech. XXVII, 28. Nempe גרש est *expellere* et *perterrefacere*. - מוֹרָא. Gen. IX, 2. Ies. VIII, 12. 13. Mal. I, 6. - *מוֹרָה. *Theod*. Ps. IX, 21. *Aqu*. Iud. XIII, 5. Uterque non legit מוֹרָא, sed in indaganda origine verbi hebraici erravit. - *מָעוֹן, *fortitudo, robur*. Dan. XI, 31. sec. cod. *Coisl*. ubi sensum expresserunt. - *מַשָּׂא, *onus*. *Symm*. Hos. VIII, 10. ubi φόβος obiectum *metus* atque *timoris* notare debet. Certe alia ratione haec versio cum textu hebr. conciliari nequit, nisi pro φόβου reponere malis φόρου. Nam *P* et *B* saepe confusa sunt. - מִתְלַהֲמִים part. Hithp. *blandiens*, it. *contusus*. Prov. XVIII, 8. N. L. - נוֹרָא Hiph. a יָרֵא, *metuor*. *Aqu*. *Theod*. Ps. CXXIX, 4. ἕνεκεν τοῦ φόβου. *Ed. Quint*. ἐπὶ φόβου. Loco תִּוָּרֵא legerunt מוֹרָא. - עֹבֵר part. *transiens*. Ies. XXXIII, 8. Forte hic legerunt עֶבְרָה. - פַּחַד, *pavor*. Gen. XXXI, 53. et alibi saepius. *Symm*. Iob. XXII, 10. Id. Thren. III, 46. ubi pro φόβῳ reponendum est φόβου ob sequentia. - רְאוֹת plur. *visiones*. 2 Par. XXVI, 5. ἐν φόβῳ κυρίου. Videntur legisse יִרְאָה. - *רֹמְמוֹת, *exaltatio*. Ies. XXXIII, 9. Vide supra s. v. הָמוֹן. - רַעְמָה, *tonitru*, vel *fremitus*, *qui tonitru quasi fragorem imitatur*. Iob. XXXIX, 19. ἐνέδυσας δὲ τραχήλῳ αὐτοῦ φόβον; induistine vero collo eius terrorem? Conf. ad h. l. *Bochartum Hier*. P. I. Lib. II. c. 8. p. 119. ubi aut Graecos pro רַעְמָה legisse suspicatur רְעָדָה, h. e. *tremorem* vel *timorem*, aut versionem esse corruptam, et pro φόβον legendum φόβην, h. e. *iubam*: φόβη enim *equi* vel *leonis* est *iuba*, et in genere *coma quaevis*. Prius videtur *Bielio* praeferendum. Aliam viam ingressus est *Kreyssigius*, qui in *Obss. Philol. Critt. in Iob*. c. 39. p. 9. loco φόβον ex coniectura reponere mavult ψόφον, quam emendationem quodammodo confirmat *Vulgatus*, qui habet *hinnitum*. Sed omnibus his coniecturis facile carere possumus, cum constet, φόβον haud raro *illud ipsum* significare, *quod terrorem incutere aliis solet*. - שְׁאָגָה, *rugitus*. Iob. III, 24. - שְׂעִפִּים (שׂ pro ס) plur. *cogitationes*, spec. *anxiae*. Iob. IV, 13. ubi φόβος iterum *quod terrorem incutit*, *terriculamentum* notat. - *שַׁעֲרֵי, *portae*. Iob. XXXVIII, 17. ἀνοίγονται δέ σοι φόβῳ πύλαι θανάτου. Legendum φόβοι. Orta autem est haec versio ex gemina interpretatione hebr. שַׁעֲרֵי, quod alter interpres a שָׂעַר, *horrere*, deduxit, alter solita significatione *portae* accepit. - *שַׂעֲרַת, *crinis*. *Inc*. Iob. IV, 15. ὁ φόβος sec. cod. *Colb*. Deduxit a שָׂעַר, *horruit*. Sed fortasse verba ἀντιπνέει με ὁ φόβος hic non suo loco posita, ac referenda sunt ad verba initialia v. 14. פַּחַד קְרָאַנִי. Vide s. v. ἀντιπνέω. - שָׂרֵר part. a שָׂרַר, *principatum tenens*. Esth. I, 21. ubi φόβος est *reverentia*. - תַּרְדֵּמָה, *sopor*. Iob. IV, 13. Videtur hic φόβος *somnum terribilem* significare. Conf. infra s. φόβος δεινός. Sap. XVII, 6. φόβου πλήρης, *terribilis*. Sir. IX,

16. *φόβος κυρίου* videntur esse *οἱ φοβούμενοι τὸν κύριον*, abstracto posito pro concreto, ob membrum parallelum, hoc sensu: gloriare, quod timentes Deum habeas familiares et convivas. Sir. XXII, 19. *φόβῳ οὐ δειλιάσει*, nullo tempore pertimescet. Sir. XL, 2. *διαλογισμοὺς αὐτῶν καὶ φόβον καρδίας κ. τ. λ.*, quod attinet ad cogitationes eorum et metum cordis, versatur meditatio circa diem fatalem. *Baruch.* VI, 3. *δεικνύντας φόβον τοῖς ἔθνεσιν*, quos gentiles *cultu religioso* prosequuntur. Conf. v. 4. Sap. XVIII, 17. ubi *φόβοι* sunt *terrores*, coll. parellelismo sententiarum, et Rom. XIII, 3. *Suidas*: *φόβος ἐστὶ προσδοκία κακοῦ.*

**ΦΌΒΟΣ ΔΕΙΝΌΣ*, *terror magnus.* תַּרְדֵּמָה, *sopor, somnus profundior.* Iob. XXXIII, 15. Vide supra s. *φόβος* ad תַּרְדֵּמָה.

ΕἿΔΟΣ ΦΌΒΟΥ, *species timoris.* מוּסָר, *castigatio.* Iob. XXXIII, 16.

ΦΌΒΟΣ ΛΑΜΒΆΝΕΙ, *timor capit aliquem.* חָרַד, *tremo.* Ies. X, 29.

ΦΟΓΩΡ. Ipsa vox hebr. פְּעוֹר, notans *montem et idolum Moabitarum*, a פָּעַר, *retegere*, *denudare*, nomen habens, quod facta coram illo pudendorum denudatione cultus sit. Num. XXXIII, 28. XXXI, 16. Deut. III, 29. Ios. XXII, 17. Conf. de etymo huius nominis *Observationem Ishringii* in *Bibl. Brem. Class.* V. p. 389.

ΦΟΙΒΆΩ, *lustro*, *purgo*, vel *vaticinor.* הִתְגֹּדֵד Hithp. *incido me.* *Al.* Deut. XIV, 1. *οὐ φοιβήσετε, οὐκ ἐπιθήσετε φαλάκρωμα ἀνὰ μέσον τῶν ὀφθαλμῶν ὑμῶν ἐπὶ νεκρῷ*, non *lustrabitis*, neque ponetis calvitiem inter oculos vestros super mortuum. (*Kircherus* in *Concord.* legit *οὐ φοβήσετε*, nullo commodo sensu. *Eugubinus* mavult *οὐ φηβήσετε*, *non puberascetis*, a *φήβη*, inquit, h. e. *pubertate.* Sed *φοβήσετε* et *φόβη* forte dicere voluit, quanquam nec *φόβη pubertatem* significat, sed *iubam* vel *comam leonis*, *hominis*, *plantarum*, vel potius *ἥβη* et *ἡβήσετε*, quod *pubertatem* et *puberascetis* significat. *Biblia Regia* *οὐ κοφθήσεσθε*, *non incidemini*, et haec sola lectio hebraeae voci nostroque textui respondet. Vide ad h. l. *Bonfrerium.*) *Cyrillus* ad h. l. *τὸ φοιβᾶσθαι κατὰ τὴν συνήθειαν τὴν Ἑλληνικὴν καθαίρειν ἐστὶ, καὶ καθαίρεσθαι ἐπὶ τῷ νεκρῷ· οὐ γὰρ προσήκει μολυσμὸν ἡγεῖσθαι ψυχῆς τὸν σωματικὸν θάνατον.* *Suidas*: *φοιβᾶσθαι, τὸ καθαίρεσθαι· καὶ φοῖβον, τὸ καθαρὸν, καὶ φοῖβαι, αἱ καθαραὶ, ὅθεν καὶ Φοῖβος ὁ Ἀπόλλων.* Conf. *Tzetzem* ad *Lycophr. Alex.* v. 6. Aliter autem *Theodoretus* vocem *φοιβήσετε* Deut. l. c. interpretatur. En verba: *διὰ μὲν τοῦ φοιβήσετε τὰς μαντείας ἐξέβαλε. φοῖβον τὸν ψευδόμαντιν ἐκάλουν τὸν Πύθιον.* Unde et apud *Hesychium*: *οὐ φοιβήσετε.* (Sic enim scribendum procul

dubio pro φοιβήσεται), φοιβᾷν ἐστὶ τὸ ἐπὶ νεκρῷ ἢ δαιμονικῷ μαντεύεσθαι.

ΦΟΙΒΑ'ΖΩ, idem. הֶעֱבִיר, *transire facio. Al.* Deut. XVIII, 10. οὐ φοιβάσεσθε, οὐ περικαθαριεῖτε (posteriora verba glossema videntur priorum) τὰ τέκνα ὑμῶν, non *lustrabitis* filios vestros. Produxit illa *Chrysostomus* ad Ioh. I, 16. *Hesych.* φοιβάναι, λαμπρῦναι, μαντεύσασθαι, κοσμῆσαι, καθᾶραι, ἁγνίσαι, καὶ φοιβάσαι ὁμοίως.

ΦΟΙΝΙ'ΚΗ, *Phoenicia, Palaestina, s. terra Canaan*, quae etiam ab exteris scriptoribus vocabatur Phoenice. אֶרֶץ כְּנַעַן, *terra Canaan.* Exod. XVI, 35. *Euseb. Praep. Evang.* lib. X. c. 5. αὐτὴν τὸ μὲν παλαιὸν Φοινίκην, μετέπειτα δὲ Ἰουδαίαν, καθ' ἡμᾶς δὲ Παλαιστίνην ὀνομαζομένην οἰκοῦντες. *Stephanus Byz.* Χνᾶ (Canaan), οὕτως ἡ Φοινίκη ἐκαλεῖτο. Vide *Relandi Palaestin.* lib. I. cap. 9. p. 37. et lib. III. p. 640. Ed. *Norimb.* – צִידוֹן, *Sidon*, nomen urbis in Phoenicia. Ies. XXIII, 2.

ΦΟΙ'ΝΙΚΕΣ, *Phoenices, incolae Phoeniciae.* Hinc Φοινίκων ἔθνη, *Phoenicum gentes.* כְּנַעֲנִים, *Cananaei.* Iob. XL, 25. Sc. regio Phoenicum et Phoenicia apud LXX videtur comprehendere totam Chananaeam ac terram Israeliticam promissam. Vide *Bonfrer.* ad Ios. V, 1. Si fides habenda est *Philoni Byblio*, qui *Sanchuniathonem*, antiquissimum Phoenicum scriptorem, in linguam graecam transtulit, Χνὰ, *Chanaan*, Chananaeorum auctor generis fuit, unde etiam a *Stephano* p. 758. Phoenicia Χνὰ dicitur. Adde Prov. cap. ult. v. 24. ubi voces τοῖς Φοίνιξι desunt in plerisque exemplaribus et vero sunt glossema ex alio interprete pro τοῖς Χαναναίοις.

ΦΟΙΝΙ'ΚΕΟΣ, ΟΥ͂Σ, *puniceus, coccineus, ruber.* שָׁנִי, *dibaphum.* Ies. I, 18. ἐὰν ὦσιν αἱ ἁμαρτίαι ὑμῶν ὡς φοινικοῦν, sc. χρῶμα vel ἱμάτιον, si peccata vestra sint tanquam color *coccineus* vel vestis *coccinea. Hesych.* φοινικοῦν, πυῤῥόν, κόκκινον, αἱματῶδες. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* φοινικοῦν, πυῤῥόν, κόκκινον. *Suidas:* φοινικοῦν, ἐρυθρὸν, πυῤῥόν. Conf. *Braunium* de *Vestitu Sac. Hebr.* lib. I. c. 15. §. 210. 215.

*ΦΟΙΝΙ'ΚΗ, *Phoenice, Phoenicia.* צִידוֹן, *Sidon.* Ies. XXIII, 2. Similiter Deut. III, 9. pro צִדֹנִים Φοίνικες habent. *Hesych.* Σιδόνιοι, Φοίνικες, καὶ οἱ τὴν ἐρυθρὰν οἰκοῦντες θάλασσαν, ubi vide *Intt.*

ΦΟΙΝΙΚΩ'Ν, *palmetum, locus, ubi crescunt palmae*, it. *urbis nomen.* תָּמָר. Ezech. XLVII, 20. Adde v. 19. ubi nihil est in textu hebraico.

ΦΟΙ"ΝΙΞ, *palma*, it. *ramus palmae*, it. *fructus palmae.* קַיִץ, *aestivi fructus. Al.* 2 Sam. XVI, 1. 2. οἱ φοίνικες (*Compl.* παλάθαι) εἰς βρῶσιν, *dactyli* in cibum. Eodem sensu vox legitur apud *Aelianum V. H.* I, 3. III, 39. *Fabero* in

notis ad *Harmari Obss. de Oriente* T. I. p. 396. admodum suspecta fuerunt verba ἑκατὸν φοίνικες, ac cum *Graffmanno* statuens, LXX Codd. hebr. graecis usos fuisse, sumsit etiam h. l. scripsisse: οἶφι κεις, ut אֵיפָה קָיִץ loco מֵאָה קַיִץ legerint. Sed mihi LXX vocem קַיִץ admodum ambiguam, quae *omnis generis fructus aestivos* significat, pro more suo ex coniectura de *fructibus palmarum* accepisse videntur. — תָּמָר. Lev. XXXIII, 20. Nehem. VIII, 77. Ps. XCI, 12. — — *תֹּמֶר. Iud. IV, 5. — תִּמֹרָה. 1 Reg. VI, 28. 2 Par. III, 5. Ezech. XL, 17. et alibi. Ezech. XLI, 25. φοίνικες κατὰ τὴν γλυφὴν τῶν ἁγίων, sculpturae palmarum iuxta sculpturam sanctorum. *Gloss. MS. in Ezech.* ποίνηνες, γλυφαί. Lege: φοίνικες, γλυφαί. Unde apud *Phavorinum* in v. φοίνικες pro γλύφαι scribendum γλυφαί. 2 Macc. XIV, 4. προσάγων αὐτῷ στέφανον χρυσοῦν καὶ φοίνικα, afferens illi coronam auream et *palmae ramum*. *Pollux* lib. IV. segm. 244. τοῦ μέντοι φοίνικος καὶ ὁ κλάδος ὁμωνύμως φοῖνιξ καλεῖται.

ΣΤΕ'ΛΕΧΟΣ ΦΟΙ'ΝΙΚΟΣ, *truncus palmae*. חוֹל, *arena*. Iob. XXIX, 18. ἡ ἡλικία μου γηράσει ὥσπερ στέλεχος φοίνικος. Scilicet LXX, quibus nimis hyperbolica videbatur comparatio cum arena, quae in textu hebr. reperitur, per חול *arborem* intellexerunt, et, quia maxime longaeva est, *palmam*, aut potius *palmam* substituerunt. *Tigurina Latina* habet: *more Phoenicis multos dies victurum*, cuius auctor sine dubio cogitavit de fabulosa ave *Phoenix* dicta, quae de suo surgat rogo corporisque sui haeres et cineris sui foetus sit, ac de qua *Lucian.* in *Hermotimo* cap. 53. ἢν μὴ φοίνικος ἔτη βιῴη. — תָּמָר, *palma*. Exod. XV, 27. Num. XXXIII, 9. Vide quoque Sir. L, 14.

ΦΟΛΙΔΩΤΟ'Σ, *squamatus*. קַשְׂקַשִּׂים plur. *squamae*. *Aqu.* 1 Sam. XVII, 5. θώρακα φολιδωτὸν, *loricam squamatam*, h. e. *constantem laminis aeneis ferreisve seriis ita inter se connexis, ut speciem squamarum retulerint*. Conf. *Ficherum de veras. GG. V. T.* p. 74. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* φολιδωτὸν, λεπιδωτόν. Ex illa autem *Aquilae* versione firmatur coniectura *H. Stephani*, qua in *Thes. l. gr.* in verbis *Suidae*, φολὶς ... τὸ τοῦ δόρατος, scribendum censet τὸ τοῦ θώρακος. Conf. supra in v. ἁλυσιδωτός.

ΦΟΛΙ'Σ, *squama*. קַשְׂקֶשֶׂת, *squama squamae adhaerens*. *Inc.* Lev. XI, 9. *Aqu.* Deut. XIV, 9. — רֶסֶן, *inferior capistri pars, quae naso incumbit, eumque stringit et coercet*. *Symm.* Iob. XLI, 5.

ΦΟΝΕΥ'Σ, *occisor, homicida*. הֹרֵג part. *occidens*. *Al.* 2 Reg. IX, 31. Vide et Sap. XII, 5. ubi tamen loco φονέας reponendum φόνους ob sequens θοίναν.

ΦΟΝΕΥΤΗ'Σ, idem. הֹרֵג part. *occidens*. 2 Reg. IX, 31. ὁ φονευτὴς, ubi alii φονεύς. — רָצַח verb. *occido*. Prov. XXII,

13. *φονευταί*. Aut legerunt מְרַצֵּחַ, aut ob vocem *λέων* in membro priori ita vertendum existimarunt. - רֹצֵחַ part. Kal. Num. XXXV, 11. Deut. IV, 42. Ios. XX, 3. - מְרַצֵּחַ part. Pih. 2 Reg. VI, 32. Ies. I, 21.

ΦΟΝΕΥ'Ω, *occido*, *homicidium committo*. הֶחֱרִים Hiph. *anathematizo*. Ios. X, 35. - הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio*. Ios. X, 28. 30. 2 Par. XXV, 3. - הָרַג. Nehem. IV, 11. VI, 10. Prov. I, 32. VII, 26. - *חֻבַּל Pyh. *corrumpor*. *Inc*. Iob. XVII, 1. *φονεύομαι*, pro quo *Semlerus* ex *Olympiodoro* legendum putat *ἀπόλλυμι*. - חֲרָבוֹת plur. a חֶרֶב, *gladii*. Ies. XXI, 14. *πεφονευμένοι*. Deduxerunt a voce חָרַב, quae in l. Syr. *occidere* notat. - חָצַץ, *decido*, *decerno*. 1 Reg. XX, seu XXI, 40. Vide supra *ἔνεδρον* s. v. מִשְׁפָּט. - רָצַח. Exod. XX, 13. Num. XXXV, 6. Deut. IV, 42. et alibi saepius. - *רֶצַח, *gladius*. *Aqu*. Ps. LXII, 4. Legit בְּרֶצַח inf. Kal. Praeterea legitur Thren. II, 20. ubi vocem *φονευθήσονται* *Doederleinius* in *Repertorio Bibl. et Or. Lit. Eichhorniano* Tom. IV. p. 198. ad טִפֻּחִים retulit, ut legerint יִטָּפְחוּ. Equidem referre mallem ad sequ. יֵהָרֵג, ut plures versiones h. l. coniunctae sint.

ΦΟΝΟΚΤΟΝΕ'Ω, *caedem perpetro*, *occido*, it. *caede contamino*, *polluo*, *caedis maculam ac foeditatem inuro*. חָנֵף: הֶחֱנִיף, Kal et Hiph. *profano*, *contamino*, *polluo*. Num. XXXV, 33. *τὸ γὰρ αἷμα τοῦτο φονοκτονεῖ τὴν γῆν*, hic enim sanguis *polluit* terram. Ps. CV, 37. *ἐφονοκτονήθη ἡ γῆ ἐν τοῖς αἵμασι*, *polluta est* terra isto sanguine. Latinus Int. *infecta est*. *Phavor*. *ἐφονοκτονήθη*, *ἐμιάνθη*. Idem legitur apud *Zonaram Lex*. 936. *Symm*. Ies. XXIV, 5. *Inc*. Ierem. III, 2. et Thren. III, 9.

ΦΟΝΟΚΤΟΝΙ'Α, *caedes*, speciatim *homicidium*. 1 Macc. I, 25. *ἐποίησε φονοκτονίαν*. *Vulg*. *fecit caedem hominum*, *ἀνδροκτονίαν* s. *ἀνδροφονίαν*.

ΦΟ'ΝΟΣ, idem, it. *acies gladii*, *occidendi vim habens*. *אָוֶן, *iniquitas*. Ies. LIX, 7. ubi textus *MS*. *Ies*. ut et ed. *Rom*. *ἀπὸ φόνων* habet, quae lectio *Semlero* orta esse videtur ex *ἀφρόνων*. Ita iam indicavit *Montfauconius*. - דָּם: דָּמִים, sing. et plur. *sanguis*, *sanguines*, it. *caedes*. Exod. XXII, 2. Prov. I, 18. *Caedes* pro *sanguine* ponitur apud *Virgil*. *Aen*. IX, 342. Vide *Turnebi Advers*. XVII, 5. - חֶרֶב, *gladius*. Exod. V, 3. Lev. XXVI, 7. Deut. XXVIII, 22. - מְרוּצָה, *cursus*, it. *concussio*. Ierem. XXVII, 17. Legerunt הַמְרוֹצֵחַ, nam רָצַח est *interficere*. Suspicor tamen, eos *πόνον* (ut habent *Hexapla Syriaca*) scripsisse, hocque a librariis in *φόνον* mutatum fuisse. - *עָמָל, *labor*. Ies. LIX, 4. *φόνον* sec. ed. *Compl*. Mallem legere *πόνον*. - פֶּגֶר, *cadaver*. Ezech. XLIII, 7. 9. *Φόνος* de *cadaveribus* usurpatum legitur quoque apud *Homer*. *Il*. *κ'*, 298. et *Eurip*. *Iphig*. *in Taur*. v. 380. - פֶּה, *os*, *ac*, si de gladio sermo est, *acies*. Exod. XVII, 13.

Num. XXI, 24. Deut. XIII, 15. XX, 13. *ἐν φόνῳ μαχαίρας, acie* gladii. Conf. Hebr. XI, 37. Quod in illis locis est, *ἐν φόνῳ μαχαίρας*, alias est *ἐν στόματι μαχαίρας*. - *רָמִים, *excelsa*. Iob. XXI, 22. sec. *Vat. φόνοι*. *Hieron. homicidia.* Inepte. Legerunt רְמִים. - רָצֹחַ infin. *occidendo*. Hos. IV, 2.

'ΑΙΤΙ'Α ΦΟ'ΝΟΥ, culpa caedis. דַּם נֶפֶשׁ, *sanguis animae*. Prov. XXVIII, 17.

ΦΟ'ΝΟΝ ΠΟΙΕ'Ω, caedem facio. הֵשִׂים דָּמִים, *pono sanguines*. Deut. XXII, 8.

**ΦΟΝΩ'ΔΗΣ, sanguinarius.* 4 Macc. X, 17.

ΦΟΡΑ', productio, proventus. יְבוּל, idem. *Symm.* Ps. LXVI, 7. *Inc.* Hab. III, 17.

ΦΟΡΒΑΙ'Α, capistrum. חֶבֶל, *funis*. Iob. XL, 20. *περιθήσεις δὲ φορβαίαν περὶ ῥῖνα αὐτοῦ;* circumpones autem *capistrum* naso eius? *Hesych. φορβαίαν, περιστόμιον, καπίστριον.* Ita et in *Gloss. Bibl. MS.* teste *Cangio* in *Gloss. Gr.* p. 586. et apud *Suidam*, nisi quod apud hunc pro *φορβαίαν* scribatur *φορβειάν*. *Φορβειά* etiam apud *Phavorinum* exponitur *περιστόμιον, καπίστριον*. Ad quem locum *I. A. Fabricius* in ora exemplaris sui manu sua ita notat: *Sophocl. ap. Longin.* c. 2. *περὶ ὕψους*. *Cic.* II, 16. ad *Attic. Nummus* ap. *Cuperum* p. 102. *Obss. Var.* Consule et *Schefferum* de *re vehic.* lib. I. c. 13. p. 178. 189.

ΦΟΡΕΙ͂ΟΝ, gestatorium, feretrum, vehiculum, lectica, it. *iumentum.* אַפִּרְיוֹן, *thalamus, torus, ac lectus genialis.* Arab. فرفر est *genus vehiculi muliebris.* Cant. III, 1. *φορεῖον* (Videtur h. l. esse ipsa vox hebraica) *ἐποίησεν ἑαυτῷ Σαλωμὼν ἀπὸ ξύλων Λιβάνου. Στύλους αὐτοῦ ἐποίησεν ἀργύριον*, lecticam sibi fecit Salomo ex lignis Libani. Columnas eius fecit ex argento. Tales lecticas Macedones postea etiam usurparunt. *Athenaeus* lib. V. c. 5. *ταύτης δ' ἑξῆς ἐπόμπευον ἐν χρυσόποσι μὲν φορείοις ὀγδοήκοντα γυναῖκες, ἀργυρόποσι δὲ πεντακόσιαι καθήμεναι, πολυτελῶς διεσκευασμέναι.* Sic et *Athenaeus* lib. V. c. 10. Athenioni philosopho tribuit *φορεῖον ἀργυρόπουν*. Vide *Schefferum* de *re vehic.* lib. II. c. 5. p. 88. 91. 2 Macc. IX, 8. *Al.* 2 Macc. II, 27. - בְּעִיר, *iumentum. Theod.* Gen. XLV, 17. *φορεῖα. Vulg. iumenta.* Recte. Alii male: *gestatoria vestra*, sc. *vasa*. - כִּרְכָּרוֹת plur. *animalia velocia, carrucae. Symm.* Ies. LXVI, 20. - פֶּרֶד, *mulus. Al.* Ies. LXVI, 20.

ΦΟΡΕΥ'Σ, portator, baiulus, it. *vectis.* בַּדִּים plur. ex בַּד. *Inc.* Exod. XXVII, 7.

ΦΟΡΕ'Ω, fero. הוֹסִיף Hiph. a יָסַף, *addo.* Prov. XVI, 23. Vide et Sir. XI, 5. XL, 5.

ΦΟΡΘΟΜΜΙ'Ν. Vox Chald. vel Persica פַּרְתְּמִים, plur. *principes*, aut *pueri lectissimi*, ut sit compositum ex פרי־תם,

q. d. *eximii vituli*. Conf. *Editt. Rom. cod. Chis*. ad h. l. p. 4. Dan. I, 3. *Aquila* reddit ἐκλεκτῶν. Unde *Gloss. MS. in Dan*. Ἀπὸ τῶν φορθομμὶν, ἀπὸ τῶν ἐκλεκτῶν.

ΦΟΡΙ'ΟΝ, i. q. φορεῖον, *feretrum*. 2 Macc. III, 27.

ΦΟΡΟΛΟΓΕ'Ω, *tributum colligo*, *tributum exigo*, etiam *impono*. הֶעֱרִיךְ, Hiph. *taxo*. *Al*. 2 Reg. XXVII, 35. ἐφορολόγησε. *Vulg*. *cum indixisset terrae per singulos*, sc. *tributum*. Vide et 3 Esdr. II, 27.

ΦΟΡΟΛΟ'ΓΗΤΟΣ, *tributarius*, *qui est sub tributo*. לָמַס, *in tributum*. Deut. XX, 11. ἔσονταί σοι φορολόγητοι, erunt tibi *tributarii*. *Gloss. in Octat*. φορολόγητοι, λειτουργοὶ, ὑποτελεῖς.

ΦΟΡΟΛΟΓΕΙ'Α, i. q. φορολογία. 1 Macc. I, 29. sec. cod. *Alex*.

ΦΟΡΟΛΟΓΙ'Α, *tributi collectio* seu *exactio*, it. *tributum ipsum*, *quod colligitur*. 3 Esdr. II, 19. VIII, 22. chald. מִנְדָּה, *tributum*, coll. Esdr. IV, 13. VII, 24. 3 Esdr. VI, 29. chald. נִכְסִ, *opes*, coll. Esdr. VI, 8. 1 Macc. I, 30.

ΦΟΡΟΛΟ'ΓΟΣ, *tributi collector* seu *exactor*. נֹגֵשׂ part. *exactor*. Iob. III, 18. XXXIX, 7. (10.) ubi φορολόγος esse videtur i. q. ἐργοδιώκτης, *operum praefectus et exactor*. — נִשְׁתְּוָן chald. *decretum*, *epistola*. Esdr. IV, 7. 18. 23. V, 5. Vide et 1 Macc. III, 29. ubi tamen scribere mallem e vers. Syr. αἱ φορολογίαι, *tributorum collectiones*, aut φόροι, ut cod. *Alex*. habet. *Hesych*. φορολόγος, ὁ ἀπαιτῶν τοὺς φόρους. *Suidas*: φορολόγος, ὁ τὰς εἰσφορὰς συλλέγων, οὓς πράκτορας ἔθος καλεῖν τοῖς πολλοῖς. Pariter in *Lex. Cyrilli MS. Brem*. exponitur ὁ τοὺς φόρους ἀθροίζων.

ΦΟ'ΡΟΣ, *tributum*. הָאַמָּה, *Haamah*, nomen proprium. *Symm*. 2 Sam. VIII, 1. τὴν ἐξουσίαν τοῦ φόρου. Eum secutus est *Vulgatus*, qui habet *fraenum tributi*, h. e. *potestatem tributa aliis imponendi et ab iis exigendi*. Sed in voce אַמָּה nihil est, quod huic versioni, in hac orationis serie minime incommodae, ansam dederit. Mihi in mentem venit legere φορίου s. φορείου, sc. τοῦ ὕδατος. Certe *Aquila* אַמָּה per *aquaeductum* interpretatus est. V. ὑδραγώγιον et ὑδραγωγός. — *אֲנָשִׁים, *viri*. 1 Reg. X, 15. χωρὶς τῶν φόρων. *Houbigantio* loco מֵאַנְשֵׁי legisse videntur מַשָּׂא, *praeter allata a mercatoribus*. Ita quoque *Chaldaeus*. — מִדָּה, *vectigal*. Esdr. IV, 20. VI, 8. Neh. V, 4. — מִנְדָּה chald. idem. Esdr. IV, 13. VII, 23. — מִנְחָה, *donum*. *Symm*. 2 Sam. VIII, 2. 2 Reg. XVII, 3. Hebr. מִנְחָה, quod, ut gr. φόρος, in universum *oblationem* notat, habet quoque, ut mihi quidem videtur, notionem *tributi* 2 Sam. VIII, 6. — מַס, *tributum*. Iud. I, 30. 32. *Aqu*. Gen. XLIX, 15. εἰς φόρον δουλεύων, *tributarius* s. *vectigalis*. *Aqu*. *Symm*. Prov. XII, 24. — *עֹנֶשׁ, *mulcta*. 2 Reg. XXIII, 33. sec. ed. *Compl*. 1 Macc. III, 29. ubi loco φόροι fortasse reponendum φορολόγοι.

Suidas: φόρος, παρ' Ἀθηναίοις, ἡ τῶν χρημάτων φορά. *Hesych*. φόρος, ἡ τῶν χρημάτων καταβολὴ, ἢ νέον τέλεσμα. Idem: φόροι, δημόσιοι ἀπαιτήσεις. *Phavor*. φόρος, κυρίως τὸ ὑπὲρ τῆς ἰδίας φερόμενον γῆς. τέλος δὲ, ἡ ὑπὲρ τῆς ἐμπορίας συντέλεια. Conf. *Suiceri Thes*. T. II. p. 1461. et *Perizonium* ad *Aelian. V. H.* II, 10.

ΦΟ'ΡΟΝ 'ΕΠΙΒΑ'ΛΛΩ, tributum impono. עָנַשׁ, *mulcto.* 2 Par. XXXVI, 3.

ΦΟΡΤΙ'Α, ας, sarcina. מַשָּׂא. *Inc.* 2 Sam. XV, 33. ἔσῃ ἐπ' ἐμὲ φορτίας. Incertus hic interpres est sine dubio *Aquila*, uti colligi potest ex proxime sequente nota hexaplari. Loco φορτίας vel est φορτία scribendum vel εἰς φορτίαν s. φορτίον. Significat autem h. l. φορτία aeque ac βάσταγμα apud LXX *eum, qui alicui molestus est. Kreyssigio* φορτίας, quod aeque ac φορτία Lexica ignorant, *Bielii Thesauro* inserendum videtur.

**ΦΟΡΤΙ'ΑΣ.* Vide s. φορτία.

ΦΟΡΤΙΚΟ'Σ, molestus. לְמַשָּׂא, *in onus. Inc.* Iob. VII, 20. *Vulg. gravis.*

ΦΟΡΤΙ'ΖΩ, onero, onus impono, etiam: *donis ac muneribus aliquem onero.* שָׁחַד, *munero.* Ezech. XIV, 32. ἐφόρτιζες αὐτοὺς τοῦ ἔρχεσθαι πρός σε, *cogebas* eos (nempe donis ac muneribus) ad te venire.

ΦΟΡΤΙ'ΟΝ, onus, sarcina, ac metaph. *copiosa quaedam materia.* בְּעִיר, *iumentum. Al.* Gen. XLV, 17. — טַף, *parvulus, parvuli. Symm.* Ios. I, 14. φορτίον. Ita interpretatus est *Symmachus* volens, ut *Masio* in *Comment.* p. 31. videtur, significare ea, quae *impedimenta* vocantur apud milites. — מַשָּׂא. 2 Sam. XIX, 35. Ps. XXXVII, 4. Iob. VII, 20. (ubi *Schol.* φορτικός). Ies. XLVI, 1. — שׂוֹכָה, *ramus.* Iud. IX, 48. (ubi loco φορτίων reponendum φορτίον, ut habet codex Reg. laudatus a *Montf. Palaeogr.* p. 189.) 49. *Inc.* φορτίον, sc. τῶν κλάδων. Vide et Sir. XXI, 18. XXXIII, 29. *Suidas*: φορτία, τὰ ἀγώγιμα. Idem verba scriptoris incerti subiungit, quibus vox ea notione legitur.

ΦΡΑ'ΓΜΑ, idem quod φραγμὸς, *sepes, sepimentum, munimentum.* מָגֵן, *clypeus.* Hos. IV, 19. ἠγάπησαν ἀτιμίαν ἐκ φράγματος αὐτῆς, amarunt dedecus ex *sepimento* suo. *Cappello in Crit. S.* p. 508. legisse videntur מִגַּנֶּיהָ, nam גַּן est *septum, hortus undiquaque sepe conclusus atque obseptus,* quo ipsi hic videntur designari *idolorum templa.* Sed lege contra illum disputantem *Scharfenbergium*, qui potius statuit, LXX scripsisse ἐκ φρυάγματος αὐτῶν, ut מִגְּאוֹנָם legerint. — מִבְצָר. *Aqu. Symm.* 2 Sam. XXIV, 7.

ΦΡΑΓΜΟ'Σ, sepes, sepimentum. *גְּדוּד, *turma.* Mich. IV, 14. Legerunt גָּדֵר, mutato *Daleth* in *Resch.* — גָּדֵר, *sepes.* Num. XXII, 24. Esdr. IX, 9. Ps. LXI, 3. et alibi. — *גָּדֵר,

idem. Prov. XXIV, 31. - גְּדֵרָה. Ps. LXXXVIII, 39. Nah. III, 17. Adde *Aqu.* Ierem. XLIX, 3. sec. *Euseb. Onom.* s. v. *γημαρώθ*, ubi vid. *Bonfrerius*. - מְשׂוּכָה. Ies. V, 5. - מֹשְׁכוֹת part. Kal plur. foem. a מָשַׁךְ, *attrahentes*, sc. *coeli et siderum vires.* Iob. XXXVIII, 31. Legerunt מְשֻׂכּוֹת, nam מְשֻׂכָּה est *sepes*, *φραγμός*. Conf. *Michaelis Supplem.* p. 1568. - פֶּרֶץ, *ruptura*. Gen. XXXVIII, 29. 1 Reg. XI, 27. Ies. LVIII, 12. ubi *φραγμοὶ sepes ruptas* notat.

ΦΡΑΓΜΟ'Ν ΠΕΡΙΤΙ'ΘΗΜΙ, *sepimentum circumpono.* עִזֵּק Pih. *circumsepio.* Ies. V, 2. Conf. Matth. XXI, 33. - Vide alibi *κατάπτωμα.*

ΦΡΑ'ΖΩ, *dico*, *significo*, *indico.* הֵבִין Hiph. a בִּין, *intellegere facio*, Iob. VI, 24. - הוֹרָה Hiph. a יָרָה, *doceo.* Iob. XII, 8. - *חַוִּא chald. *indico.* Dan. II, 4. sec. cod. *Chis. Hesych.* *φράζει*, *δεικνύει*, *σημαίνει*, *λέγει*, *διηγεῖται*, *σκέπτεται*, *διανοεῖται.*

ΦΡΑ'ΖΩΝ. Ipsa vox hebr. פְּרָזוֹן. *Aqu.* Iud. V, 7. et 11. Sine dubio scribendum est *φάρζων*. *Procopius* tamen annotat, quod *φράζων* significet *potentes*, unde apud *Theodoretum quaest.* 12. *οἱ κρατοῦντες*. Conf. *φαραζών*.

ΦΡΑ'ΣΣΩ, *ΤΤΩ*, *obturo*, *obstruo*, *occludo*, *munio*, *obsepio.* אָטַם. Prov. XXI, 13. *ὃς φράσσει τὰ ὦτα αὐτοῦ τοῦ μὴ ἀκοῦσαι*, qui *obturat* aures suas ad non audiendum. *Symm.* Ezech. XL, 16. ubi tamen incertum est, num *πεφραγμέναι* referendum sit ad אֲטֻמוֹת, *clausae*, aut ad חַלֹּנוֹת, *fenestrae.* Mihi tamen prius magis vero accedere videtur. - *גָּדַר. Hos. II, 6. sec. ed. *Compl.* - הֵסִיךְ Hiph. a סָכַךְ, *tego.* Iob. XXXVIII, 8. *ἔφραξα δὲ θάλασσαν πύλαις*, *munivi* autem mare portis. Legerunt וָאָסֹךְ, quod etiam sententia ipsa poscere videtur. - סוּג, *averto me.* Cant. VII, 3. *θημωνία σίτου πεφραγμένη ἐν κρίνοις*, cumulus frumenti *obseptus* liliis. Recte: nam סוּגָה est h. l. *cinctus.* *Chald.* et *Syr.* סְיַג, *sepire*, סְיָג, *sepes.* Arab. سياج et وشيج de *contorta implicatione* dicitur. Conf. *Schultensium* ad Prov. XIV, 14. Vide quoque infra s. שׂוּךְ. - *סְתַם, *obstruo.* Dan. VIII, 26. secundum cod. *Chisianum.* - רָפַשׂ (שׂ pro ס). Prov. XXV, 27. *εἴ τις πηγὴν φράσσοι*, si quis fontem *obstruat.* - שׂוּךְ, *obsepio.* Hos. II, 6. *ἐγὼ φράσσω τὴν ὁδὸν αὐτῆς ἐν σκόλοψι*, ego *obsepiam* viam eius spinis. - שָׂכַר, *mercede conduco.* *Symm.* Prov. XXVI, 10. *φράσσων*, *obturans.* Legit סֹכֵר. 2 Macc. XIV, 36. *φράξεις δὲ πᾶν στόμα ἄδικον*, *obturabis* autem omne os iniquum. Conf. Hebr. XI, 33. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΦΡΕ'ΑΡ, *puteus*, it. *fovea*, *cisterna.* בְּאֵר. Gen. XIV, 10. *φρέατα ἀσφάλτου*, *putei* bituminis. Gen. XXI, 19. *φρέαρ ὕδατος ζῶντος*, *puteus* aquae viventis. Vide et Gen. XXIV, 11. XXVI, 18. 19. Cant. IV, 15. Ps. LIV, 26. *κατάξεις αὐτοὺς*

εἰς φρέαρ διαφθορᾶς, deiicies illos in *puteum* corruptionis. Quorsum respiciens *Suidas: φρέαρ διαφθορᾶς, ἡ διηνεκὴς τιμωρία παρὰ τῷ Δαβίδ.* - בּוֹר, *fovea*, *cisterna*. 1 Sam. XIX, 22. Ierem. XLI, 7. 9. Conf. 1 Macc. VII, 19. 2 Macc. I, 19. - גֵּבִים plur. *fossae*, *foveae*. Ierem. XIV, 3. - מִדְבָּר, *desertum*. Num. XXI, 19. Legerunt מִבְּאֵרָה. - מִשְׁאָרָה, *adspersio*. *Inc.* Exod. VIII, 3. Num legit מִשְׁאָבוֹת? aut deduxit a שָׁאַר, *reliquit*, ut sit *locus*, *in quo reliquiae aquarum collectae asservantur?* 1 Macc. VII, [illegible] ἔθυσεν αὐτοὺς εἰς τὸ φρέαρ τὸ μέγα, occidit eos in puteum magnum, i. e. interfectos eos in puteum s. fossam abiecit. Similis locutio Ierem. XLI, 7. *Hesych.* φρέαρ, πηγή, λάκκος. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΦΡΕ'ΑΤΑ ΠΗΓΗ͂Σ, *putei fontis*. נֹזְלִים et בְּאֵר, *fluenta*, *puteus*. Prov. V, 15. *Schol.* ὑδάτων.

ΦΡΕΝΟ'ΟΜΑΙ, *animosus sum*, *efferor*. 2 Macc. XI, 4. πεφρενωμένος δὲ ταῖς μυριάσι τῶν πεζῶν, *mente* autem *elatus* myriadibus peditum.

ΦΡΗ'Ν, *ΦΡΕΝΟ'Σ*, *mens*, *mentis*. מַנְדַּע chald. *cognitio*, *sana mens*. Dan. IV, 31. 33. (φρὴν, quod hebr. פֶּרַע Ierem. XLIV, 30. in *Aqu.* et *Theod.* versione respondet, est ipsa vox hebr. literis graecis φρὴγ scribenda, quam librarii in φρὴν mutarunt. *K.*)

'ΕΝΔΕΗ'Σ ΦΡΕΝΩ͂Ν, *mente indigens*, *mentis inops*. כְּסִיל, *stultus*. Prov. XVIII, 2. - חֲסַר לֵב, *destitutus corde*. Prov. VII, 7. IX, 4.

"ΕΝΔΕΙΑ ΦΡΕΝΩ͂Ν, *defectus mentis*, *inopia*. חֲסַר לֵב, *destitutus corde*. Prov. VI, 32. Ex hoc loco apud *Hesychium*: *Δι' ἔνδειαν φρενῶν*, *διὰ μωρίαν*. Conf. Prov. XVIII, 2. ubi כְּסִיל, *stultus*, redditur ἐνδεὴς φρενῶν.

ΦΡΙΚΑΣΜΟ'Σ, *horror*, *tremor*, a φρὶξ, *maris motus*. 2 Macc. III, 17. φρικασμὸς σώματος.

ΦΡΙ'ΚΗ, *maris* vel *fluctuum fremitus*, *aestus*, generaliter *horror*, *metus*, speciatim *horror frigoris*, etiam *ira*, *indignatio*, *furor*. אַף, *ira*. Amos. I, 11. *ira*: ubi reliqui interpretes ὀργὴν et θυμὸν posuerunt. - פַּחַד, *pavor*. Ioh. IV, 14. φρίκη μοι συνήντησε καὶ τρόμος, *horror* me invasit et *tremor*. - פַּלָּצוּת sing. *horror*. *Symm.* Ps. LIV, 6. - רְעָדָה. *Symm.* Ps. XLVII, 7. - רְתֵת, *tremor*. *Aqu.* Hos. XIII, 1. *Hesych.* φρίκη, ψύχος, τρόμος. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* φρίκη, τρόμος, παλμός. *Suidas*: φρίκη, τρόμος, ἀλμός. Reponendum forte e *Lex. Cyrilli MS. Brem.* παλμός.

ΦΡΙΚΤΟ'Σ, *horribilis*, *horrendus*, *horrorem incutiens*. שַׁעֲרוּרָה, *res horrenda*. Ierem. V, 30. XXIII, 14. - שַׁעֲרוּרִית, idem. Ierem. XVIII, 13. Vide et Sap. VIII, 16. ubi pro φρυκτοὶ *Trommius* in *Concord.* bene legendum censet φρικτοί. *Hesych.* φρικτὸν, φρικῶδες, φοβερὸν, πάνυ δεινόν.

ΦΡΙΚΤΩ͂Σ, *horribiliter*, *horrendum in modum*. Sap. VI, 5.

ΦΡΙΚΩ'ΔΗΣ, *horribilis*, *horrendus*, i. q. φρικτός. שַׁעֲרוּרִיָּה, *res horrenda*. Hos. VI, 10.

ΦΡΙ'ΣΣΩ, *ΤΤΩ*, *horreo*. אֶתְכְּרִיַּת chald. Ithp. *transfigor*. Dan. VII, 15. ἔφριξε τὸ πνεῦμά μου, *horruit* spiritus meus. *Lex. Cyrilli MS. Brem*. ἔφριξεν, ἐφοβήθη. Apud *Hesychium* inter alia exponitur ἐδειματώθη. - נָשָׂא, *attollo*. *Aqu*. Nah. I, 5. ἔφριξεν. Non video, unde *Aquila*, qui etymologias fere semper sectatur, hanc vocis נָשָׂא notionem exsculpserit. Verissimum tamen est, *in altum [illegible]li*, si de terra dicitur, notare *concuti*, *commoveri*, quod etiam *tremere* dicitur. Idem valet de voce κινέομαι, qua *Symmachus* usus est. - סִמֵּר Pih. *horrifico*. *Hebr*. et LXX Iob. IV, 15. - שָׂעַר Ierem. II, 12. ἔφριξεν ἡ γῆ, *horruit* terra. Iudith. XVI, 8. ἔφριξαν Πέρσαι τὴν τόλμην αὐτῆς, *horruerunt*. Persae audaciam eius. *Orat. Manass*. v. 4. ὃν πάντα φρίσσει, καὶ τρέμει ἀπὸ προσώπου δυνάμεώς σου, quem omnia *horrent*, et tremunt ob summam potentiam tuam. Conf. Iac. II, 19. et ad h. l. *Wolfium* p. 40. nec non *Lexicon N. T*. s. h. v.

ΦΡΟΝΕ'Ω, *sentio*, *mente agito*, *cogito*, it. *sector*, it. *sapio*, it. *curam habeo ac gero*. הֵבִין Hiph. a בִּין, *intellego*. Ies. XLIV, 18. οὐκ ἔγνωσαν φρονῆσαι, nesciunt *sapere*. - הִשְׂכִּיל Hiph. idem. Ps. XCIII, 8. φρονήσατε, *sapite*. Sic *Aelian. V. H*. XIV, 29. τῶν φρονούντων τινὲς, *sapientes* quidam. Conf. quae ad h. l. ex *Hesiodo* et *Athenaeo* notat *Perizonius*. - חָכַם. Deut. XXXII, 28. Zach. IX, 2. - רָעָה, *pasco*. Ies. XLIV, 28. ubi φρονεῖν non vertendum est: ut *sapiat*, ut transtulit *Montfauconius*, sed: ut *curam habeat ac gerat*, sc. *populi mei*, quod minime differt ab hebr. *pastorem esse s. agere*. Non igitur opus erit statuere, eos יָדַע legisse, ut haud pauci voluerunt. - תְּבוּנָה, *intellegentia*. *Symm*. Iob. XXXII, 11. Sap. XIV, 30. κακῶς ἐφρόνησαν περὶ θεοῦ, male *senserunt* de Deo. Addit. Esth. XVI, 1. τοῖς τὰ ἡμέτερα φρονοῦσιν, *illis*, *qui nobiscum sentiunt*, s. *qui a partibus nostris stant*. Ib. v. 2. μεῖζον ἐφρόνησαν, supra modum *elati fuerunt*. 1 Macc. X, 20. καὶ φρονεῖν τὰ ἡμῶν καὶ συντηρεῖν φιλίαν, et *a partibus* nostris *stare*, et amicitiam nobiscum colere. 2 Macc. XIV, 26. ἀλλότρια φρονεῖν τῶν πραγμάτων, alienas *partes sequi*. Conf. Matth. XVI, 23. Rom. VIII, 5. et ad priorem locum *Raphelii* annotatt. ex *Polybio* p. 79. ac *Alberti Obss*. p. 112. 2 Macc. IX, 12. φρονεῖν ὑπερηφάνως, *superbire*. Apud GG. φρονεῖν quandoque sine ullo additamento ponitur pro μεγαλοφρονεῖν, *superbire*, v. c. *Eurip. Herc. Fur*. 775. Conf. *Schaefer*. ad *L. Bos. Ellips*. p. 267. et *Facium* ad *Pausan. Att* c. XII, 5. 2 Macc. XIV, 8. ὑπὲρ τῶν ἀνηκόντων τῷ βασιλεῖ γνησίως φρονῶν, iis, quae ad regem pertinent, sincere *studens*.

ΦΡΟ'ΝΗΜΑ, *sensus*, *mens*, *spiritus*, *animus*, it. *spiritus elati animi*. 2 Macc. VII, 21. γενναίῳ πεπληρωμένη

φρονήματι, generoso impleta *spiritu.* 2 Macc. XIII, 9. τοῖς δὲ φρονήμασιν ὁ βασιλεὺς βεβαρβαρωμένος ἤρχετο, elati autem animi *spiritibus* rex effraenatus veniebat. Conf. *Aelian. V. H.* IX, 3. sub fin. *Suidam* in v. φρόνημα, et *Alberti* ad Rom. VIII, 7. p. 306.

ΦΡΟ'ΝΗΣΙΣ, *intellegentia*, *sapientia*, *prudentia*, it. *animus*. בִּינָה, *intellegentia.* Prov. I, 2. VII, 4. 14. XIV, 31. – *גְבוּרְתָא chald. Dan. II, 23. sec. cod. *Chis.* גְבוּרָה etiam *animo* tribuitur Mich. III, 8. – הַשְׂכֵּל nom. ex infin. Hiph. *intellegentia.* Dan. I, 17. – חָכְמָה, *sapientia.* 1 Reg. III, 28. φρόνησις θεοῦ ἐν αὐτῷ, *sapientia* Dei in illo. Vide et 1 Reg. IV, 30. X, 4. 6. 8. XI, 41. et conf. Sap. VIII, 18. 21. Sic *Plautus Truculent.* Act. I. Scen. I. v. 60. *Phronesis est sapientia.* Conf. *Elsnerum* ad Luc. I, 17. p. 171. *Symm.* Iob. XXXIII, 33. – לֵב, *cor.* Prov. XIX, 8. – מַדָּע, *scientia.* Dan. I, 4. – מַנְדַּע: מַנְדְּעָא chald. idem. Dan. II, 21. διδοὺς φρόνησιν τοῖς εἰδόσι σύνεσιν, dans *intellegentiam* habentibus intellegentiam. – עָרְמָה, *astutia*, *prudentia.* Iob. V, 13. ὁ καταλαμβάνων σοφοὺς ἐν τῇ φρονήσει, capiens sapientes in *prudentia.* – רוּחַ, *spiritus* Ios. V, 1. κατεπλάγησαν, καὶ οὐκ ἦν ἐν αὐτοῖς φρόνησις οὐδεμία, timore percellebantur, nec erat in illis *animus*, vel *animum abiiciebant.* – שֵׂכֶל. Iob. XVII, 4. *Aqu. Theod.* Prov. XIX, 11. *Symm.* Prov. XII, 8. – תְּבוּנָה, *intellegentia.* 1 Reg. IV, 29. ἔδωκε κύριος σοφίαν καὶ φρόνησιν τῷ Σολομῶντι, dabat Dominus sapientiam et *intellegentiam* (potius: *prudentiam*) Salomoni. Conf. Eph. I, 8. Prov. X, 24. ἡ δὲ σοφία ἀνδρὶ τίκτει φρόνησιν, sapientia homini parit *prudentiam.* Ierem. X, 11. *Aqu.* Deut. XXXII, 28. et Prov. XVIII, 2. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* φρόνησις, ἐπιστήμη ἀγαθῶν καὶ κακῶν καὶ οὐδετέρων, (Ita ex *Suida.* MS. οὐδέτερον) ἡ ἀκρίβεια νοός. Sap. III, 15. ubi φρόνησις *castitatem* notat, ut ἀφροσύνη et ἄφρων (vide supra) *adulterium*, *adulterum.* Sap. XVII, 7. φρόνησις ἀλαζονείας, *sapientia*, de qua gloriati erant, iactantia de sapientia. Sirac. XXV, 9. φρόνησιν, h. e. φρόνιμον. Sir. XXIX, 28. ἔχων φρόνησιν, *sensu subtili praeditus*, *der ein feines Gefühl hat.*

ΦΡΟ'ΝΗΣΙΝ *"ΕΧΩ*, *intellegentiam habeo.* דַּעַת, *scientia.* Prov. XXIV, 5. κρείσσων σοφὸς ἰσχυροῦ, καὶ ἀνὴρ φρόνησιν ἔχων γεωργίου μεγάλου, melior sapiens forti, et vir *intellegentiam* habens agricola magno.

ΦΡΟ'ΝΙΜΟΣ, *sapiens*, *intellegens*, *prudens.* *הַשְׂכִּיל Hiph. *intellegere facio.* *Symm.* Iob. XXXIV, 35. pro בְּהַשְׂכִּיל. Sensum expressit. – חָכָם, *sapiens.* 1 Reg. III, 12. V, 7. Prov. III, 7. XI, 29. – חָכְמָה, *sapientia.* 1 Reg. IV, 30. – *לֹא חָכָם, *non sapiens.* Hos. XIII, 13. ubi dubio caret, loco ὁ φρόνιμος legendum esse οὐ φρόνιμος. Vide tamen supra sub ὁ notata. – מֵבִין part. Hiph. a בּוּן, *intellegens.* Prov. VII, 10.

28. – מְזִמָּה, *sollertia.* Prov. XIV, 17. *ἀνὴρ δὲ φρόνιμος πολλὰ ὑποφέρει*, vir autem *prudens* multa tolerat. – מַשְׂכִּיל part. Hiph. *intellegens.* *Symm.* Prov. X, 6. – נָבוֹן part. Niph. a בּוֹן, *intellegens.* Gen. XLI, 33. Prov. XI, 12. XVIII, 15. Praeterea legitur Prov. XVIII, 14. ubi *φρόνιμος* de suo addiderunt sensus causa.

**ΔΟΚΕ'Ω ΦΡΟ'ΝΙΜΟΣ ΕΙ'ΝΑΙ.* נָבוֹן, *intellegens.* Prov XVII, 28. ubi ex antecedentibus supplerunt יֵחָשֵׁב. – Vide alibi *θεράπων.*

**ΦΡΟΝΙ'ΜΩΣ*, *prudenter.* מֵחָכְמָה, *ex sapientia.* *Symm.* Cohel. VII, 11.

ΦΡΟΝΙΜΩ'ΤΑΤΟΣ, superl. *callidissimus.* עָרוּם, *astutus*, *callidus*, sequ. מ. Gen. III, 1. *ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος πάντων τῶν θηρίων*, serpens autem erat omnium bestiarum *callidissimus.* *Lex. Cyrilli MS. Brem.* *φρονιμώτατος*, *πανουργότατος.*

ΦΡΟΝΙΜΩ'ΤΕΡΟΣ, compar. *prudentior.* נָבוֹן part. Niph. a בּוֹן, sequ. מ. Gen. XLI, 39.

ΦΡΟΝΤΙ'ΖΩ, *curo*, *curam habeo*, *sollicitus sum*, *intente meditor.* דָאַג, *anxius sum.* 1 Sam. IX, 5. *φροντίζῃ τὰ περὶ ἡμῶν*, de nobis *sollicitus sit.* – הַצְנֵעַ Hiph. *humiliter ago.* *Al.* Mich. VI, 8. *φροντίζειν.* Vide supra s. v. *ἕτοιμος εἰμί.* – חָשַׁב, *cogito.* Ps. XXXIX, 23. *Κύριος φροντιεῖ μου*, Dominus mei *curam habet.* Conf. 2 Macc. IV, 21. IX, 21. XI, 15. et *Aelian. V. H.* II. c. 31. – יָרֵא, *timeo.* Prov. XXXI, 21. *οὐ φροντίζει τὰ ἐν οἴκῳ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς*, non *sollicitus* est de illis, quae in domo aguntur, maritus eius. – עצב Pih. *dolorem affero.* *Symm.* Ps. LV, 6. *ἐφρόντιζον*, *solliciti erant.* Legit יֵעָצְבוּ. – עַתֵּד Pih. *praeparo.* *Symm.* Prov. XXIV, 27. *φρόντισον.* Sermo ibi est de *agro*, adeoque *φροντίζειν* h. l. notat *dilegenter colere et exercere.* – פָּחַד, *paveo.* Iob. III, 25. *φόβος γὰρ, ὃν ἐφρόντισα, ἦλθέν μοι*, timor enim, qui me *sollicitum tenuit*, invasit me. Sap. VIII, 18. *ταῦτα λογισάμενος ἐν ἐμαυτῷ, καὶ φροντίσας ἐν τῇ καρδίᾳ μου*, haec cogitans apud me, et *intente meditans* in corde meo. Sir. XXXII, 2. *φρόντισον αὐτῶν*, *curam habe* illorum. Sir. XLI, 15. *φρόντισον περὶ ὀνόματος*, *curam habe* de bono nomine. Sir. L, 4. *ὁ φροντίζων τοῦ λαοῦ αὐτοῦ ἀπὸ πτώσεως*, *curam habens* populi sui, ne ad interitum ruat. 1 Macc. XVI, 14. *φροντίζων τῆς ἐπιμελείας αὐτῶν*, *curam* eorum gerens. 2 Macc. II, 26. *ἐφροντίσαμεν τοῖς μὲν βουλομένοις ἀναγινώσκειν ψυχαγωγίαν*, *curavimus*, vel *studuimus*, ut illis, qui legere volunt, esset animi oblectatio.

**ΦΡΟΝΤΙ'ΔΑΣ ΦΡΟΝΤΙ'ΖΩ.* דָאַג, *sollicitus sum.* 1 Sam. IX, 5. sec. *Compl.* *φροντίδας φροντίζει περὶ κ. τ. λ.*

ΦΡΟΝΤΙ'Σ, *cogitatio*, *cura*, *sollicitudo* דָבָר, *verbum.* *Al.* et LXX sec. *Compl.* 1 Sam. X, 2. *τὴν φροντίδα*, ubi sen-

sum bene expresserunt. Fortasse tamen φροντίδα est glossema voci ῥῆμα in margine prius additum e cap. IX, 5. — הִתְחוֹלֵל Hithp. a חול, *doloribus me conficio.* Iob. XV, 20. Vide et Sap. V, 16. (ubi φροντὶς passive accipiendum videtur: *Deus eorum curam habet.*) VI, 18. VII, 4. (φροντίσι, *curis*, nempe parentum et nutricum. *P. Nannius* habet *cunis*, quasi scriptum legerit φορτίσι, h. e. *naviculis onerariis*, *quae cunarum speciem referunt*, aut φορμοῖσι. Φορμὸς enim est *sporta*, *vas*, *corbis*, quibus similes sunt cunae.) VIII, 10. *Suidas:* φροντὶς, ἀγωνία, καὶ μέριμνα, καὶ φόβος. Idem probationis loco haec subiungit: ὅσην ἀπῶν παρέσχες ἡμῖν φροντίδα, quae leguntur apud *Aristoph.* in *Equit.* v. 609.

ΦΡΟΝΤΙΣΤΕ'ΟΝ, *curandum est.* 2 Macc. II, 30. *Strabo* XV. p. 1047. C.

ΦΡΟΥΡΑ', *custodia*, *praesidium*, *ipsi milites praesidiarii*, *corporis custodes*, *ipse locus aut statio custodiae.* נְצִיבִים plur. a נְצִיב, *praesides*, *provinciarum praefecti.* 2 Sam. VIII, 6. 15. Sc. vocem hebr. de *praesidiis militaribus* s. *militibus stationariis* explicarunt, quam notionem quoque confirmat usus loquendi. Conf. 2 Macc. IX, 51. XI, 66. XII, 34. XIV, 33. *Suidas:* φρουρὰ, φυλακή.

ΦΡΟΥΡΑΙ'. Ita effertur vox hebraea vel potius persica פּוּרִים plur. *sortes.* Esth. IX, 26. 28. 30. Vix dubium est, quia illud ρ in hac voce, a male sano aliquo, forte critico, hic intrusum, ut vox affinitatem cum Graecorum φρουρεῖν nancisceretur, sit tollendum, legendumque aut φουραὶ, aut φουρὶμ, ut in ed. *Compl.* v. 26. legitur. Iam diu autem est, cum codicibus LXX Intt. mendum hoc inolevit, quippe et *Iosepho* fraudi fuit, qui *Ant.* XI, 6, 13. φρουραίους commemorat, quod quidem a φρουρεῖν deducit, nihilominus tamen in φουραίους mutandum erit. Vide ad h. l. *Intt.* T. I. p. 577. ed. *Haverc.* ac *Grotium* ad Esther. III, 7.

ΦΡΟΥΡΕ'Ω, *custodio*, *praesidio militari teneo*, *munio*, *custodio.* כָּלָא, *claudo.* *Symm.* Ps. LXXXVII, 9. φρουρούμενος, *custoditus*, *clausus quasi in carcere.* Conf. Gal. III, 23. In activo verbum occurrit Iudith. III, 7. 3 Esdr. IV, 56. Sap. XVII, 16. *Hesych.* φρουρεῖ, φυλάττει, ἢ προφυλάττει.

**ΦΡΟΥ'ΡΗΣΙΣ*, *custodia*, *excubiae*, *praesidium.* בְּכָאִים, *mori.* 2 Sam. V, 23. sec. cod. *Coisl.* 2. Eodem modo vocem hebr. interpretati sunt *Aqu.* et *Symm.* ib. v. 24. ubi quid legerint, aut cur ita transtulerint, expiscari non valeo. — מְבוּכָה, *perplexitas.* *Inc.* Mich. VII. 4. Num fortasse legerunt מְצָרָה aut מְצוּקָה?

ΦΡΟΥΡΙ'Α, *custodia.* נְצִיבִים plur. 1 Par. XVIII, 13. *Kreyssigio* vox φρουρία, quae non nisi a *Kirchero* et *Trommio* profertur, fortasse ex ed. *Francof.* (nam reliquae edd. φρουρὰς et φρουρὰν exhibent) delenda videtur.

ΦΡΟΥΡΙΟΝ, *praesidium, propugnaculum.* *מצודה. *Symm.* Iud. VI, 2. τὰ φρούρια. Vide quoque 2 Macc. X, 32. 33. XIII, 19. *Hesych.* φρούριον, προφύλαγμα, προφυλακτήριον.

ΦΡΟΥΡΟΣ, *praesidiarius miles, custos.* נְצִיבִים plur. *Symm.* 2 Sam. VIII, 6. φρουρούς. Vide supra ad φρουρά. – פַּרְוָרִים, *suburbani. Symm.* 2 Reg. XXIII, 11. ubi ipsam vocem hebr. expressisse videtur, ut adeo reponendum sit φαρουρὶμ, ut nunc apud LXX legitur. Praeterea Cod. *Coislin.* diserte addit φαρουρὶμ ἐν πᾶσιν, apud omnes sc. Intt. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* φρουρούς, φύλακας. *Hesych.* φρουρὸς, φύλαξ, σωματοφύλαξ. Conf. *Aelian. V. H.* II, 14.

ΦΡΥΑΓΜΑ, *fremitus, elatio, superbia, arrogantia, insolentia, iactantia, ostentatio.* גָּאוֹן, *exaltatio, tumor.* Ierem. XII, 5. ἐν φρυάγματι τοῦ Ἰορδάνου, in *elatione* Iordanis. Conf. Zach. XI, 5. et *Aqu. Theod.* Ierem. L, 44. ubi etiam de Iordane sermo est. Ezech. VII, 24. ἀποστρέψω τὸ φρύαγμα τῆς ἰσχύος αὐτῶν, avertam *iactantiam* roboris illorum. Vide et Ezech. XXIV, 21. Sic apud *Plutarchum* de *educat. liber.* fere ab initio: μεγαλαυχίας ἐμπίμπλαται καὶ φρυάγματος. – מָגֵן, *clypeus.* *Al.* et LXX sec. ed. *Rom.* Hos. IV, 19. ἐκ φρυάγματος (ubi legerunt מִגְּאוֹנָם. Vide supra s. φρύαγμα.) quod in *Lex. Cyrilli MS. Brem.* exponitur ἐξ ἐπάρματος. Unde corrigendus *Hesychius*, apud quem vulgo corrupte legitur: Ἐκ φρυασμοῦ, ἐξ ἐπαρμοῦ. *Gloss. MS. in Proph.* φρυάγματα (lege φρυάγματος), ὑπερηφανείας, ὑψηλοφροσύνης. *Hesych.* φρύαγμα, ἔπαρσις, μετεώρισμα, ὑπερηφάνεια. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* φρύαγμα, τὸ ἀλόγιστον φρόνημα. Vide quoque 3 Macc. VI, 16. ubi τὸ τῆς δυνάμεως φρύαγμα *strepitum, ovationem exercitus* denotat.

ΦΡΥΑΣΣΩ, ΤΤΩ, *fremo, elevor.* רָגַשׁ, *commovear.* Ps. II, 1. ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη; quare *fremuerunt* gentes? ubi *Theodoretus* ἐφρύαξαν interpretatur ἠλαζονεύσαντο. *Hesych.* ἐφρύαξαν, ἐκινήθησαν, ἐπάρθησαν, συνήθησαν. *Bielius* scribendum iudicat: ἐπήρθησαν, συνήχθησαν. Equidem loco ἐπάρθησαν reponere mallem ἐταράχθησαν e *Suida*, qui habet ἐφρύαξαν, ἐταράχθησαν. Conf. quoque *Hexapla Psalm.* l. c. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* ἐφρύαξαν, ἀλογίστως ἐπήρθησαν. 2 Macc. VII, 34. φρυαττόμενος ἀδήλοις ἐλπίσιν, *elatus* incerta spe. *Zonaras Lex.* 1826. φρυασσόμενοι, ἐπαιρόμενοι, ἀπὸ τοῦ φρυάσσω ῥήματος. 3 Macc. II, 2. σθένει πεφρυαγμένος, potentia *elatus.* Sic *Diodor. Sic.* lib. IV. p. 275. ἐπὶ τῷ πλήθει τῶν τέκνων μέγα φρυαττομένη. *Hesych.* φρυάσσεται, ἐπεγείρεται, μεγαλοφρονεῖ, γαυριᾷ. Idem: φρυάττεται, ἐπαίρεται. Conf. *Wesseling.* ad *Diod. Sic.* IV, 74.

ΦΡΥΓΑΝΟΝ, *sarmentum, virgultum aridum.* קֶצֶף, *spuma. Theod.* et LXX Hos. X, 7. teste *Hieronymo*, qui habet: *Pro spuma LXX et Th.* φρύγανον, *i. e. cremium, transtulerunt: aridas sc. herbas, siccaque virgulta, quae camino*

ut incendio praeparantur. Sc. קָצָף, ut *A. Schultensius* in *anim. philol.* ad h. l. docuit, proprie notat *fragmina*, *cremia ligni*, a קָצַף, *frangere*, *rumpere*. Fortassis quoque ita transtulerunt, quia in antecedentibus ἀπέῤῥιψε posuerant. – קַשׁ, *stipula*, *stramen*. Ies. XL, 24. XLI, 2. Ierem. XIII, 24. Conf. Act. XXVIII, 3. *Hesych.* φρύγανα, ὕλη λεπτὴ καὶ ξηρά. Vide *Lexicon N. T. s. h. v.*

ΦΡΥΓΑΝΑ ἌΓΡΙΑ, *virgulta agrestia*. חָרוּל, *urtica*. Iob. XXX, 7.

ac, quasi הוֹרָה deducendum sit ab אור, illi tribuit notionem *lucere facere*, *φωτίζειν*, quod h. l. intellexit sensu physico, *illustrare*, *illuminare*. Vide ad h. l. *Scharfenbergium* p. 64. Versio *Aquilae* *φώτισόν με*, quam ad Ps. XXVI, 12. ad vocem הוֹרֵנִי ex *Theodoreto* produxit *Montfauconius*, sine dubio mendosa est. Certe apud *Euthymium* laudatur versio *Aquilae*: *doce me*. Conf. *Drusii Miscell. Cent.* I. c. 65. *Inc.* Deut. XVII, 11. *φωτίσουσί σοι*. Sic cum casu tertio verbum construit *Philo Byblius* apud *Eusebium Praep. Evang.* lib. I. p. 122. *καὶ ἡμῖν ἐφώτισεν*. — הֵנִיר Hiph. a נִיר, *novello*. Hos. X, 13. *φωτίσατε ἑαυτοῖς φῶς γνώσεως*, *accendite* vobis ipsis lumen scientiae. Scil. הֵנִיר, *iterare arationem* (unde per *νεόω* vertunt Ierem. V, 3.), h. l. intellexerunt, ac si esset a נוּר, *lucere*. Sic quoque *Syrus*. — הֶרְאָה Hiph. *videre facio*. Iud. XIII, 23. *καὶ οὐκ ἂν ἐφώτισεν ἡμᾶς ταῦτα πάντα*, et non sane ostendisset nobis haec omnia. — מָאוֹר, *lux*. Num. IV, 9. — *מוֹרֶה, quod non solum *pluviam primam s. auctumnalem*, sed etiam *doctorem* notat. *Ed. Quinta* Ps. LXXXIII, 8. — נָהַר, *confluo*. Ps. XXXIII, 5. *φωτίσθητε*. Ex significatione chaldaica huius vocis. — פָּקַח, *aperio*. *Al.* Ps. CXLV, 6. *φωτίζει*. — קוּם, *surgo*. Ies. LX, 1. *φωτίζου*, ubi pro קוּמִי non legerunt אוֹרִי, ut nonnulli putarunt, sed *φωτίζεσθαι* h. l. est *in lucem prodire*, *apparere*, quod in hac orationis serie a קוּם minime differt. — *רָאָה, *video*. *Aqu.* 1 Sam. XIV, 27. *ἐφωτίσθησαν*. *Vulg. illuminati sunt oculi eius*: ubi *Aquilam* sine controversia secutus est. *Schultensius* in *Vindicc. Opusc. de defectt. hodiernis l. Hebr.* I, 2. p. 525. docuit quidem, verbum רוּא superesse in l. arab. et usurpari de *oculis micantibus* s. *acie oculorum splendente*, sed h. l. dubio caret, *Aquilam* cum *Syro* et *Ionathane* exprimere voluisse lectionem Masorethicam הָאֹרְנָה pro הָרְאָנָה. Confer *Fischerum* de *verss. GG. V. T.* p. 164. sequ. Sir. XLII, 26. *ἥλιος φωτίζων*, *sol lucens*. Vide et Sir. XLIII, 11. L, 7. *ὡς τόξον φωτίζον ἐν νεφέλαις δόξης*.

ΦΩΤΙΣΜΟ'Σ, *lumen*, *splendor*. אוֹר. Iob. III, 9. Ps. XXVI, 1. XLIII, 5. LXXVII, 17. — אוּרִים, *ornamentum pectorale summi pontificis*. *Aqu. Symm. Theod.* Exod. XXVIII, 30. *Aqu. Theod.* Lev. VIII, 8. *Reliqui* Num. XXVII, 21. *Al.* Nehem. VII, 65. *Aqu.* 1 Sam. XXVIII, 8. — אוֹר, verbum, *illumino*. *Aqu.* Ps. LXXV, 4. — מָאוֹר. Ps. LXXXIX, 8. *Symm.* Prov. XVI, 2. — *נָאוֹר, *illustris*. *Aqu.* Ps. LXXV, 5. Sine dubio legit מָאוֹר.

X.

ΧΑΒΡΑΘΑ' ΓΗ͂Σ, hebr. כִּבְרַת אֶרֶץ, *sicut miliare terrae*, *s. ad tractum*, *ad iugerum terrae*. 2 Reg. V, 19. ubi *Alii*

pro *χαβραθὰ* male *δεβραθά*. Romani codd. *εἰς χαβραθὰ* habent, mendose. Illud *εἰς* e sequentibus huc irrepsit. Male etiam ibi legitur *χεβραθά*. כִּבְרַת notat *multum et magnum interstitium* (a כָּבַר, *multum esse*, unde כַּבִּיר, *multus*), quod alii *milliare*, alii *stadium* interpretantur. Vide et Gen. XLVIII, 7. et ad h. l. notata supra in v. *ἱππόδρομος*.

ΧΑΙ'ΝΩ, hisco, aperio, dehisco. פָּצָה, idem. Gen. IV, 11. de terra, *ἣ ἔχανε τὸ στόμα αὐτῆς*, quae *aperuit* os suum. *Hesych.* *ἔχανεν*, *ἤνοιξεν*. Ezech. II, 8. *χάνε τὸ στόμα σου*, *aperi* os tuum. *Hesych.* *χαίνων στόμα*, *ἀνοίγων στόμα*.

ΧΑΙΡΕΤΙ'ΖΩ, saluto, cum gaudio suscipio. Tob. VII, 1. *ἐχαιρέτισε αὐτοὺς, καὶ αὐτοὶ αὐτὴν*, salutavit ipsum et ipse eam. Ita enim legendum est.

ΧΑΙ'ΡΩ, gaudeo, laetor, exsulto, et infin. *χαίρειν*, *salus.* אָהַב, *amo.* Prov. XVII, 20. *φιλαμαρτήμων χαίρει* (*ἐπὶ*) *μάχαις*, amans peccata *gaudet* rixis. — הֵגִיל Hiph. a גִּיל. Prov. II, 14. *χαίροντες ἐπὶ διαστροφῇ κακῇ*, *gaudentes* perversitate mala. Hab. I, 15. *χαρήσεται ἡ καρδία αὐτοῦ*, *gaudebit* cor eius. Vide et Zach. X, 7. et conf. Ioh. XVI, 22. Hab. III, 17. *χαρήσομαι ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ σωτῆρί μου*; *laetabor* in seu de Deo, servatore meo. — הִתְחָרָה Hithp. *ira accendor.* Prov. XXIV, 18. *μὴ χαῖρε ἐπὶ κακοποιοῖς*, ne *delecteris* illis, qui male faciunt. *Iaegerus* aliquando suspicatus est, interpretem scripsisse *μὴ ἔχθαιρε* aut *μέγαιρε*, quod in *Schol.* ad *Iliad.* *η'*, v. 408. explicatur *φθονῶ*, sed deinde mutata sententia putat, LXX legisse אַל תִּבְחַר, *ne delecteris*, quod etiam cum אַל תְּקַנֵּא coniunctum reperitur cap. III, 31. — יָטַב, *bonum est.* Gen. XLV, 16. — *יַחְדָּו, *simul*, *pariter.* Ierem. XXXI, 13. *χαρήσονται.* Legerunt יֶחֱדוּ, a rad. חָדָה, *laetari.* — *נָהַר, quod non tam *fluere*, quam *laetari*, *voluptatem capere* notat. Cf. Ps. XXXIV, 6. *Theod.* Ies. LX, 5. *Vulg.* *affluet*, sc. *laetitia.* — עָלַז, *exulto.* Ps. XCV, 11. — עַלִּיז, *exsultabundus.* Ies. XIII, 3. — רָנַן, *cano.* Soph. III, 15. — שׂוּשׂ: הֵשִׂישׂ, Kal et Hiph. Ies. LXVI, 10. 14. Thren. IV, 21. I, 22. — שָׁלוֹם, *pax*, *salus.* Ies. XLVIII, 22. *οὐκ ἔστι χαίρειν, λέγει κύριος, τοῖς ἀσεβέσιν*, non est *salus*, inquit Dominus, impiis. Vide et Ies. LVII, 21. Eodem sensu Graeci *χαίρειν* praemittere solent literis suis. Ita 3 Esdr. VIII, 10. *ἀναγνώστῃ τοῦ νόμου Κυρίου χαίρειν*, lectori legis, sc. *salutem apprecatur.* Et 2 Macc. IX, 19. *τοῖς πολίταις πολλὰ χαίρειν καὶ ὑγιαίνειν*, sc. *εὔχεται* (Conf. *L. Bos Ellips. Gr.* p. 275.), civibus *salutem* plurimam et valetudinem apprecatur. Verbo hoc in epistolae initio Cleonem primum usum esse, quidam tradunt. Vide *Schol. Aristoph.* in *Plut.* v. 322., et quae ex aliis afferunt *Colomesius Obss. Sacr.* ad Act. XXIII, 26. p. 120. et *L. Bos not. ad Thom. Magistr.* p. 42. Sed iam antiquiorem eius in epistolis usum esse docet *Schol.* ad *Aristoph. Nubes* v. 109.

Sic etiam in v. *χαίρειν Suidas*: Ἀρχαῖον ἔθος τὸ (leg. ταῖς, et conf. *Hesychium* in v. *χαίρειν*) ἐπιστολαῖς προστιθέναι τὸ χαίρειν. οἱ δὲ λέγοντες, πρῶτον Κλέωνα χρήσασθαι τούτῳ, ψεύδονται. Conf. *Heisen. Nov. Hypothes. interpr. felicius Epist. Iacob.* Diss. III. p. 95. sequ. Sicuti autem locis adductis verbum *χαίρειν* pro nomine ponitur, ita alias etiam verba pro nominibus tam in sacris quam profanis monumentis occurrunt. Conf. *Glassii Philol. S.* p. 292. et, quae ex *Anacreonte* Od. 23. *Hom. Il. α*, 259. *Aeschylo Prometh. Vincto* p. 46. affert *L. Bos. anim. ad Scriptt. GG.* p. 79. sequ. – שָׂמַח. Ies. XXXIX, 2. Ierem. XXXI, 13. Zach. X, 7. et alibi. – שָׂמֵחַ, verbale, *laetans*. 1 Reg. IV, 20. VIII, 67. 2 Reg. XI, 15. – שִׂמְחָה, *laetitia*. Ierem. VII, 32. – שָׁמַע, *audio*. Exod. IV, 31. ἐχάρη. Legerunt וַיִּשְׂמְחוּ. Idem valet de loco altero 2 Reg. XX, 13. – *שׁוּעַ, sex. Prov. VI, 16. Pronuntiabant שֵׁשׁ. *Addit. Esth.* XIV, 11. μὴ χαρείησαν ἐπὶ τῇ πτώσει ἡμῶν sec. *Vet. Arund.*

ΧΑΙ'ΤΗ, *coma*, et quidem *prolixa*. *Lex. MS. Bibl. Coisl.* p. 464. χαῖται, αἱ κεχυμέναι κόμαι. Dicitur quoque de *frugibus luxuriantibus, quae admodum creverunt, et quasi comatae sunt.* קָצִיר, *ramus*. *Symm.* Iob. XVIII, 16. *Symm.* et *Sexta editio* Ps. LXXIX, 12. Prov. XX, 4.

**ΧΑΛΑΑΒΩ'ΤΗΣ*. Lev. XI, 20. sec. cod. *Vat.* ubi *Oxon.* et *Compl.* ἀσκαλαβώτης, *Ald.* καλαβώτης habent, quae vide supra.

ΧΑ'ΛΑΖΑ, *grando*. אֶלְגָּבִישׁ, *grando immanis*. E[illegible] XXXVIII, 22. – בָּרָד. Exod. IX, 19. Ios. X, 11. [illegible] XXXVIII, 2. *Symm.* Ps. LXXVII, 47. – אֶבֶן בָּרָד, *lapis grandinis*. Ies. XXX, 30. – בָּרַד, verbum, *grandino*. Ies. XXXII, 19. Praeterea legitur apud *Inc.* in *Hexaplis* Exod. IX, 22. ἐν τῇ χαλάζῃ, ad hebr. בְּכָל־אֶרֶץ. Verba haec vel inepto loco posita sunt, ac pertinent ad בְּתוֹךְ הַבָּרָד v. 24., vel scribendum est ἐν πάσῃ τῇ γῇ, sc. Αἰγύπτου.

**ΧΑΛΑΛΝΔΡΙΟΝ*. Levit. XI, 19. sec. *Compl.* ubi reliqui libri habent χαράδριον, quod vide infra.

ΧΑΛΑΣΤΟ'Ν, τὸ, *catena* (quoniam laxatur et demittitur, modo intenditur aut adducitur, a χαλάω, *laxo*, *remitto*), *catenula*, *monile demissum*. שָׁרוֹת plur. *Symm.* Ies. III, 19. χαλαστά. Conf. *Drusium in Fragm. vett. Intt. GG.* p. 201. et *Montfauconii Hexapla* T. II. p. 392. – שַׁרְשְׁרוֹת plur. 2 Par. III, 5. 16. *Theod.* Exod. XXVIII, 14.

ΧΑΛΑ'Ω, *laxo*, *demitto*. הֶאֱרִיךְ Hiph. *prolongo*. Ies. LVII, 4. ἐπὶ τίνα ἐχαλάσατε τὴν γλῶσσαν; super quem *laxastis* linguam? Conf. 4 Macc. X, 19. – נִזַּח Niph. a זָחַח, *auferor*. Exod. XXXIX, 20. *Al.* Exod. XXVIII, 28. – פָּרַשׂ, *expando*. Ies. XXXIII, 23. – שִׁלַּח Pih. Ierem. XXXVIII, 6.

ΧΑΛΒΑ'ΝΗ, *galbanum*, *succus arboris seu fruticis cuiusdam e ferularum genere, in Amano monte Syriae nascentis, ad thus accedens nidore suo, qui etiam serpentes fugat. Plin. H. N.* XII, 25. fin. *Dioscor.* III, 8. *Isidor.* XVII, 9. qui et *genus pigmenti albi* esse scribit. Caeterum est ipsa vox hebr. חֶלְבְּנָה, cui respondet Exod. XXX, 34. et apud *Symm.* Ezech. XXVI, 18. ubi vid. *Monf.* Vide et Sir. XXIV, 18. ubi cod. *Alex.* habet χαρβάνη, *Hilleri Hierophyt.* P. I. c. 53. p. 450. et *Ol. Celsii Hierobotan.* T. I. p. 262.

*ΧΑΛΔΑΪΚΟ'Σ. כַּשְׂדִּים, *Chaldaei. Alex.* Dan. I, 4. διάλεκτον χαλδαϊκήν. *K.*

ΧΑΛΔΑΙ͂ΟΙ, *Chaldaei*, item: *qui inter illos astronomiae, genethliacae mathematicaeque operam dabant.* כַּשְׂדִּים, idem. Dan. II, 2. 4. *Suidas:* Χαλδαῖοι, ὄνομα ἔθνους, περὶ τὴν ἀστρονομίαν ἠκριβωμένοι. *Hesych.* Χαλδαῖοι; γένος μάγων πάντα γινωσκόντων. Conf. *Drusium Observ.* lib. VIII. c. 12. et *Geierum* comm. ad *Dan.* l. c. p. 102. sequ. – פִּלֶּגֶשׁ, *concubina*, *uxor.* Ezech. XXIII, 20. *N. L.*

*ΧΑΛΔΑΙ͂ΣΤΙ', *lingua chaldaica. Alex.* Dan. II, 26. ubi nihil respondet in textu hebraico.

*ΧΑΛΕΠΑΙ'ΝΩ, *acerbo, exacerbo, saevio. Gl. V. irascor.* 4 Macc. XVI, 22. μὴ χαλεπαίνητε, ne *conturbemini* s. *aegre feratis. Zonaras Lex.* col. 1845. χαλεπαίνει, ὀργίζεται. Idem: χαλεπήνας, ἀγανακτήσας. καὶ χαλεπήνῃ.

ΧΑΛΕΠΟ'Σ, *difficilis*, *gravis*, *incommodus*, it. *durus*, *saevus.* נוֹרָא part. Niph. a יָרֵא, *terribilis.* Ies. XVIII, 2. ξένον λαὸν καὶ χαλεπὸν, peregrinum populum et *saevum.* Nam qui sunt terribiles et tremendi, iidem sunt χαλεποὶ, *molesti. Philostratus Vit. Apoll. Tyan.* lib. VI. c. 8. p. 285. Δομετιανοῦ δὲ, ἐπεὶ χαλεπὸς ἦν, ἀφίστη τοὺς ἄνδρας. Matth. VIII, 28. Sap. III, 19. χαλεπὰ τὰ τέλη, *dirae* consummationes. 2 Macc. IV, 4. συνορῶν ὁ Ὀνίας τὸ χαλεπὸν τῆς φιλονεικίας, considerans Onias *incommoda* contentionis. 2 Macc. IV, 16. χαλεπὴ περίστασις, *gravis* necessitas vel afflictio. 2 Macc. VI, 3. χαλεπὴ δὲ καὶ τοῖς ὄχλοις ἦν καὶ δυσχερὴς ἡ ἐπίστασις τῆς κακίας, *gravis* autem erat et dura mali incursio. *Homer. Il.* ε, 384. ἄλγεα χαλεπὰ, *graves aerumnas* s. *dolores. Philo* de *Ios.* p. 552. D. χαλεπῶς ἄγαν θλίβεσθαι καὶ βιάζεσθαι. Sic quoque *difficilis* adhibetur apud Arabes. Vide *Coran. Sur.* LXXIV, 9. *Hesych.* χαλεπὸν, δύσεργον, σκληρὸν, δεινόν. *Gellius Noct. Attic.* lib. IV. c. 15. *Arduum Salustius non pro difficili tantum, sed pro eo quoque ponit, quod Graeci δυσχερὲς aut χαλεπὸν appellant, quod est tum difficile, tum molestum quoque et incommodum et intractabile.* Adde *Graevii Lectt. Hesiod.* cap. 13.

*ΧΑΛΕΠΩ'ΤΕΡΟΣ, compar. *difficilior*, *molestior.* Verba *Inc. Int.* χαλεπώτερος ἀμφοτέρων Prov. XXVII, 4. in *Hexaplis*

afferuntur ad וּמִי יַעֲמֹד לִפְנֵי, *et quis stabit ad facies*, quae mihi tamen potius pertinere videntur ad כָּבֵד מִשְּׁנֵיהֶם, *gravis prae ambobus istis*, in fine commatis 3. Sir. III, 20. χαλεπώτερά σου μὴ ζήτει, *difficiliora* te (h. e. *difficiliora intellectu et peractu*) ne quaesieris. Est hebr. proverb. בְּמוּפְלָא מִמְּךָ אַל תִּדְרוֹשׁ. *Vulg. altiora*. Non legit ὑψηλότερα: nam *altum* e stilo SS. eodem modo usurpatur. Alii legunt βαθύτερα sensu eodem. *Syrus: duriora*. Conf. *Lex. N. T.* s. v. σκληρός. Sap. XIX, 13. χαλεπωτέραν μισοξενίαν ἐπετήδευσαν, *duriorem inhospitalitatem exercebant*. 4 Macc. VIII, 1.

ΧΑΛΙΝΟ'Σ, *fraenum*. חוֹחַ, *spina*, it. *hamus*. *Theod.* Iob. XL, 21. – חַח, *acutum quid, hamus*. *Inc.* Ezech. XXIX, 4. *Theod.* Ezech. XXXVIII, 4. – מְצִלּוֹת plur. *tintinnabula*, speciatim *aerea cymbala vel tintinnabula, quae de equorum collo dependebant*. Zach. XIV, 20. *Vulg. fraenum*. – מֶתֶג. 2 Reg. XIX, 28. Ies. XXXVII, 29. – *מֶתֶג, nomen proprium loci cuiusdam. *Aqu.* 2 Sam. VIII, 1. – עֲלִיצוּת, *exsultatio*. Hab. III, 13. χαλινοὺς αὐτῶν, ubi nonnulli statuunt eos legisse מְצִילוֹתָם, coll. Zach. XIV, 20. *Cappellus* in *nott. critt.* p. 115. suspicatur, LXX retinuisse vocem hebr. עֲלִיצוּתָם, et scripsisse γαλισουτόμ, quod postea mutatum fuerit librariorum audacia in χαλινοὺς αὐτῶν. Potest tamen et aliud coniici. עָלַץ Prov. XI, 10. redditur κατορθῶσαι, *dirigere*. Quia autem equi fraenis et habenis reguntur atque diriguntur, hinc forte putarunt, עֲלִיצוּת significare *fraena*, χαλινούς. Vide quoque infra in v. χλαῖνα. – רֶסֶן. Iob. XXX, 11. Ps. XXXI, 12. Vide quoque 2 Macc. X, 29.

ΧΑ'ΛΙΞ, *acervus lapidum, qui una manu tolli possunt, silex, lapillus*. אֶבֶן, *lapis*. Iob. VIII, 17. ἐν μέσῳ χαλίκων ζήσεται, in medio *silicum* vivet. – חָצָץ, *scrupus*. Prov. XX, 20. – רֶגֶב, *gleba*. Iob. XXI, 33. χάλικες χειμάῤῥου, *lapilli torrentis*. *Vulg. glarea*. Adde *Theodot*. Iob. XXXVIII, 37. sec. *Montf.* in *Lex. hebr.* s. v. רגב, nam in notis hexaplaribus ad h. l. nihil annotatur. Praeterea legitur *Sirac.* XXII. v. 18. sec. cod. *Alex.* ubi reliqui libri χάρακες habent. *Hesych.* χάλικες, οἱ εἰς τὰς οἰκοδομὰς μικροὶ λίθοι. *Suidas:* χάλιξ, μικρὸν λιθίδιον. *Lex. vet.* χάλιξ, *silex, cementum*.

ΧΑΛΚΕΙ'ΟΝ, *ahenum*. סִיר, *olla*. 2 Par. XXXV, 13. Iob. XLI, 23. ubi χαλκεῖον *vas aereum, ad calefaciendam aquam aptum* notat. Conf. 3 Esdr. I, 11.

ΧΑ'ΛΚΕΙΟΣ, *aeneus, aereus*. נְחוּשׁ. Iob. VI, 12. XX, 24.

*ΧΑ'ΛΚΕΙΑΙ ΠΕ'ΔΑΙ, *aeneae compedes*. נחשת, *idem*. Iud. XVI, 21. sec. *Vat.* Adde Ierem. XXXIX, 7. ubi in cod. *Syr. Hex. Mediol.* quidem legitur χαλίκαις, sed, ut jam observatum est a Doct. *Norbergio*, reponendum est χαλκίαις vel χαλκείαις, ita ut πέδαις supplendum sit.

ΧΑ'ΛΚΕΟΣ, contr. οῦς, *aereus, ex aeneo, ex aere factus.* אָפִיק, *robustus, validus.* Iob. XLI, 6. ἀσπίδες χάλκεαι. *Vulg. scuta fusilia.* – נְחוּשָׁה. 2 Sam. XXII, 35. Ps. XVII, 37. Mich. IV, 13. – נְחָשׁ : נְחָשָׁא chald. Dan. II, 32. IV, 12. 20. V, 4. – נְחֹשֶׁת, *aes.* Exod. XXVI, 11. 37. XXVII, 3. et alibi saepius. Levit. XXVI, 19. dicitur de *terra, quae humoris et succi inopia nihil ex sese profert.* Conf. et Deut. XXVIII, 23. Praeterea legitur Iob. XLI, 19. ubi χάλκεον post τόξον vel de suo addiderunt, vel est alius interpretis, qui pro בֶּן קֶשֶׁת legit בִּנְחֹשֶׁת. Fortasse etiam χάλκεον ex antecedente versu irrepsit. Possit quoque coniici, legendum esse τόξου βέλος, vel τόξῳ βάλλων. – Vide alibi πέδαι.

ΧΑΛΚΕΥ'Σ, *faber aerarius.* חָרָשׁ, *faber, artifex.* 2 Par. XXIV, 12. Ies. LIV, 16. – חֹרֵשׁ part. *fabricans, fabricator.* Gen. IV, 21. – צֹרֵף, *fusor, aurifaber.* Nehem. III, 32. Ies. XLI, 7. *Hesych.* χαλκεύς, πᾶς τεχνίτης, καὶ ὁ ἀργυροκόπος, καὶ ὁ χρυσοχόος.

ΧΑΛΚΕΥ'Ω, *aerariam artem tracto, aes exerceo et malleo tundo, fabricor.* לָטַשׁ, *polio.* 1 Sam. XIII, 20.

ΧΑΛΚΟΠΛΑ'ΣΤΗΣ, *faber aerarius, qui ex aere statuas aut alia opera fingit.* Sap. XV, 9.

*ΧΑΛΚΟ'Σ, adi. *aeneus.* Hinc χαλκαῖ πέδαι, *compedes aeneae.* Iud. XVI, 21. hebr. נְחֻשְׁתַּיִם respondet.

ΧΑΛΚΟ'Σ, *aes.* נְחוּשָׁה foem. ex נָחוּשׁ. Iob. XXVIII, 2. XLI, 19. – נְחָשׁ : נְחָשָׁא *chald.* Dan. II, 35. IV, 2. – נְחֹשֶׁת. Gen. IV, 21. Exod. XXV, 3. et alibi saepius. Interdum, ut latinorum *aes*, notat quoque *pecuniam, argentum*, v. c. Ep. Ierem. v. 50. ubi *Syrus* vertit *argentum.* Vide Matth. X, 9. Marc. VI, 8. *Hesych.* χαλκοῦς, τοῦτο ἐπὶ χρυσοῦ καὶ τοῦ ἀργυροῦ ἔλεγον. Vide *Fischeri Prolus. de vitiis Lex. N. T.* p. 270. et *Stephanum* in *Thes.* s. h. v. 3 Esdr. VIII, 57. coll. Esdr. VIII, 27. Sir. XII, 10. ubi *Vulg. aeramentum*, h. e. *vas ex aere factum*, quod licet splendeat et politum sit, facile tamen aeruginem contrahit.

*ΧΑ'Μ, *Cham.* Filius Noachi. כְּנַעַן. Gen. IX, 25. Sed legendum ibi χαναάν, ut legitur apud *Philon.* de *resipisc. Noae* T. I. ed. *Mang.* p. 897. Videtur haec lectio vitiosa ex compendio scribendi orta.

ΧΑΜΑΙ', *humi.* אַרְצָה, *terram versus.* Iob. I, 20. Dan. VIII, 12. et Dan. II, 46. sec. cod. *Chis.* ubi nihil in textu respondet. Vide et Iudith. XII, 14. XIV, 17. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χαμαί, εἰς γῆν.

ΧΑΜΑΙΛΕ'ΩΝ, *chamaeleon.* Est genus animantis admodum simile lacertae, colorem rei, cui adhaerescit, maxime si metu corripiatur, induens. Vide *Aristotelem* lib. II. *hist. anim.* c. 11. et *Plin.* lib. VIII. c. 33. כֹּחַ, *lacerta.* Lev. XI, 30. – קָאַת, *pelecanus.* Soph. II, 14. ubi tamen nihil est

verosimilius, quam ordinem verborum apud LXX perturbatum esse, ut loco *χαμαιλέοντες* reponendum sit *κόρακες*, et *κόρακες* loco *χαμαιλέοντες*, adeoque *χαμαιλέοντες* ad תִּנְשֶׁמֶת referendum sit. *Hesych.* *χαμαιλέων, ζῶον ὠοτόκον καὶ πεζόν.* *Suidas:* *χαμαιλέων, ζῶον εἰς πάντα τὴν χροιὰν μετατρέπον, πλὴν λευκοῦ.* Plura de illo vide apud *Allatium* in not. ad *Eustathii Hexaemeron* p. 163. sequ. et *Bochartum* in *Hieroz.* P. I. lib. IV. c. 6. qui putat, ex Punico גמליון, *gamalion*, posse deflexum esse, *quia camelus gibbum in dorso habeat*, quod Arabes observent.

ΧΑΜΑΙΠΕΤΗΣ, *humi prostratus.* 3 Esdr. VIII, 93. hebr. מִתְנַפֵּל, coll. Esdr. X, 2. *Suidas:* *χαμαιπετής, χαμαὶ ἐῤῥιμμένος.*

ΧΑΜΩΝ. Vide in v. *χαυῶνες.*

ΧΑΜΩΣ, *Chamos*, idolum Moabitarum, כְּמוֹשׁ. Ierem. XLVIII, 7. Ad quem locum *Olympiodorus:* *χαμώς, εἴδωλον Μωαβιτῶν.* *Zonaras Lex.* 1840. s. v. *χαμώς: χαμώς, εἴδωλον, βδέλυγμα.* *Suidas:* *χαμώς: θεὸς ἦν Τυρίων καὶ Ἀμανιτῶν, ὥσπερ ἡ Ἀστάρτη θεὸς Σιδονίων, ἣ ἐλάτρευον Σοκομῶν.* ubi per Amanitas intelligitur procul dubio gens Nabataeorum Arabum, qui alias *Ἀμμανῖται* per duplex *μ* dicuntur. Vide *Stephanum* de *Urb.* v. *Ἀμανόν*, et quae ex *Iosepho* ibi in notis observantur. Plura de illo vide apud *Seldenum* de *Diis Syr. Synt.* I. c. 5. p. 165.

ΧΑΝΑΑΝ, *Chanaan*, nomen regionis, it. *mercator*, כְּנַעַן. Ps. CV, 36. Hos. XII, 7. *χαναάν, ἐν χειρὶ αὐτοῦ ζυγὸς ἀδικίας, mercator, in manu eius statera iniusta.* Vide et Soph. I, 12. et conf. Ies. XXIII, 8. ubi כִּנְעָנֶיהָ LXX sunt *ἔμποροι.* — כְּנַעֲנִי. Ezech. XVI, 3.

ΧΑΝΑΑΝΙΤΙΣ, *Chanaanitis.* Legitur Zach. XI, 7. ubi verba *εἰς τὴν χαναανῖτιν* (Alex. *χαναντῖτιν.* B. *γῆν χαναάν.*) respondent hebr. לָכֵן עֲנִיֵּי הַצֹּאן, *profecto afflictos pecoris*, ut adeo legerint לִכְנַעֲנִי אֶרֶץ, quae lectio generat praeclarum sensum. *Semlero* videtur ibi esse ipsum nomen hebr. graecis literis scriptum.

ΧΑΝΑΝΑΙΟΣ, *Chananaeus*, it. *mercator.* כְּנַעֲנִי. Gen. XXXVIII, 2. Zach. XIV, 21. Prov. XXXI, 24. ubi appellative sumitur pro *mercatoribus*, quia Chananaei mercatores primi et maximi erant. — כְּנַעֲנִים. *Symm.* Iob. XI, 25. *χαναναίων*, ubi *Aquila* *μεταβόλων* habet. Sed sunt ibi nomina Intt. permutata. — סָבְאָם, *vinum eorum.* Hos. IV, 19. Legerunt hic סְבָאִים, *Sabaei*, quos cum Chananaeis confuderunt, quod utrique a Cham sint oriundi. Conf. ad h. l. *Pocockium* p. 232. *Gloss. Graec. in N. T.* ed. *Alberti:* *χαναναῖοι, μετάβολοι.*

ΧΑΟΣ, *hiatus*, *vorago.* גַּיְא, *vallis*, etiam *fossa*, coll. arab. جوة, unde et chald. גיאות in *Lex. Aruch.* *fossae*

aquarum exponuntur. Hinc et *Chald.* Mich. I, 6. אחליה. Zach. XIV, 4. χάος μέγα σφόδρα, magnus valde *hiatus.* Mich. I, 6. κατασπάσω εἰς χάος τοὺς λίθους αὐτῆς, deiiciam in *hiatum* lapides eius. Sic vocatur ibi *vasta vorago* s. *profunda vallis* Samariae subiecta. Forte vox haec graeca ab ista hebraica est deducta. *Hesych.* χάος, χώρησις, καὶ τὸ κενὸν, ἀπὸ τοῦ κεχύσθαι, ἢ σκότος.

ΧΑΡΑ', *gaudium*, *laetitia*, *exultatio.* גיל, *exultatio.* Ioel. I, 16. — חדוה. Nehem. VIII, 12. — מחול, *chorus.* Ps. XXIX, 14. Conf. ad h. l. *Fulleri Miscell. Sacr.* lib. III. cap. 9. p. 327. ubi pro χαρὰν legandum censet χορὸν, quam lectionem *Grabius* quoque in textum recepit. Verosimilis quidem est haec coniectura, inprimis ob locum parallelum Thren. V, 15. Sed cum vox hebraica per synecdochen *omne laetitiae genus* designet, atque χαρὰν hoc modo bonum det sensum, LXX Interpretibus lectionem receptam χαρὰν tribuendam iudico, pro qua praeterea pugnant *Syrus*, *Arabs*, *Aethiops.* — משוש. Ies. LXVI, 10. Thren. V, 15. — משתה, *convivium.* Esth. IX, 18. 19. — רנה, *cantus.* Ies. LV, 12. — שחוק, *risus.* Ps. CXXV, 2. — שלום, *pax.* Ies. LV, 12. — שמחה. 1 Par. XXIX, 22. Esth. VIII, 17. Ps. XX, 6. — ששון, *gaudium.* Ierem. XVI, 8. XXV, 10. Ioel. I, 12. *Hesych.* χαρά, ἡδονὴ, ἀγαλλίασις, εὐφροσύνη. *Suidas:* χαρά, ἡδονὴ, εὐφροσύνη, τέρψις.

ΕΝ ΧΑΡΑ͂Ι͂ Ε'ΙΜΙ', *in gaudio sum.* רנן, *canto.* Prov. XXIX, 6.

ΧΑΡΑ'ΔΡΙΟΣ, *avis*, *quae in salebris et alveis torrentium degit.* Vide *Aristotel. hist. anim.* lib. VIII. c. 3. ubi *Gaza rupicem* vertit, *quasi qui in rupibus niduletur.* Idem lib. IX. c. 11. ubi *Gaza charadrium* reddit, sed addit: quam latine *hiaticulam* dicere possumus, quod circa fluminum alveos et rivorum charadras seu hiatus riparum versari soleat. Meminit et *Plutarchus* lib. V. *Symp. quaest.* 7. et *Suidas* in *Hipponacte.* Scribitur quoque χαλάνδριον et χαλάδριον. — אנפה, *ardea.* Lev. XI, 19. Deut. XIV, 18. Conf. *Eustathium Hexaem.* p. 40. et *Leon. Allatii* notas ad eundem p. 187. *Bochartum Hieroz.* P. II. lib. 2. c. 30. p. 340. *Tychsenium* ad *Physiologum Syrum* p. 88. sequ. et *Suiceri Thes. Eccles.* s. h. v.

ΧΑΡΑΚΟΒΟΛΙ'Α, *iactus seu constructio aggeris.* בשפך סללה infin. *diffundendo aggerem.* Ezech. XVII, 17. Male *Sopingius* ad *Hesych.* s. v. χάρακα coniicit legendum ἐν χαρακώματι.

ΧΑΡΑΚΟ'Ω, *valle communio*, *circumvallo*, *obsideo.* בלם, *vellico.* *Theod.* Amos. VII, 14. χαρακῶν συκομόρους, h. e. *pedimentis fulciens sycomoros*, vel *vallans s. fossa muniens.* Num pro χαρακῶν legendum potius est χαράσσων,

incidens? Nam sec. Avicennam non maturescit fructus, nisi incidatur ungue ferreo.' Cf. *Warnekros hist. natur. sycomori* §. 19. – הִכָּה Hiph. a נָכָה, *percutio.* *Inc.* 1 Reg. XV, 27. ἐχαράκωσεν. Sed vide infra s. χαρύσσω. – סִקֵּל Pih. *elapido, lapides amoveo.* Ies. V, 2. Sic etiam multi Intt. h. l. סִקֵּל per *circumsepire* interpretati sunt LXX et *Vulg.* secuti. Sed LXX speciem providae et liberalis curae vinitorum, quae est in circumseptione vineae, ne vites a feris animalibus aut viatoribus laedantur (Conf. Psalm. LXXX, 13. sequ.), pro altera libere posuerunt. – צוּר. Ierem. XXXII, 2. δύναμις βασιλέως Βαβυλῶνος ἐχαράκωσεν ἐπὶ Ἱερουσαλήμ, exercitus regis Babylonis *obsidebat* Hierosolyma. *Hesych.* ἐχαράκωσεν, ἐκύκλωσεν, ἐπολιόρκησεν. *Symm.* Ies. XXIX, 3.

ΧΑΡΑΚΤΗ'Ρ, *character, nota, signum, forma,* item *ritus.* צָרֶבֶת, *cicatrix.* Lev. XIII, 28. ὁ γὰρ χαρακτὴρ τοῦ κατακαύματός ἐστι, est enim *nota* adustionis. Sic *Eurip. Hecuba* v. 379. δεινὸς χαρακτὴρ κἀπίσημος ἐν βροτοῖς, ἐσθλῶν γενέσθαι. – צוּרָה, *forma. Aqu.* Ps. XLVIII, 15. χαρακτὴρ αὐτῶν κατατρίψαι ᾅδην. Loco χαρακτὴρ rectius scribetur χαρακτῆρα, et pro κατατρίψαι ᾅδην reponendum erit κατατρίψει ᾅδης. Posset quoque scribi κατατρίψεται. Certe *Hieronymus* habet: *et figura eorum conteretur.* Caeterum *Aquila* vocem hebr. a יָצַר, *formavit,* vel a צוּר, idem interdum significante, deduxit. *Herodot.* I, 116. χαρακτὴρ τοῦ προσώπου est *forma* faciei. *Diod. Sic.* lib. I. p. 58. τῆς ὄψεως χαρακτῆρας vocat *lineamenta faciei.* 2 Macc. IV, 10. ἐπὶ τὸν Ἑλληνικὸν χαρακτῆρα τοὺς ὁμοφύλους μετῆγε, ad Graecanicum *ritum* contribules suos transtulit. 4 Macc. XV, 4.

ΧΑΡΑ'ΚΩΣΙΣ, *circumvallatio, vallum.* מָצוֹר, *munitio.* Deut. XX, 20. οἰκοδομήσεις χαράκωσιν ἐπὶ τὴν πόλιν, construes *vallum* (scil. *castrense, turres ligneas* et similia) contra civitatem.

ΧΑ'ΡΑΞ, *vallum, agger, quo castra muniri solent.* גַּיְא, *vallis. Al.* 1 Par. IV, 14. χάρακος τεκτόνων. N. L. – כָּרִים plur. ex כַּר, *duces exercitus,* it. *arietes.* Ezech. XXI, 22. τοῦ βαλεῖν χάρακας ἐπὶ τὰς πύλας αὐτῆς, ut mittat *arietes* adversus portas eius. Ita *Bielius,* et recte: nam χάραξ latissime patet, et omnes *machinas, quibus in obsidione utuntur, adeoque quibus muri oppugnantur,* notat. *Cappello* in *notis critt.* ad h. l. p. 552. videntur LXX propter affinitatem soni inter כַּר et χάραξ ita vertisse, quia nempe solent voces hebraicas per graecas soni vicini, licet significationis diversae, reddere. – מָגוֹר, *metus.* Ies. XXXI, 9. ὡς χάρακι. Loco מָגוֹר, *prae timore,* legisse videntur כְּמָגוֹר, et גּוּר in notione *colligendi* acceperunt, quam habet גּוּר, ut docuit *Simonis Lex. hebr.* p. 320. sequ. Alii statuunt, eos legisse מָצוֹר. – מַצָּב, *statio, castra.* Ies. XXIX, 3. βαλῶ περὶ σὲ χάρακα, circum-

dabo te *vallo*. Conf. Luc. XIX, 43. et ad h. l. *Raphelii annotatt. ex Polybio* p. 227. sequ. – מָצוֹר, *munitio*. Cohel. IX, 14. – מְצוּרָה, idem. Deut. XX, 19. – סֹלְלָה. Ies. XXXVII, 33. Ez. IV, 2. XXVI, 8. *Al.* 1 Sam. XX, 16. Sir. XXII, 22. ubi χάρακες sunt *valli*, h. e. *firmiores pali, quibus vites alligantur*. Latini *pedamentum* dicunt et *statumen*. Vide ad h. l. *Grotium*. 2 Macc. XII, 17. εἰς τὸν χάρακα. Possis τὸν χάρακα appellative *castra vallo munita* interpretari. Syriaca tamen versio ut nomen loci proprium sumit iisdemque literis scribit, quibus Arabes *Caracam seu Montem Regium*. *Suidas*: χάρακα, χαράκωμα, περίφραγμα, χαράκωμα, ὃ περιβάλλοντο τινὲς ἐπὶ σωτηρίᾳ. *Lex. MS. Bibl. Coisl.* p. 602. χάρακα, περίφραγμα, τειχομαχίας, ἑλεπόλεις.

ΧΑΡΑ'ΣΣΩ, ΤΤΩ, *insculpo, incido*. *הִכָּה Hiph. a נָכָה. 1 Reg. XV, 27. ἐχάραξε, ubi *Compl.* habet ἐπάταξεν, quod in *Hexaplis Incerto Int.* tribuitur. *Bielius* ex mera coniectura, sed non necessaria, substituit ἐχαράκωσε, deceptus sine dubio iis, quae in eadem nota hexaplari leguntur: Ἄλλος καὶ ἐπεχαράκωσε. Non autem sollicitanda mihi videtur lectio impressa, nam הִכָּה etiam *caedendi* et *secandi* notionem habet. – רַע, *malus*. 2 Reg. XVII, 11. ubi notandum est in textu hebr. legi וַיַּעֲשׂוּ דְּבָרִים רָעִים, quae LXX transtulerunt καὶ ἐποίησαν κοινωνοὺς καὶ ἐχάραξαν. Sc., si quid video, exponere voluerunt liberiore sua hac versione, in quonam fuerint male facta, quorum Israelitae h. l. incusantur, nempe in eo, quod se participes reddiderint idololatriae gentilium, et fabricaverint s. sculpserint simulacra idolorum. Plene scribere proprie debuissent καὶ ἐποίησαν ἑαυτοὺς κοινωνοὺς (sc. gentibus, quae in antecedentibus commemorantur) καὶ ἐχάραξαν κ. τ. λ. Vide et Sir. L, 29. 3 Macc. II, 29.

*ΧΑΡΙ'ΕΙΣ, *venustus, iucundus, gratiosus*. 4 Macc. VIII, 2. ἐν παντὶ χαρίεντες, *omni decore et gratia splendidi*. Conf. *Zonarae Lex.* col. 1841. *Hesych.* χαρίεν, καλὸν, ἀγαθὸν, ἀστεῖον, ὡραῖον. Idem; χαρίεντα, καλὰ, κεχαριτωμένα.

ΧΑΡΙ'ΖΟΜΑΙ, *dono, largior, do, gratificor*. חָנַן. *Aqu.* Gen. XXXIII, 5. ἐχαρίσατο, *largitus est*. Sir. XII, 3. τὴν ἐλεημοσύνην μὴ χαριζομένῳ, eleemosynam non *danti*. 2 Macc. I, 35. pro οἷς ἐχαρίζετο *Grotius*, cui quoque assentitur *Houbigantius*, legere mavult οἷς ἐχρήσατο, *quorum opera usus fuerat*. 2 Macc. III, 33. σοὶ κεχάρισται τὸ ζῆν ὁ κύριος, *tibi donavit* vitam Dominus. Vide et 2 Macc. IV, 32. VII, 22. et conf. Luc. VII, 21. Act. XXVII, 24. Rom. VIII, 32. Adde *Aelianum V. H.* IX, 1. ubi χαρίζεσθαι opponitur τῷ λαμβάνειν, et *Philonem* de *Charit.* p. 701, e. coll. 702. a. ubi δωρεῖσθαι idem est, quod antea χαρίζεσθαι.

ΧΑ'ΡΙΣ, *gratia, suavitas, elegantia, venustas, oblectatio, beneficium, remuneratio beneficii, praemium.* גְּדוּלָּה, *magnificentia.* Esth. VI, 3. τίνα δόξαν ἢ χάριν ἐποιήσαμεν τῷ Μαρδοχαίῳ; quem honorem aut quam *gratiam*, seu quod *praemium* contulimus in Mardochaeum? Conf. *Elsnerum* ad Luc. VI, 32. p. 207. – חֵן. Gen. VI, 8. εὗρε χάριν ἐναντίον Κυρίου, invenit *gratiam* coram Domino. Vide et Gen. XVIII, 3. XXX, 27. Exod. XXXIII, 16. εὕρηκα χάριν παρά σοι, inveni *gratiam* apud te. Vide et Esth. II, 16. 17. et conf. Luc. I, 30. Num. XI, 11. εὕρηκα χάριν ἐνώπιόν σου. Vide et Esth. V, 7. VII, 3. et conf. Act. VII, 46. Ps. XLIV, 3. ἐξεχύθη χάρις ἐν χείλεσί σου, effusa est *gratia* in labiis tuis, h. e. *suavitas sermonis* copiose tibi concessa est. Vide et Cohel. X, 12. et infra notata ex Prov. X, 33. Sic χάρις alias etiam de *sermonis suavitate* usurpatur. *Homer. Od.* θ', v. 175. ἀλλ' οὔ οἱ χάρις ἀμφιπεριστρέφεται ἐπέεσσιν. Et *Dio Chrysostomus Orat.* LIII. de *Homero* agens, τὴν μὲν ἡδονὴν καὶ χάριν τὴν τῶν ἐπῶν laudat. Conf. et Luc. IV, 22. coll. III, 16. IV, 6. *Wolfium* ad *Luc.* l. c. p. 611. et ad Ephes. IV, 29. p. 113. Prov. I, 9. στέφανον χαρίτων, coronam ornatissimam, elegantissimam. Vide et Prov. IV, 9. ac supra s. v. στέφανος. Prov. III, 22. καὶ χάρις ᾖ περὶ σῷ τραχήλῳ, et *ornamentum* sit circa collum tuum. Prov. V, 19. πῶλος σῶν χαρίτων, pullus tuus *suavissimus*. Prov. XIII, 16. σύνεσις ἀγαθὴ δίδωσι χάριν, intellectus bonus dat *oblectationem* s. conciliat *gratiam*. Conf. Eph. IV, 29. Prov. XVII, 8. μισθὸς χαρίτων, merces *gratissima*. Prov. XXVIII, 23. χάριτας ἕξει, *gratias* habebit. Zach. XII, 10. πνεῦμα χάριτος καὶ οἰκτιρμοῦ, spiritum *gratiae* et misericordiae. *Symm. Theod.* Prov. V, 19. ἔλαφος χάριτος, cerva *suavissima*. – חֶסֶד, *benignitas.* Esth. II, 9. *Theod.* Prov. XXXI, 26. νόμος χάριτος ἐπὶ γλώσσῃ αὐτῆς, lex *grata, suavis, iucunda*, in lingua eius. – טוֹב, *bonum.* Prov. XVIII, 22. qui nactus est uxorem bonam, εὗρε χάριτας, invenit rem *suavissimam* s. *optimam*, ubi χάρις τὸ *bonum* notat, *pro quo gratiae agendae ac persolvendae sunt. Symm.* 2 Sam. II, 6. – רַחֲמִים plur. ex רַחַם, *miserationes.* Gen. XLIII, 14. Dan. I, 9. sec. cod. *Chis.* – רָצוֹן, *benevolentia.* Prov. X, 33. χείλη ἀνδρῶν δικαίων ἀποστάζει χάριτας, labia virorum iustorum destillant *iucundissima* s. *gratiosa, id quod placet.* Conf. Sir. XX, 12. XXI, 18. Praeterea legitur Prov. XXX, 7. ubi voci χάρις in notione *beneficii* nihil respondet in textu hebraico. Tob. I, 13. ubi χάρις καὶ μορφὴ per Hendiadyn est χάρις τῆς μορφῆς, *forma placens. Münsterus* tamen μορφὴν per חֶסֶד, *favorem*, transtulit, ac *Fagius* praeterea addidit רַחֲמִים, *miserationes.* Vide ad h. l. *Drusium.* Esth. XV, 17. τὸ πρόσωπόν σου χαρίτων μεστόν, facies tua est admodum *gratiosa.* Sirac. VII, 33. χάρις δόματος κ. τ. λ., donum gratum est omni viventi, seu, ut *Tigurina, gratiosa*

est apud vivos omnes beneficentia. Sirac. VIII, 16. ubi *Houbigantius* χάριν ex hebr. חסד per *opprobrium* reddidit. Sirac. XVII, 22. *benignitas*, *miseratio*, *beneficium*, i. q. ἐλεημοσύνη in antecedentibus. Sirac. XX, 13. χάριτες, *verba gratiosa, facetiae, lepores, quibus aliorum gratiam captare studemus.* Sirac. XXI, 16. χάρις, *lepor.* Sir. XXIV, 20. ὡς ἄμπελος βλαστήσασα χάριν, tanquam vitis *pulchre germinans* s. *fructus suavissimos producens.* *Complut.* habet εὐωδίαν (*Vulg. suavitatem odoris*), quod mihi merum glossema esse videtur, q. d. odoratam gratiam. Sir. XXVI, 15. χάρις γυναικὸς, *gratia* vel *suavitas* uxoris delectabit maritum ipsius. Sir. XXVI, 17. χάρις ἐπὶ χάριτι, h. e. *summe grata et suavis est* mulier pudica et fidelis. Sir. XXIX, 18. χάριτας ἐγγύου μὴ ἐπιλάθῃ, *beneficia* sponsoris ne obliviscaris. *Suidas:* χάριτας, τιμὰς, εὐεργεσίας. Sir. XXXV, 2. ἀνταποδιδοὺς χάριν, referens *gratiam.* Vide et Sir. XXX, 6. Apud *Hesychium* χάρις inter alia exponitur δωρεὰ καὶ ἀμοιβὴ κατὰ εὐεργεσίαν. Vide et *Elsnerum* ad Luc. VI, 32. p. 207. Sir. XL, 24. χάριν καὶ κάλλος ἐπιθυμήσει ὁ ὀφθαλμός σου, *elegantiam* et pulchritudinem desiderabit oculus tuus. Sic *Aelianus V. H.* XIII, 33. θαυμάσας τοῦ ὑποδήματος τὸν ῥυθμὸν, καὶ τῆς ἐργασίας αὐτοῦ τὴν χάριν. 2 Macc. III, 33. πολλὰς τῷ Ὀνίᾳ χάριτας ἔχε, multas Oniae *gratias* age. Tob. VII, 20. ubi χάρις est i. q. χαρὰ, *gaudium*, ut in quibusdam codd. e glossemate legitur. *Hesych.* χάρις, χαρά. Idem: πρὸς χάριν, πρὸς τέρψιν. *Suidas:* χάριν, τέρψιν. *Pindar. Olymp.* Od. VII, 8. συμποσίου χάρις. Vide quoque Ep. ad Philem. v. 7. ac *Lexicon N. T.* s. h. v. n. 10. Sir. VII, 21. ἡ γὰρ χάρις αὐτῆς ὑπὲρ τὸ χρυσίον, *praestantior est auro.* 4 Macc. V, 7. *donum.*

*ΧΑ'ΡΙΣ 'ΑΓΑΘΗ', *gratia bona.* רָצוֹן, *benevolentia.* Prov. XI, 27. χάριν ἀγαθήν.

*ΠΡΟ'Σ ΧΑ'ΡΙΝ, *ad gratiam*, h. e. *gratiosus.* חָלָק, *blandus.* Ezech. XII, 24. *Hesych.* πρὸς χάριν, πρὸς τέρψιν. Confer quoque Prov. VII, 5.

ΛΟ'ΓΟΙΣ ΤΟΙ͂Σ ΠΡΟ'Σ ΧΑ'ΡΙΝ 'ΕΜΒΑ'ΛΛΟΜΑΙ, *verbis blandis vel audita iucundis aggredior.* אֲמָרִים הֶחֱלִיק, *verba levifico, sermonibus blandior.* Prov. VII, 5. ἐάν σε λόγοις τοῖς πρὸς χάριν ἐμβάληται, si te verbis blandis vel auditu iucundis aggrediatur. Ita *Xenoph. Hist. Gr.* l. VI. c. 3. §. 5. οὐ πρὸς χάριν ὑμῖν ῥηθήσεται, non iucunda vobis auditu erunt. Ita *Bielius.* Sed πρὸς χάριν ἐμβάλλεσθαι est ibi potius *ad amorem pellicere.*

ΧΑ'ΡΙΝ. Est quidem accusativus ex χάρις, sed adverbiascit, estque idem quod ἕνεκα, quasi εἰς χάριν, *in gratiam, gratia, causa, propter.* בִּגְלַל, *propter.* 1 Reg. XIV, 16. *Symm.* Mich. III, 2. Vide et Sir. XXXI, 6. 19. XXXII, 4. et alibi. Conf. *L. Bos Ellips. Gr.* p. 310.

ΧΑΡΙΣΤΗ'ΡΙΟΝ, *munus pro praestita gratia, munus, donum, praemium, quod ex gratia datur.* Est a χαριστήριος, *ad gratiarum actionem pertinens.* 2 Macc. XII, 45. *Hesych.* χαριστήρια, χαρίεντα δῶρα.

ΧΑΡΙΣΤΙΚΟ'Σ, *gratiosus.* חָנַן, *gratiam facio, gratiosus sum. Symm.* Ps. CXI, 5.

ΧΑΡΙΤΟ'ΟΜΑΙ, *gratia praeditus sum, gratia plenus sum, gratiosus, benignus sum.* חָסִיד, *gratiosus, benignus,* et הִתְחַסֵּד, *gratiosus sum, benignus sum. Symm.* Ps. XVII, 28. μετὰ τοῦ κεχαριτωμένου χαριτωθήσῃ, *cum gratioso et benigno gratiosus vel benignus eris.* Ita *Bielius.* Sed pertinent potius haec *Symmachi* verba ad תָּמִים et תִּתַּמָּם, et κεχαριτωμένος est h. l. *favore divino dignus,* h. e. *pius, integer vitae,* ac χαριτόομαι est *favoris sui ac benevolentiae documenta dare,* quemadmodum הִתַּמֵּם notat *tractare aliquem tanquam integrum et perfectum. Al.* Sir. IX, 8. averte oculum ἀπὸ γυναικὸς κεχαριτωμένης, a muliere *speciosa et compta,* ut *Vulg.* transtulit. Sir. XVIII, 17. ubi ἀνὴρ κεχαριτωμένος vulgo vertitur: *homo gratiosus,* qui cum in summa sit apud homines aestimatione, plus apud eos valet hac ratione, quam oratione blanda, aut largitione etiam profusa alii. Sed mallem legere κεχαριτωμένα, *utraque homini conciliant gratiam.*

ΧΑ'ΡΜΑ, *gaudium.* מָשׂוֹשׂ, idem. *Aqu.* Ps. XLVII, 3.

ΧΑΡΜΟΝΗ', *gaudium, laetitia.* רְנָנָה. Hebr. et LXX Iob. XX, 5. ubi *Schol.* vocem χαρμονὴ interpretatur ἀγαλλίαμα. Inde forte apud *Hesychium,* apud quem χαρμονὴ exponitur χαρὰ, συλλογὴ, pro συλλογὴ reponendum ἀγαλλίαμα. Iob. III, 7. verba μηδὲ χαρμονὴ videntur esse glossema ortum ex praecedente voce εὐφροσύνη. Ierem. XXXI, 33. sec. *Compl.* Vide quoque 3 Macc. VI, 31.

ΧΑΡΜΟΝΗ'Ν ΠΟΙΕ'Ω, *gaudium facio.* שָׂחַק, *ludo.* Iob. XL, 15.

ΧΑΡΜΟΣΥ'ΝΗ, *gaudium, laetitia.* שִׂמְחָה. 1 Sam. XVIII, 6. Ierem. XXXIII, 10. XLVIII, 33. — שָׂשׂוֹן. Ierem. XXXI, 13. 33. Vide et Iudith. VIII, 6. Baruch. IV, 16. Vide alibi εὐχή.

ΧΑΡΟΠΟΙΕ'Ω, *gaudio afficio, exhilaro,* ut *Gloss. vett.* interpretantur. חָדָה Pih. *Symm.* Ps. XX, 7. χαροποιήσεις αὐτὸν ἐν εὐφροσύνῃ μετὰ τοῦ προσώπου σου, *afficies eum gaudiis,* quibus perfunduntur ii, qui tecum sunt et versantur.

ΧΑΡΟΠΟΙΟ'Σ, *laetificus, gaudio et laetitia afficiens,* it. *pulcher.* חַכְלִילִי, *rubicundus.* Gen. XLIX, 12. ubi tamen alii pro χαροποιοὶ rectius χαροποί. Vide mox in χαροπός, ac *Amersfoordt Diss. Phil. de variis lectionibus Holmesianis in Pentateucho* p. 99. Caeterum occurrit vox χαροποιός apud *Eurip. Hec.* 917. *Schol. Soph. Aiac.* 525.

ΧΑΡΟΠΟ'Σ, *fulvus*, *rutilus*, et, de oculis si dicitur, est vel *caesius*, quales oculi referuntur ad pulcritudinem, vel *torvus*, *flammeus*, *ferox*, in qua significatione inprimis apud poetas Graecos, praeeunte *Homero* ac *Aristotele Phys.* c. 5., tribuitur leonibus ob insitam ferociam. חַכְלִילִי, *rubicundus*. *Inc.* Gen. XLIX, 12. χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ ἀπὸ οἴνου, *rutili* oculi eius a vino. *Schol.* ad h. l. χαρόποὶ, θερμοὶ, διάπυροι, φοβεροί. *Archelao* exponitur *suffusi*, *Augustino fulvi* et *fulgentes*. Vide *Flam. Nobilium* ad Gen. l. c. et *Grabium* Diss. de *Vitiis LXX Intt.* p. 56. ubi etiam observat, quod oculi χαροποὶ ad differentiam nigrorum vel alius coloris saepius memorentur ab *Aristotele* in *libris de historia et generatione animalium*. Vide quoque *Aristotelis Physiognomonicon* p. 37. et 145. *Scriptt. Physiognomoniae vett.* ed. *Franzii*. — חַכְלִלוּת, *rubedo*. *Symm.* Prov. XXIII, 29. τίνος χαροποὶ οἱ ὀφθαλμοί. *Hesych.* χαροπὸς, περιχαρὴς, γλαυκὸς, ξανθὸς, φοβερὸς. χαροπὸν, ξανθὸν, γλαυκὸν, φοβερὸν, περιφερῆ, vel potius περιχαρῆ. Adde *Theocriti Idyll.* XX, 25.

*ΧΑ'ΡΡΑ. Legitur haec vox 3 Esdr. V, 55. sec. cod. *Vat.*, ubi in Cod. *Alex.* et *Ald.* scribitur χάρρα. *Bretschneiderus* in *Spicil.* p. 270. putat legendum esse χάραγμα s. χαράγματα, *nummi*, *monetae*, quia Esdr. III, 7. legitur מְשַׁח, quod h. l. non est *oleum* vertendum, sed eo sensu accipiendum, quo Chald. מְשַׁח, et Syr. ܡܫܚܐ, *semissis*, *quadrans*, hoc autem loco, posita specie pro genere, *pecunia* simpliciter.

ΧΑΡΤΗΡΙ'Α, *chartaria*, sc. *officina*, etiam *ipsa charta*. Sic legitur 3 Macc. IV, 16. (20.) τὴν χαρτηρίαν ἤδη καὶ τοὺς γραφικοὺς καλάμους ἐκλελοιπέναι. Conf. quae ad h. l. ex *Plinio* XVIII, 10. notat *Grotius*.

ΧΑ'ΡΤΗΣ, *charta*, *volumen*. מְגִלָּה, idem. Ierem. XXXVI, 23. πᾶς ὁ χάρτης, totum *volumen*. Conf. locum *Theopompi* v. χαρτίον. Sic apud Latinos etiam *charta* pro *volumine* occurrit. *Catullus* ab initio: *omne aevum tribus explicare chartis*. Sic quoque accipi debet locus *Sereni Samonici*: *Tertia namque Titi simul et centesima Livi charta*. Vide *Is. Vossium* de *LXX Intt.* p. 67. et in *Catull.* p. 5. — Vide alibi τόμος.

ΧΑΡΤΙ'ΟΝ, *chartula*, *charta*. מְגִלָּה, *volumen*. Ierem. XXXVI, 2. λάβε σεαυτῷ χαρτίον βιβλίου, sume tibi *volumen* libri. Vide et v. 4. 6. 14. Ita *Theopompo* apud *Longin. de sublim.* sect. 43. χάρται βιβλίων.

*ΧΑΣΕΛΕΥ'. Est nomen mensis, qui fere nostro Novembri respondet, et Zach. VII, 1. dicitur כִּסְלֵו, quod hoc mense sidus כְּסִיל oritur. 1 Macc. IV, 52. 2 Macc. I, 9. 18. et X, 6.

ΧΑ´ΣΚΩ, *hisco, dehisco, ore hiante appeto, aperio.* 3 Esdr. IV, 19. χάσκοντες τὸ στόμα θεωροῦσιν αὐτήν, *aperientes* os aspiciunt illam. Vide et v. 31. *Hesych.* χάσκοντες, ἀνοίξαντες. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χάσκοντες, ἀνοιγοστομοῦντες.

ΧΑ´ΣΜΑ, *hiatus, vorago.* בְּרִיאָה, *creatura.* Num. XVI, 30. ἐν χάσματι, *in hiatu.* *Scharfenbergius* ad h. l. reponere mavult φάσματι, quod vide supra. Mihi autem videtur esse alius interpretis, qui respexerit ad ea, quae postea evenerunt, cum hiatu terrae absorptus est Core. Conf. *Gregor. Nyss.* in *Cat. Nicephori* p. 1276. et *Theodoret. Quaest.* 33. p. 241. ed. *Hal.* nec non *Iosephum A. I.* IV, 3, 2. p. 201. *Hav.* Legitur praeterea 2 Sam. XVIII, 17. ubi verba εἰς χάσμα μέγα desumta videntur ex *Ioseph. A. I.* VII, 10, 2. *Hesych.* χάσμα, στόμα, ἢ σχίσμα τῆς γῆς. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χάσμα, σχίσμα, χάος. Conf. *Lex. N. T. s. h. v.* et *Raphelium annot. Herodot.* ad Luc. XVI, 26. p. 262. Adde *Aelianum V. H.* III, 18.

ΧΑΥ῀ΝΟΣ, *laxus, fungosus, mollis, diffusus, expansus, tenuis.* Sap. II, 3. πνεῦμα διαχυθήσεται, ὡς χαῦνος ἀήρ, spiritus diffundetur, tanquam aer expansus.

ΧΑΥΝΟ´Ω, *dissolvo, emollio.* מוג Pih. *Symm.* Ps. LXIV, 11. χαυνώσεις, *emollies.*

ΧΑΥΩ´Ν, *panis admixto oleo subactus, qui subactione fungosus fieri et laxus creditur,* quasi χαυνών. Est autem potius ipsa vox hebr. כַּוָּנִים plur. *liba, placentae effigiatae* (*quibus fortasse impressa erat imago idoli*), *pastae.* Ierem. XLIV, 19. ἐποιήσαμεν αὐτῇ χαυῶνας, fecimus illi placentas: ubi *Sopingius* non audiendus est, qui ex *Hesychio* (apud quem potius rescribi debet χαυῶνες. Certe *Phavorinus* in suo exemplari ita habuit.) reponit χαυνῶνας. *Suidas:* χαυῶνας (scr. χαυῶνας), ἄρτους ἐλαίῳ ἀναφυραθέντας (quos *Aristophanes Plut.* 138. ψαιστοὺς vocat, et ibid. v. 680. πόπανα) κριθίνους, ἢ λάγανα ὀπτά. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χαυῶνας, τὰ ἐκ στέατος γινόμενα πέμματα, ἢ στέαρ. Similiter *Gloss. MS.* in *Prophetas:* χαυῶνας, στέαρ, ἢ τὰ ἐκ στέατος γινόμενα. *Al.* Ierem. VII, 17. τρίβουσι σταῖς, τοῦ ποιῆσαι χαυῶνας τῇ στρατιᾷ τοῦ οὐρανοῦ, terunt similam, ut faciant *placentas* exercitui coeli. *Francof. ed.* ibi habet χαμῶνας, al. καυῶνας, al. χαβῶνας. Unde et apud *Hesych.* χαμῶνας, στέαρ, ἢ τὰ ἐκ στέατος πινόμενα. Lege: γινόμενα. Vide *Hesychium* post χαμαιευνάδες. Apud eundem: χαβῶνες, στῆθια (lege στέατα) ὀπτώμενα ὑπὸ (scribendum videtur ἀπὸ) ἀλεύρου. *Etymologus* habet χαυῶνας, et apud *Hesychium* χαυνῶνες etiam sunt ἄρτοι ἐλαίῳ ἀναφυραθέντες. Vera autem lectio apud LXX procul dubio est χαυῶνας. Nam hoc cum hebr. כַּוָּנִים magis convenit, et in Codd. bonae notae legitur. Depravatum autem illud in χαβῶνας et χαμῶνας, quod litera υ in codd. manu exarata

τῷ β saepe valde similis sit, et β etiam facile pro μ accipi possit, quemadmodum et inde apud *Hesychium* pro Ἀβὼβ habemus Ἀβώμ. Cumque χαμῶνάς imperitus aliquis librarius scripserit, alius inde facile χάνωνας et χαυνῶνας arripere, immo etiam χαμῶνας in καυῶνας facile degenerari potuit. Caeterum *Theodoritus* in *Catena Ghislerii* ad *Ier.* l. c. χαυῶνας vel, ut ipse vitiose scribit, χαβῶνας interpretatur πέμματά τινα ἔνδον ἔχοντα κώνους καὶ στεφανίδας (*Ghislerius* legendum coniicit ἀσταφίδας) καὶ ἕτερα τοιαῦτα. *Hieronymus* ad eund. loc.: *Mulieres conspergunt adipem cum farina, ut faciant* χαυῶνας, *quas nos placentas interpretati sumus, sive praeparationes. Vitringa Comm.* in Ies. LVII, 6. p. 753. b. intelligit *liba melle condita*, πόπανα *dicta Aristophani et Luciano, quae diis oblata sint.* Conf. *Michaelis Suppl.* p. 1234. sequ. ac *Tittmannum* ad *Zonarae Lex.* 1840.

ΧΑΦΟΥΡΟΙ' vel iuxta al. χαφουρῆ. Ipsa vox hebr. plur. constr. כְּפוֹרֵי, *crateres.* Esdr. VIII, 26.

*ΧΕΒΡΑΘΑ'. Vide supra χαβραθά.

ΧΕΙ'ΛΟΣ, *labium, ripa, litus, ora,* it. *sermo, verbum.* אֶלֶף, *mille.* Iob. IX, 3. ubi tamen *al.* pro χειλέων rectius χιλίων. – אֹמֶר, *verbum.* Prov. VI, 2. ubi tamen pro χείλεσιν scribere mallem ῥήμασιν, ut *Compl.* habet. – יָד, *manus.* Prov. XII, 15. ἀνταπόδομα δὲ χειλέων αὐτοῦ δοθήσεται αὐτῷ. Fortasse ita verterunt, quia in antecedentibus de *ore sermo* erat. Non tamen repugnarem, si quis χειρῶν (ex *Aquila* et *Symmacho*) reponere mallet, quod *Grabius* in textum e coniectura recepit. Vide *Grabii Proleg. in LXX Intt.* T. IV. c. 4. §. 3. qui provocavit ad XXXI, 31. ubi in pluribus exemplis perperam legitur χειλέων, excepta ed. *Compl.*, quae recte habet χειρῶν, quomodo etiam *Aqu. Symm. et Theodot.* ibi interpretati sunt. Adde Dan. X, 4. sec. cod. *Chis.* ubi יָד et χεῖλος *littus* notat. – כִּלְיוֹת plur. *renes.* Prov. XXIII, 16. τὰ σὰ χείλη, posita parte corporis alia pro alia, et apte ad λόγων in antecedentibus. Vide supra s. λόγος. – לְחִי, *gena.* Iob. XL, 21. – *מִשְׁפְּתַיִם, *duo lapides focarii, duo ordines.* Iud. V, 16. sec. cod. *Alex.* ubi χεῖλος *omne, quod extremum est*, notat. *Vulg. intra duos terminos.* Secundum *Scharfenbergium* legerunt בֵּין הַשְּׂפָתַיִם, et per χείλη aut omnino *oras,* aut *ripas* s. *litora* intellegenda sunt. – שָׂפָה. Gen. XI, 6. ἰδοὺ γένος ἓν καὶ χεῖλος ἓν πάντων, ecce genus unum et *dialectus* una omnium. Vide et v. 1. et 9. et conf. *Vorstii Philol. Sacr.* P. I. c. 1. Gen. XXII, 17. tanquam arenam, τὴν παρὰ τὸ χεῖλος τῆς θαλάσσης, quae ad *littus* maris. Vide et Exod. XIV, 31. Ios. XI, 4. Iud. VII, 12. 1 Sam. XIII, 5. Gen. XLI, 3. ἐπὶ τὸ χεῖλος τοῦ ποταμοῦ, ad *ripam* fluvii. Vide et Deut. II, 36. IV, 48. Dan. XII, 5. et conf. *Wolfium* ad Hebr. XI, 12. et *Lex. N. T.* s. h. v. Exod. XXVI, 4. ἐπὶ

τοῦ χείλους τῆς αὐλαίας, ad oram aulaei. Vide et Exod. XXXVI, 10. 2 Par. IV, 5. Prov. XIV, 7. χείλη σοφὰ, sermones sapientes. Vide et Prov. X, 19. XII, 20. XVI, 14. *Al.* Prov. X, 20. χειλέων, ubi *Francof.* ed. ῥημάτων. Ies. XXIX, 13. ἐν τοῖς χείλεσιν αὐτῶν τιμῶσί με, *labiis* suis colunt me. – שֶׁפִי, *clivus*. Ierem. III, 21. VII, 28. Legerunt שְׂפָה, quod aliquando *labia* significat, vel ex aliorum sententia שְׂפָתַיִם. Conf. *Buxtorfii Anticritic.* p. 612. – *שָׂפָם, *mystax*. Ezech. XXIV, 17. Deduxerunt a שָׂפָה cum affixo. – *שְׁפַתַּיִם, *cremathrae, uncini ferrei ad suspendendum canem*. *Aqu.* (sec. ed. sec.) *Symm. Theod.* Ezech. XL, 43. Loco Schin legerunt Sin. *Iudith.* IX, 10. ἐκ χειλέων ἀπάτης μου. Latinus interpres, qui habet *ex labiis charitatis meae*, legit sine dubio ἀγάπης. Similiter 2 Petr. II, 13. pro ἀπάταις rectius legendum ἀγάπαις e loco parallelo Iudae v. 12. et *Vulgata* versione. – Vide alibi ἀπρόβυστος et ἀπερίμητος.

ΧΕΙ'ΛΩΜΑ, *labrum*, vel *ora*, *coronamentum*. זֵר, *corona*. *Inc.* Exod. XXXVII, 2. ubi notatur *margo elatior circa mensam* vel *arcam*, quasi *labia*, τὰ χείλη.

ΧΕΙΜΑ'ΖΩ, *hiemo*, *procella vexo*, et χειμάζομαι, *tempestate infestor*, et metaph. *vexor*, *dolore afficior*. גָּשַׁם. *Symm.* Iob. XXXVII, 6. χειμάσει, *pluet vehementer*. – הֵבִיא Hiph. *dolore afficio*. *Aqu.* Ezech. XIII, 22. ἐχειμάζετε, *dolore affecistis*. – חולל Pih. a חול. Prov. XXVI, 10. πολλὰ χειμάζεται πᾶσα σὰρξ ἀφρόνων, multo *dolore afficitur*, vel multum *vexatur* omnis caro stultorum. Ita *Aeschyl. Prom.* v. 567. Prometheum in Caucaso adfixum dicit χειμαζόμενον, *Scholiastes* πάσχοντα. Et *Sophocles* de *Philoctete*, gravi ulcerum morbo afflicto, v. 1489. χειμαζομένῳ. *Glossae Philoxeni*: *vexare*, ὀχλεῖν, σκύλλειν, χειμάζειν. Conf. *Spanhemium* ad *Aristoph. Ran.* v. 364. et *Salmasium* de *modo usurarum* p. 788. ac *Sturzium* de *dial. Mac.* et *Alex.* p. 74. sequ.

ΧΕΙ'ΜΑΡ'ΡΟΣ et χειμάῤῥους, *torrens*, *rivus*. אָפִיק, idem. Ps. CXXV, 5. – *בָּחוּר. *Hebr. Int.* Iob. XIV, 11. – נַחַל. Gen. XXXII, 23. Lev. XI, 9. Deut. II, 32. et alibi saepius. Iob. XXI, 33. apud *Theod.* et LXX χείμαῤῥος est *fluvius inferorum*. *Vulg. Cocytus*. – נַחְלָה cum ה parag. Ps. CXXIII, 4. – סָעִיף, *scopulus*. Iud. XV, 8. παρὰ τῷ χειμάῤῥῳ: quae verba *Scharfenbergius* ad h. l. prorsus aliena, neque ex alia lectione librorum hebraicorum (עַל־הַנַּחַל, *iuxta torrentem*) expressa putat. – *שְׂעִירִים, *hirci*. Levit. XVI, 7. 8. sec. cod. *Alex.*, ubi tamen pro χειμάῤῥους legendum suspicor χιμάρους seu χιμάῤῥους. *Gloss. Brem.* χείμαῤῥοι, ῥύακες, ποταμοί. Confer notata ex *Suida* in v. χίμαρος. Plene dicitur χείμαῤῥος ποταμὸς, ut contra *Sylburgium* docuit *Relandus Palaest.* p. 285. Vide et *Alberti* in *Mus. Brem.* Vol. I. p. 112.

ΧΕΙΜΕΡΙΝΟ'Σ, *hyemalis*, *hybernus*, *procellosus*. גֶּשֶׁם, *imber*. Esdr. X, 13. Zach. X, 1. – חֹרֶף, *hyems*. Ierem. XXXVI, 22. *Aqu. Symm. Theod.* Amos. III, 15. – – סַגְרִיר, *imber vehemens*. Prov. XXVII, 15. Vide et 3 Esdr. IX, 11. ὥρα χειμερινή, hebr. עֵת גְּשָׁמִים Esdr. X, 13.

ΧΕΙΜΕ'ΡΙΟΣ, idem. Sap. XIV, 29. ὡς χειμέριος (cod. *Alex.* χειμερινὴ) πάχνη τακήσεται.

ΧΕΙΜΩ'Ν, *hyems*. גֶּשֶׁם, *imber*. Esdr. X, 9. ἀπὸ τοῦ χειμῶνος, *a tempestate*. Vide et Iob. XXXVII, 6. Sic *Aelianus V. H.* VIII, 5. ὑπὸ χειμῶνος βιασθεὶς, *tempestate* coactus. Conf. et Act. XXVII, 20. *Inc.* Levit. XXVI, 4. τοὺς χειμῶνας. Hiems enim in Oriente fere pluviosa esse solet. *Symm.* sec. cod. *Mosqu.* Gen. VII, 12. – סְתָו, *hiems*. Cant. II, 11. Vide quoque 3 Esdr. IX, 6. Sir. XXI, 9. ὁ συνάγων τοὺς λίθους εἰς χειμῶνα, qui colligit lapides, ut sc. in hieme aedificet, h. e. tempore admodum importuno. Melius *Compl.* εἰς χῶμα ταφῆς, quod vide infra. Sensu metaphorico de *persecutionibus* et *malis* usurpatum reperitur 4 Macc. XV, 32. τοὺς ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας χειμῶνας. De *quovis incommodo* et *molestia* χειμὼν adhibetur apud *Menandrum* in *fragm.* p. 70. v. 3. sequ. μὴ προσάγου τῷ πράγματι χειμῶνας ἑτέρους, τοὺς ἀναγκαίους φέρε, non rei adde alia *incommoda*, sed fer necessaria. *Hesych.* χειμὼν, ἡ ὥρα, καὶ κίνδυνος, ταραχὴ, ζάλη, διωγμός.

ΧΕΙ'Ρ, *manus*, it. *potestas*, *potentia*, *virtus et operatio*, *ministerium*, *vis*, *usus*, *pars*, *descriptio*, *axis*, *medium*. אוֹצָר, *thesaurus*. Nehem. XIII, 13. ubi verba ἐπὶ χεῖρα respondent verbis וָאוֹצְרָה עַל־אוֹצָרוֹת, *et constitui thesaurarios super thesauros*, ita vertenda: *hisque praefecti erant*. – אֶכֶף, i. q. כַּף. Iob. XXXIII, 7. – *אֵת. Iob. II, 10. ἐκ χειρὸς, מֵאֵת. Num legerunt מִיַּד? – בַּדִּים plur. ex בַּד, *vectes*. Hos. XI, 7. Legerunt בְּיָדָיו. – *בֵּן, *filius*. Dan. X, 16. sec. *Chis.* ubi loco υἱοῦ posuerunt χειρὸς ob sequens ἥψατο. – דַּי, *sufficientia*. Ierem. XLIX, 8. ubi pro דַּיָּם, *sufficientiam suam*, legerunt יָדָם per literarum metathesin. – *דֶּלֶת, *ianua*. Iud. XI, 3. χειρῶν. Vitiose. Reponendum est θυρῶν. – הוֹדוֹת plur. *celebrationes*. Nehem. XII, 8. Legerunt יָדוֹת. – זֶרַע, *semen*. Ierem. XLIX, 9. Hic legerunt זְרוֹעַ, *brachium*. Χεὶρ quoque *totum brachium* notat apud *Pausaniam* lib. VI. c. 14, 2. – חֹפֶן, *pugnus*. Exod. IX, 8. Lev. XVI, 13. Ezech. X, 2. 7. – חֶרֶב, *gladius*. Exod. XVIII, 4. ubi *Grabius* loco χειρὸς substituit μαχαίρας, non cogitans, LXX suum saepius privatum interposuisse iudicium, ac fortasse ita h. l. transtulisse, quia dicendi formulam הִצִּיל מִיַּד longe usitatiorem atque ad sensum exprimendum aptiorem iudicabant, quam הִצִּיל מֵחֶרֶב. Caeterum voci χεὶρ h. l. *potestatis* notio subiicienda est, et tunc parum differt haec versio ab ipso textu. Sic *Heliodorus Aethiop.*

I, 56. ἢ χειρὸς πολεμίας καὶ ὕβρεως ἐξαιρούμενον. et lib. I. p. 75. ἐξελοῦ δή με χειρῶν ληστρικῶν. Eodem sensu passim apud alios. Vid. *Horat. Vitringa Animadv. ad Vorstium* p. 231. sequ. Conf. et Luc. I, 74. – יָד, in dual. יָדַיִם, et in plur. יָדוֹת. Gen. XXXII, 11. ἐξελοῦ με ἐκ χειρὸς τοῦ ἀδελφοῦ μου Ἡσαῦ, eripe me manu fratris mei Esavi. Vide et Gen. XXXVII, 20. Exod. III, 8. XVIII, 9. 10. Gen. XXXVII, 26. αἱ χεῖρες ἡμῶν μὴ ἔστωσαν ἐπ' αὐτὸν, manus nostrae ne sint super eum, h. e. iuxta *Augustinum: manus ei non inferamus.* Conf. v. 21. et *Drusium Misc. Cent.* II. c. 86. Gen. XXXIX, 4. πάντα, ὅσα ἦν αὐτῷ, ἔδωκε διὰ χειρὸς Ἰωσήφ, omnia, quae erant illi, dabat in *potestatem* Iosephi. Vide et v. 22. 23. Ita *Aelianus V. H.* VII, 1. ἔγνω διὰ χειρὸς καὶ γνώμης ἔχουσα πάντα, cognovit, in sua se *potestate et voluntate* habere omnia. Gen. XLII, 37. δὸς αὐτὸν εἰς τὴν χεῖρά μου, h. e. trade s. committe mihi illum. Vide et Gen. XLIII, 9. Exod. IX, 3. χεὶρ κυρίου ἔσται ἐν τοῖς κτήνεσί σου, *potentia* domini erit in iumentis tuis. Vide et Deut. II, 15. *Suidas:* χεὶρ, ἡ βοήθεια, καὶ ἡ ἐξουσία, καὶ δύναμις. Sic et *Pindarus Olymp.* X. θεοῦ σὺν παλάμᾳ dicit, quod *Scholiastes* exponit τῇ τοῦ θεοῦ δυνάμει καὶ βοηθείᾳ. Exod. XIII, 3. ἐν χειρὶ κραταιᾷ, *potentia* magna. Vide et v. 14. 16. Exod. XVII, 16. et conf. Ios. IV, 24. ubi יָד redditur δύναμις, et Ierem. XVI, 20. ubi χεὶρ et δύναμις coniunguntur. Sic et, observante *Alberti* ad Act. IV, 28. p. 229., ad *Sophocl. Aiac.* v. 130. ἢ χειρὶ βρίθεις *Schol.* δυνάμει. Lev. XXV, 35. καὶ ἀδυνατήσῃ ταῖς χερσὶ, h. e. *facultatibus* vel *nervo rerum gerendarum* destitutus sit. Lev. XXVI, 46. lex, quam dedit Deus ἐν χειρὶ Μωϋσῆ, h. e. *ministerio* Mosis, seu *per* Mosen. Vide et Num. IV, 38. IX, 23. X, 13. coll. Act. VII, 35. Gal. III, 19. Num. XV, 28. ψυχὴ, ἥτις ποιήσῃ ἐν χειρὶ ὑπερηφανίας, anima, quae superbe agat. Conf. *Vorstii Philol. S.* P. I. c. 14. et Exod. XXXV, 27. Esth. I, 15. Ies. LXIV, 7. ubi LXX בְּיַד per διὰ interpretantur. 1 Sam. XVIII, 17. μὴ ἔστω ἡ χείρ μου ἐπ' αὐτῷ, καὶ ἔσται ἐπ' αὐτὸν χεὶρ ἀλλοφύλων, h. e. non ipse *occidam* illum, sed alienigenae *occident* illum. Vide et 1 Sam. XXIV, 13. 2 Sam. III, 12. ἰδοὺ ἡ χείρ μου μετά σου, ecce *potentia* tibi auxilio erit. Vide et 1 Sam. XXII, 2. 2 Sam. XIV, 19. μὴ ἡ χεὶρ Ἰωὰβ ἐν παντὶ τούτῳ μετά σου, h. e. nonne Ioabus omnem hanc rem tibi *suggessit?* 2 Sam. XV, 2. ἔστη ἀνὰ χεῖρα τῆς ὁδοῦ τῆς πύλης, stabat ad manum viae, h. e. *ad viam* portae. Conf. Exod. II, 5. Num. XIII, 30. Ierem. XLVI, 6. ubi עַל יָד redditur παρά. 2 Sam. XIX, 43. δέκα χεῖρές μοι ἐν τῷ βασιλεῖ, decem *partes* mihi in rege. Vide et 2 Sam. XI, 7. et conf. Nehem. XI, 1. Ezech. XLVIII, 1. ubi יָד per μέρος exponitur. Sic et apud *Hesychium* χεὶρ inter alia exponitur per μέρος. 1 Sam. VII, 31. χεῖρες ἐν τοῖς τρόχοις, *axes* in

rotis. Vide et v. 32. 34. 35. 1 Par. IV, 10. καὶ ἡ χείρ σου ἦν μετ' ἐμοῦ, h. e. *potentia* tua mihi fueris auxilio. 2 Par. XXXIV, 14. liber legis Domini διὰ χειρὸς Μωϋσῆ, sc. διδομένου, *ministerio* Mosis datae. Vide et 2 Par. XXXV, 6. Esdr. VII, 5. ὅτι χεὶρ κυρίου θεοῦ αὐτοῦ ἦν ἐπ' αὐτὸν, ubi χεὶρ θεοῦ *favorem* et *auxilium Dei* significat. Vide et v. 8. Esdr. VIII, 18. 22. 30. Esdr. VII, 25. ὡς ἡ σοφία τοῦ θεοῦ ἐν χειρί σου, prouti sapientia a Deo tibi data est. Conf. v. σεαυτῷ. Iob. XXXI, 27. εἰ δὲ χεῖρά μου ἐπιθεὶς ἐπὶ στόματί μου ἐφίλησα. Gestus adorantis. Confer *Lucian. de saltatione* p. 652. Nehem. III, 4. 7. 8. ἐπὶ χεῖρα αὐτῶν, *iuxta* illos. Ps. XXX, 6. εἰς χεῖράς σου παραθήσομαι τὸ πνεῦμά μου, in manus tuas tradam spiritum meum. Ad quem locum respiciens *Suidas* χεῖρας θεοῦ interpretatur τὴν τοῦ θεοῦ προμήθειαν. Verba autem ex Psalmo adducens pro παραθήσομαι habet παρατίθημι. Idem: χείρ, ἡ βοήθεια, καὶ ἡ ἐξουσία καὶ ἡ δύναμις. Psalm. XXXVII, 2. ἐπεστήριξας ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. *Zonaras Lex.* 797. ἐπ' ἐμὲ τὴν χεῖρά σου. ἀπὸ μεταφορᾶς τῶν αἰκιζομένων. ὁρῶν τὴν χεῖρά σου κειμένην καὶ λίαν μαστιγοῦσαν. Prov. XVIII, 21. θάνατος καὶ ζωὴ ἐν χειρὶ γλώσσης, mors et vita in *usu* aut potestate linguae. Ezech. I, 3. ἐγένετο ἐπ' ἐμὲ χεὶρ κυρίου, veniebat super me *virtus* Domini. Vide et Ezech. III, 14. Zach. IV, 14. quid duo rami olearum οἱ ἐν ταῖς χερσὶ τῶν δύο μυξητήρων, qui in *medio* duorum tuborum? — יַדּוֹת *infin. Pih.* a יָדָה, *deiicere.* Zach. I, 21. Legerunt יָדוֹת, *manus.* — יוֹם, *dies.* Iob. XXIII, 2. Forte legerunt יָד. — *יָרֵךְ, *femur.* Ezech. XXI, 12. Legerunt יָדָךְ. — כַּף, in duali כַּפַּיִם, et in plur. כַּפּוֹת, *vola, manus.* Gen. XX, 5. XL, 21. Exod. IV, 4. Ps. XC, 12. Ad posteriorem locum respiciens *Suidas* ex *Theodoreto*, ut observat *Küsterus*, ita: ἐπὶ χειρῶν ἀροῦσί σε ἀντὶ τοῦ χειραγωγήσουσιν, ποδηγήσουσιν, ὑπερείσουσι ἀσθενοῦντα, παντοδαπὴν ἐπικουρίαν προσοίσουσιν. Idem quoque legitur apud *Zonaram Lex.* col. 806. Ps. CXVIII, 108. et alibi saepius. — כָּנָף, *ala, ora.* Ierem. II, 34. XLVIII, 40. Utrobique pro כָּנָף legerunt כַּף. — כַּתֵף, *humerus, latus.* Ezech. XXIX, 7. Legerunt בְּכַפֶּיךָ. — מַטֶּה, *baculus.* Exod. IX, 24. τὴν χεῖρα, manum baculum tenentem. — מָרוֹם, *altum.* Ies. XXIV, 21. Ita *Bielius.* Sed ibi verba ἐπάξει τὴν χεῖρα potius respondent verbo יִפְקֹד, *visitabit*, h. e. *puniet, malis afficiet.* — מִכְתָּב, *scriptum.* 2 Par. XXXV, 4. κατὰ τὴν γραφὴν Δαυὶδ, καὶ διὰ χειρὸς Σολομῶν, iuxta scripturam Davidis, ac *descriptionem manu* Salomonis factam. Quod in alia versione sec. ed. *Compl.* καὶ κατὰ τὴν ἀπογραφὴν Σολομῶν exponitur. Conf. *Salmas. de modo usur.* p. 592. Similiter Sir. XLVIII, 23. ἐλυτρώσατο αὐτοὺς ἐν χειρὶ Ἡσαΐου, liberavit illos secundum *prophetiam manu Iesaiae scriptam.* Vide et Sir. XLIX, 7. ac *Burmannum* ad *Petron. Satyr.* p. 530.

- נֶפֶשׁ, *anima*. Ps. XL, 7. Prov. XIII, 4. In priore loco pro χεῖρας olim fuit ψυχὰς, ut *Ambrosius* observat. - נֶשֶׁק, *armatura*. Iob. XX, 24. οὐ μὴ σωθῇ ἐκ χειρὸς σιδήρου, non servetur ex manu, h. e. *a vi* ferri. - *עֵת, *tempus*. Ezech. XXXV, 5. ubi legendum videtur ἐν καιρῷ ἐθνῶν. - פֶּה, *os*. Prov, X, 12. ubi tamen *Grabio Proleg. in LXX Iutt.* T. IV. c. 4. §. 3. pro χειρὶ (quod tamen agnoscit quoque versio arabica) legendum videtur χείλει. Non sine ratione. Provocat praeterea ad XII, 14. et XXXI, 31. ubi exempla permutatorum χειρῶν et χειλέων obvia sunt. Idem valet de loco Prov. XXVI, 9. - פָּנִים plur. *facies*. Deut. II, 36. VII, 2. 2 Par. VI, 36. - פְּעָמִים plur. *pedes*. Ps. LVII, 10. τὰς χεῖρας αὐτοῦ νίψεται ἐν τῷ αἵματι ἁμαρτωλοῦ. Pro lubitu ita verterunt aut potius substituerunt aliam phrasin usitatiorem. Nam *pedes lavare in sanguine* et *manus lavare in sanguine* quoad sensum non differunt: utrumque notat *delectari morte et interitu alicuius*, aut *morte cruenta aliquem afficere*. Alii statuunt, eos legisse כַּפָּיו. Idem valet de loco Ps. LXXIII, 4. - קִיא, *vomitus*. Ierem. XLVIII, 26. ἐπικρούσει μωὰβ ἐν χειρὶ αὐτοῦ. Videntur mihi h. l. ex coniectura s. ignorantia ita transtulisse. - שַׂכִּין, *culter*. Prov. XXIII, 2. Liberius interpretati sunt שַׂכִּין de *cultro coquinario* intellegentes. Vide ad h. l. *Iaegerum*. - שֹׁעַל, *pugillus*. Ies. XL, 12. - תָּו, *signum*. Iob. XXXI, 36. ubi χεὶρ *signum* notat, ut Ezech. XXI, 18., ad quem locum vide *Cappelli nott. critt.* p. 551. Praeterea legitur apud *Symmachum* Ps. XCIX, 3. ubi nempe loco νομῆς reponendum erit χειρὸς, nam, ut mihi quidem videtur, ordo verborum ibi est perturbatus. Conf. supra s. νομή. Est autem λαὸς χειρὸς *populus, quem manu sua duxit*. Esth. XIV, 8. ἔθηκαν τὰς χεῖρας αὐτῶν ἐπὶ τὰς χεῖρας τῶν εἰδώλων αὐτῶν, posuerunt manus suas super manus idolorum suorum, h. e. interprete *Baduello*: *promiserunt fidemque dederunt* aut *iuraverunt*. Sir. XIV, 25. κατὰ χεῖρας αὐτῆς, ad *latus* illius, seu: *prope eam*, h. e. qui se totum dedit sapientiae. Sir. XV, 14. ἐν χειρὶ διαβουλίου αὐτοῦ, *libertate* voluntatis et consilii: ubi χεὶρ *arbitrium* et *potestatem* notat, coll. Iob. I, 12. II, 6. Gen. XVI, 6. Sic et nos dicere solemus: *in seiner Hand haben*. Sap. XIII, 19. χειρῶν ἐπιτυχία, felix et prosper *negotiorum* eventus, aut, uti *Vulgatus* expressit, *omnium rerum eventus*. Sic כַּף de *laboribus*, *qui manu perficiuntur*, dicitur Prov. XXXI, 16. et יָד Prov. XII, 14. coll. Ps. LXII, 13. Vide quoque *Coran. Sur.* III, 1. et ibi *Gelal*, ac *Lex. N. T. s. h. v.* Sir. V, 15. ἡ χεὶρ σου ἔστω ἐπὶ τῷ στόματί σου, *digito compesce labellum*, ut cum *Iuvenali* (I, 160.) loquar, *silentium tibi indicito*. Sirac. XXV, 34. εἰ μὴ πορεύηται (sc. ἡ γυνὴ) κατὰ τὴν χεῖρά σου, h. e. uxorem immorigeram *voluntati* tuae, coll. vers. arab. et VII, 28. Ib. XLVI, 5. ἐν

χειρὶ (h. e. secundum *arbitrium* s. *beneplacitum*) θεοῦ ἀνεπόδησεν ὁ ἥλιος. Vide quoque Act. IV, 21. 1 Petr. V, 6. coll. v. 7. Sir. XLVIII, 23. ἐν χειρὶ ἠσαΐου, uti *per Iesaiam iis praedixerat.* Sic χεὶρ de *scriptura, quae manu fit*, legitur 1 Cor. XVI, 21. Col. IV, 28. Sir. XLIX, 8. ἐν χειρὶ ἱερεμίου, ita ut fidem faceret *oraculis* a Ieremia *editis.* Sir. XXXIII, 22. ubi ἐμβλέπειν εἰς χεῖράς τινος, tropo remoto, notat *pendere ab alicuius liberalitate, alicuius benevolentiam implorare.* Similis formula βλέπειν εἰς ἀλλοτρίαν τράπεζαν occurrit Sir. XL, 30. Sir. XXIX, 1. ὁ ἐπισχύων τῇ χειρὶ αὐτοῦ, *qui liberaliter dat et erogat*, quasi forti ac firma manu. *Tigurina* vertit: *cui multum in manu est.* Sic χεὶρ de *facultatibus* ac *re familiari* adhibetur apud *Baruch.* I, 6. coll. Levit. V, 7. Sir. VII, 30. ubi χεῖρα ἐκτείνειν est *promptum ac paratum esse ad liberalitatem exercendam*, quemadmodum e contrario χεὶρ συνεσταλμένη *avaro* et *tenaci* tribuitur. Sir. IV, 36. Conf. *Coran. Sur.* II, 246. et *Consess. Harir.* VI. p. 240. nec non *Spicil.* II. p. 184. Aliter formula ἐκτεῖναι χεῖρα ἐπί τινα adhibetur 1 Macc. XII, 39. ubi latino *manum iniicere* respondet et *bello aliquem aggredi, adoriri* notat. Sir. XXXIII, 25. ἄνες χεῖρας αὐτοῦ, *sin autem eum otiari permittas.* Sir. XXXVIII, 10. εὔθυνον χεῖρας, emenda *agendi rationem.* Baruch. I, 6. χεὶρ *opes et facultates* notare videtur, *quae manu acquiruntur.* Interdum facit periphrasin substantivi, quod cum eo coniunctum est, ita ut redundare videatur, v. c. Sir. IX, 19. tradet eum εἰς χεῖρας πτώσεως αὐτοῦ, *fato suo.* Ib. XV, 14. ἐν χειρὶ διαβουλίου αὐτοῦ, *arbitrio ipsius.* Sap. I, 12. ἔργοις χειρῶν ἡμῶν, operibus nostris, h. e. nostrae *vivendi rationi.* Sap. I, 16. ταῖς χερσὶ καὶ τοῖς λόγοις, lat. *dictis factisque.* Sap. XIII, 10. χειρὸς ἀρχαίας, antiqui *artificis.* Nonnunquam significat, *aliquid proximum, propinquum esse,* v. c. Tob. XI, 9. παρὰ χεῖρα, ad *manus* s. *paratum* habe. Sir. XIV, 25. κατὰ χεῖρας αὐτῆς, ei *proxime.* Additam. Esth. IV. βοήθησόν μοι, ὅτι κίνδυνός μου ἐν χειρί μου, periculum in manu mea est, h. e. *instat, premit.* *Polyb.* XV, 14, 8. ἅτε τῶν ἱππέων ἐν χερσὶν ὄντων, quum equites *cervicibus imminerent.* Sap. XIX, 3. ἔτι γὰρ ἐν χερσὶν ἔχοντες τὰ πένθη, quum adhuc *gravissime sentirent* calamitatem. Conf. *Hesiod.* ἔργ. v. 192. δίκη δ' ἐν χερσὶ καὶ αἰδὼς οὐκ ἔσται. Sap. IX, 16. τὰ χερσὶν, *praesentia.* Vide *Polyb. fragm. gr.* 47. *Dion. Cass.* l. 39. p. 207. ed. *Reim.* 2 Macc. IV, 40. κατήρξατο χειρῶν ἀδίκων, *hostilitatem movebat.* Conf. *Xenoph. Cyrop.* I, 5, 7. 4 Macc. VIII, 12. χεῖρας σιδηρᾶς, *manicas* ferreas, tormenti sc. genus. Conf. *Ant. Galloni Rom.* lib. *de SS. Martyr. cruciatibus* p. 156. sequ.

* *ἈΜΦΟΤΕ'ΡΩΝ ΧΕΙΡΩ͂Ν*, hebr. חָפְנַיִם. *Symm.* Cohel. IV, 6. *Vulg. quam plena utraque manus.* LXX δύο δρακῶν.

*'ΕΚ ΧΕΙΡΟ'Σ ΤΙ'ΝΟΣ. מַה, *quid. Inc.* 2 Sam. XIX, 28. ubi tota formula ἐκ χειρὸς τίνος ἔστι μοι ἔτι δικαιοσύνη mihi videtur habere hunc sensum: *a quo mihi iure expectanda est iustificatio, quam a rege, cuius auxilium imploro.*

*'ΕΠΑ'ΓΩ ΤΗ'Ν ΧΕΙ˜ΡΑ. Vide supra ad מִרוֹם. sub voce χείρ.

ΧΕΙΡΑΓΩΓΕ'Ω, *manu duco.* חָזַק יַד, *teneo manum.* *'Al.* Iud. XVI, 7. χειραγωγοῦντα. Ib. v. 26. *Hesych.* χειραγωγῶ, τῇ χειρὶ ἄγω.

ΧΕΙΡΙΔΩΤΟ'Σ, *manicatus, ad manus usque pertingens* aut *manicas habens*, a χειρὶς, *manica.* פַּסִּים plur. *frusta. Symm.* Gen. XXXVII, 3. (ubi vid. *Montf.*) et 2 Sam. XIII, 18. χιτὼν χειριδωτὸς, *tunica ad manus usque pertingens.* Conf. *Philostrat. Icon.* lib. I. c. 28. p. 804. *Suidas:* χειριδωτὸς, ὁ χειρωτὸς, καὶ χειριδωτὸς χιτὼν, ὁ χειρίδας ἔχων. *Gellius N. A.* lib. VII. c. 12. *Tunicis uti virum prolixis ultra brachia et usque in primores manus ac prope in digitos, Romae atque omnino in Latio indecorum fuit: eas tunicas Graeco vocabulo nostri chiridotas appellaverunt.* Vide quoque *Salmasium* ad *Tertullianum de pallio* p. 99.

*ΧΕΙΡΙ'ΖΩ, *manu aliquid tracto,* it. *administro, guberno. Addit. Esther.* XVI, 4. τῶν πιστευθέντων χειρίζειν φίλων τὰ πράγματα, quorum officium est *gubernare et administrare* res amicorum. *Hesych.* χειρίζειν, διοικεῖν. Hinc χειριστὴς, *dispensator, oeconomus,* apud *Cyrilli Alex. Ep. ad Domnum,* et διαχειρίζω, *administro,* apud *Xenoph. Hist. Gr.* VII, 4, 34. *Philoxen. Gloss.* χειρίζω, *gero, tracto.*

*ΧΕΙ'ΡΙΣΤΟΣ, *deterrimus.* Χείριστα, *pessime,* et comparative, *gravius.* 2 Macc. V, 23. χείριστα τῶν ἄλλων, gravius quam caeteri. *Etym. M.* 810, 29. χείριστα, κάκιστα, ἀπὸ τοῦ χείρων χείριστος ὑπε ϑετικὸν κ. τ. λ. *Philoxen. Gloss.* χείριστος, *deterior, pessimus.*

ΧΕΙΡΟ'ΓΡΑΦΟΝ, *chirographum, cautio, quae datur creditori a debitore, qua fatetur se accepisse, et promittit se redditurum, manu ipsius propria.* Tob. V, 3. IX, 3. *Hesych.* χειρόγραφον, συμβόλαιον, γραμματεῖον. Plenius *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χειρόγραφον, συμβόλαιον, γραμματεῖον χρέους ὁμολογητικόν. Conf. *Salmasium de mod. usur.* p. 392.

ΧΕΙΡΟΝΟΜΙ'Α, *pugilatio.* 3 Macc. I, 5. οὕτω συνέβη τοὺς ἀντιπάλους ἐν χειρονομίαις διαφθαρῆναι, sic accidebat, ut in hac quasi lucta adversarii *pugilationibus* perirent. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χειρονομία, κίνησις, γυμνασία χειρῶν. *Suidae* χειρονομεῖν est πυκτεύειν. *Grotius* ad *Macc.* l. l. putat scriptum fuisse κρεωνομίαις, h. e. *frustillatim discerpi.* Confer supra s. v. κρεωνομέω. *Bretschneiderus* dubitat, an χειρονομία significet *pugilationem,* cum potius χειρομαχία scribendum fuisse videatur, ac χειρονομία sit *manuum certa*

cum lege motus, dicaturque de pantomimis. Coniicit igitur legendum esse χειροτονία, *manuum consertio*. Alii partim h. l. partim c. V. 14. ἐν χειρῶν νόμοις aut certe νόμῳ recipiendum esse statuunt.

ΧΕΙΡΟΌΟΜΑΙ, *manum iniicio, occido, interficio, mihi subiicio, subigo.* עוֹרֵר Pih. ab עוּר, *excito*. Iob. III, 8. ὁ μέλλων τὸ μέγα κῆτος χειρώσασθαι, qui vult magnum cetum *occidere*. Hebr. עוֹרֵר notat h. l. *excitare vulneribus inflictis*, adeoque ex adiuncto *necare, trucidare. Hesych.* χειρώσασθαι, ὑποτάξαι, φονεῦσαι. Sic *Aelianus V. H.* IV, 5. ἐχειρώσατο λέοντα. – קָטַל, *occido*. Iob. XIII, 15. Coniectura *Cappelli Crit. S.* p. 271. χειρώσεται in διαχειρίσηται mutantis facile supersedere possumus. – רָדָה, *dominor. Symm.* Gen. I, 28. χειροῦσθε, *subigite*. – שָׁלַח יָד, *mitto manum*. Iob. XXX, 24. Videntur formulam hebr. accepisse pro *interficere*, quemadmodum Latini dicunt *manum adferre* seu *inferre*. Vide quoque 2 Macc. IV, 34. 42.

ΧΕΙΡΟΠΕ'ΔΑΙ, *manuum vincula, manicae, compedes.* אזקים plur. א quiescit. Ierem. XLI, 4. – זִקִּין plur. Iob. XXXVI, 8. Ies. XLV, 14. – כֶּבֶל. Ps. CXLIX, 8. Vide et Sir. XXI, 21. ὡς χειροπέδαι, aeque exosa est et molesta ac *manicae*. Adde Dan. IV, 15. sec. *Chis.*

ΧΕΙΡΟΠΟΙΗΤΟ'Σ, *manu factus.* אֱלֹהִים plur. *dii gentilium, idola.* Ies. XXI, 9. τὰ χειροποιητὰ αὐτῆς, sc. εἴδωλα, idola eius manu facta. Conf. Drac. v. 6. ubi εἴδωλα additur. – אֱלִילִים plur. *idola*. Lev. XXVI, 1. Ies. II, 18. X, 11. et alibi. – מִקְדָּשׁ, *sanctuarium*. Ies. XVI, 12. Quia sermo ibi est de Moabitis, ac ut ambiguitatem vocis hebr. tolleret, scripsit: εἰς τὰ χειροποιητὰ αὐτῆς. Iudith. VIII, 17. οἵ προσκυνοῦσι θεοῖς χειροποιητοῖς. Sap. XIV, 8. τὸ χειροποιητόν. *Vulg.* bene: *per manus autem quod fit idolum.*

ΞΥ'ΛΙΝΑ ΧΕΙΡΟΠΟΙΗΤΑ', sc. Ε'ΙΔΩΛΑ, *idola lignea manu facta.* חַמָּנִים plur. *subdiales statuae.* Lev. XXVI, 30.

ΧΕΙΡΟΤΟΝΙ'Α, *extensio seu protensio manus.* שְׁלֹחַ אֶצְבַּע infin. *emittere digitum*. Ies. LVIII, 9. *Aqu. Symm. Theod.* δάκτυλον ἐκτεταμένον. *Grotius* haec verba interpretatur: *Si desieris* infami digito, *ut Persius* (II, 33.) *loquitur, denotare viros probos, et eorum simplicitati illudere.*

ΧΕΙ'ΡΩΝ, compar. a κακὸς, *peior.* *רַע, *malus. Symm.* Levit. XXVII, 10. ex *Hesychio*, qui habet *deteriori. Inc.* 2 Sam. XIX, 7. Vide quoque Sap. XV, 18.

ΧΕΙ'ΡΙΣΤΟΣ, superlat. *pessimus.* 2 Macc. V, 23. IX, 28.

ΧΕΙΡΙ'ΣΤΩΣ, *pessime.* 2 Macc. VII, 39.

ΧΕΛΒΩ'Ν, nomen proprium loci in Syria, ubi optimum vinum crevit. חֶלְבּוֹן. Ezech. XXVII, 18. οἶνος ἐκ χελβὼν, vinum ex Chelbon. Graecis dicitur οἶνος χαλυβώνιος. Unde *Hesych.* χαλυβώνιος, εἶδος οἴνου ἀπὸ τόπου τινὸς τῆς

Συρίας. Conf. *Casaubonum* in *Athen.* p. 66. *Bochartum Hieroz.* P. I. lib. II. c. 45. p. 485. *Brissonium* de *regno Pers.* lib. I. §. 83. p. 129. ubi vid. *Lederlin.* et *Bergleri* not. in *Alciphr. Epist.* p. 76.

ΧΕΛΙΔΩ'Ν, *hirundo.* סוס, *grus*, it. *equus.* Ierem. VIII, 7. Legerunt סיס – סוס עגור, *grus hirundo.* Ies. XXXVIII, 14. Vide quoque Ep. Ier. v. 19.

ΧΕΛΥ'ΝΙΟΝ, *labium.* Vide mox in v. χελώνιον. *Hesych.* χελύνιον, χελώνιον. Scribitur etiam χελύνειον. *Hippocrat. Epp.* p. 1289. 16. Nonnullis χελύνιον videtur esse *humeri summa ac gibbosa pars, quae cum brachio dextro coniuncta verti potest: armus dexter anterior.*

ΧΕΛΩ'ΝΗ, *testudo.* Vide in voce χολῶναι. Quibus nunc addo: *Testudines* quoque *Arabs* vertit Hos. XII, 12. sed h. l. *ipsae glebae in sulcis agrorum*, ex sententia *Bahrdtii.* גלים sunt propr. θῖνες, *tumuli ex arena congesti, qui similitudinem habent magnarum testudinum in deserto agro, vel in ripis atque litoribus paululum humo eminentibus.* Conf. quoque *Tychsenii* notas ad *Physiologum Syrum* p. 167. sequ.

ΧΕΛΩ'ΝΙΟΝ, proprie *tegumentum testudinis*, deinde *labium*, i. q. χεῖλος. לַח, *vigor, viriditas.* Deut. XXXIV, 7. οὐδὲ ἐφθάρησαν τὰ χελώνια (*Alex.* et *Compl.* χελύνια) αὐτοῦ, neque corrupta sunt *labia* eius. Deduxerunt a לְחִי *gena, maxilla.* Conf. *Bocharti Hieroz.* P. I. lib. II. c. 45. p. 506. *Syrus* habet: *non rugas contraxerunt genae eius.*

ΧΕΛΩΝΙ'Σ, *limen ostii.* Iudith. XIV, 15. εὗρεν αὐτὸν ἐπὶ τῆς χελωνίδος ἐῤῥιμμένον, invenit illum ad *limen ianuae* proiectum. *Hesych.* χελωνίδος, οὐδὸς (*Suidas* habet ὁδοῦ, sed scribendum utrobique οὐδοῦ) τῆς θύρας τῆς σκηνῆς. Vid. *Hemsterhus.* ad *Aristoph. Plut.* p. 61. Alii χελωνίδα intellegunt de *scabello, quo in lectum ascenderat.* Certe apud *Hesychium* χελώνη exponitur τὸ ὑποπόδιον. *Sextus Empir. adv. Mathem.* I. §. 246. τὸ ὑφ' ἡμῶν καλούμενον ὑποπόδιον Ἀθηναῖοι καὶ Κῶοι χελωνίδα καλοῦσιν. *Zonaras Lex.* 1848. χελωνίδος, τῆς βαθμίδος. Vide quoque *Bochartum Hieroz.* P. I. lib. IV. c. 8. p. 1092.

ΧΕΡΕ'Θ. Hebr. חֲנֻיוֹת plur. *cellulae, mansiunculae, locus, ubi manebant detenti.* Ierem. XXXVII, 15. εἰς τὴν χερὲθ, pro quo tamen legendum videtur χενέθ. Ita *Bielius.* Fortasse tamen est ipsa vox hebr. חֶרֶת, *spelunca.*

*ΧΕΡΜΑΔΙΕ'Ω, *lapidibus obruo.* רָגַם, *iacio lapides, lapido. Aqu.* sec. cod. 108. *Holm.* χερμαδιοῦσιν. Ditanda sunt hac voce Lexica graeca. Descendit a χερμάδιον, *lapis missilis, qui quasi manu capi potest. Zonaras Lex.* col. 1850. χερμάδιον, ὁ χειροπληθὴς λίθος, παρὰ τὸ τὴν χεῖρα πληροῦν. [χεράδιον, καὶ πλεονασμῷ τοῦ μ χερμάδιον.]

ΟΥ̓ ΧΕΡΟΚΕ'ΝΩΣ, *non vacuis manibus, non sine munere.* בְּלֹא לֵב וָלֵב, *in non corde et corde,* h. e. *integro corde.* 1 Par. XII, 33.

ΧΕΡΟΥ'Β, et in plur. χερουβεῖμ, βὶμ, βεῖν, βεὶν et βίν. Ipsa vox hebr. כְּרוּב: כְּרוּבִים et כְּרֻבִים. Gen. III, 24. Exod. XXXVI, 7. XXXVII, 8. 1 Sam. IV, 4. et alibi. *Lex. Cyrilli MS. Baroc.* χερουβὶμ, πλῆθος γνώσεως, ἢ σοφίας χύσις. Ita et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* nisi quod pro χερουβὶμ habeat χερουβῖμ. *Fragm.* I. *Lex. Orig.* p. 114. in fin. χερουβὶμ, ἐπίγνωσις πληθυμένη, ἢ πτέρυγες, ἢ χύσις σοφίας. Ἐπίγνωσις πληθυμένη interpretatur etiam *Cod. MS. Coislin.* et ἐπίγνωσις πεπληθυμένη *MS. Basil. in Ezech.* X, 7. ἐπίγνωσιν πολλὴν *Clemens Alex. Strom.* V. p. 240. sive 667. ed. *Potteri*, πλῆθος γνώσεως *Dionys. Areop. de coelest. Hierarch.* c. 7. p. 96. Derivarunt vocem a נָכַר, *agnovit*, et רַב, *multus.* Porro in πτέρυγες respici videtur ad formam Cherubinorum. Conf. *Alberti* not. ad *Gloss. Gr. in N. T.* p. 47. Dici autem videntur τὰ χερουβὶμ pro τὰ εἴδωλα, vel ἀγάλματα, vel etiam πνεύματα τῶν χερουβὶμ, quemadmodum Ies. VI, 6. ἓν τῶν Σεραφὶμ procul dubio dicitur pro ἓν πνεῦμα τῶν Σεραφίμ. Conf. *Ramiresium de Prado Pentecont.* cap. VI. p. 41. *Drusium Obs.* X, 21. et *Lex. N. T.* s. h. v.

ΧΕΡΣΑΙ͂ΟΣ, *terrestris, incultus.* Vide alibi κροκόδειλος χερσαῖος. Eadem vox *aquatili* opposita legitur quoque Sap. XIX, 19.

ΧΕΡΣΟ'ΟΜΑΙ, *desertus incultusque iaceo, desolor, devastor,* a χερσόω, *desolo, efficio, ut terra sit deserta et inculta.* מַאְפֵּלְיָה, *caligo maxima.* Ierem. II, 31. μὴ ἔρημος ἐγενήθην τῷ Ἰσραὴλ, ἢ γῆ κεχερσωμένη; num desertum factus sum Israeli, aut terra *desolata?* Terra lucis sole destituta est inculta ac deserta. Praeterea arab. افل notat *consumi decremento et tabe continua, ex hausto omni succo et vigore.* — סָבַךְ, *implexus sum.* Nahum. I, 10. ἕως θεμελίου αὐτοῦ χερσωθήσεται, usque ad fundamentum suum *evastabitur.* Videntur legisse כְּסָחִים a כָּסַח, *exstirpare.* Ies. XXXIII, 12. Fortasse autem סָבַךְ in notione *destruendi, vastandi* acceperunt. — עָלָה קִמְּשׂוֹנִים, *ascendo carduis.* Prov. XXIV, 31. Sap. XIV, 19. ἕως ἐσχάτου χερσωθήσονται, funditus *desolabuntur. Hesych.* χερσωθήσονται, ἐρημωθήσονται.

ΧΕ'ΡΣΟΣ, *terra desolata, terra inculta, sterilis, solitudo.* Est proprie adiectivum, ad quod, si substantive sumitur, subintellegitur τόπος vel γῆ. Sic apud *Homerum Il.* δ, 425. χέρσος γῆ. יַבָּשָׁה, *arida. Aqu.* Exod. XIV, 16. 21. — נָזִיר, *separatus. Samarit. Int.* Lev. XXV, 5. τῶν χέρσων σου. Sed hic vox χέρσων *Montfauconio Lex. in Hexapl. Orig.* non vacat suspicione. Nonnullis χριστῶν reponere placuit.

Equidem receptam lectionem teneo. *Χέρσοι* sunt *agri inculti* ac Lev. l. l. de *terra separata* s. *requieta* sermo est. – שָׁמִיר, *sentis*. Ies. V, 6. *ἀναβήσεται εἰς αὐτὸν ὡς εἰς χέρσον ἄκανθα*, crescet in illo, tanquam in *terra desolata*, spina. Vide et Ies. VII, 23. 24. 25. – תֶּלֶם, *porca*. Hos. X, 4. (ubi pro *ἐπὶ χέρσον ἀγροῦ* lege: *ἐπὶ χέρσου ἀγροῦ*, h. e. *in agro inculto*. Lectio *ἐρήμου* iuvat hanc coniecturam.) XII, 11. Sap. X, 7. de Pentapoleos incolis: *οἷς ἐπὶ μαρτύριον τῆς πονηρίας καθέστηκε χέρσος*, quibus in testimonium malitiae fumans permanet et *sterilis terra*, collato *Philone de Abrahamo* T. II. p. 21. *Mang. Hesych. χέρσος*, *ἡ ἔρημος γῆ*, *καὶ τραχεῖα*, *καὶ πᾶσα γῆ ἄκαρπος καὶ ἀνέργαστος*.

ΧΕΤΤΙΙ'Μ pro hebr. בָּתִּים, *domus*, *delubra*. 2 Reg. XXIII, 7. ubi legisse videntur כתיים. Unde corrupte in *Gloss. in lib. IV. Reg. χιτῶν*, *στολάς*. Etiam al. et *Al. ἐνδύματα* vocem hebr. interpretantur.

ΧΕΥ'ΜΑ, *effusio*, etiam *quod fusum*, *effusum aut diffusum fluit*. דָּגָן, *frumentum*. *Aqu.* Deut. VII, 13. Nititur haec lectio auctoritate *Hieronymi*. Vide ad h. l. *Montfauc.* p. 695. Si lectio sana est, respexit *Aquila* notionem *copiae* et *multitudinis*, quam habet arab. نجا.

ΧΕΦΟΥΡΟΙ'. Ipsa vox hebr. כְּפוֹרֵי, in statu constr. plur. *crateres*. Esdr. I, 10. *Al.* ibi *χεφουρὲς*, al. *χεφοροὶ*, al. *χεφωρῆ*. Conf. v. *κεφουρέ*.

ΧΕ'Ω, *fundo*, *profundo*, *effundo*, et *χέομαι*, *effundor*, *fluo*. *הִרְבָּה, *multiplicare facio*. *Theod.* Ierem. XXX, 19. So. *χέω*, ut omnia similia vocabula, notionem *multitudinis* et *copiae* adiunctam habent. Vide *Vechneri Hellenolex.* II, 4. p. 470. *Aqu.* sec. *Procop.* in *Cat. Nic.* Exod. I, 8. *ἐχέοντο*. – הֵרִיק Hiph. a רִיק, *evacuo*. Mal. III, 10. *χέω τὴν εὐλογίαν μου ὑμῖν*, *effundam* benedictionem meam in vos. – זִקֵּק Pih. *defaeco*. Mal. III, 3. *χεεῖ αὐτοὺς ὡς τὸ χρυσίον*, *fundet* illos tanquam aurum. Fusione sc. aurum defaecatur, h. e. purgatur a scoriis. – יָצַק. Iob. XXIX, 6. *τὰ δὲ ὄρη μου ἐχέοντο γάλακτι*, montes autem mei *fluebant* lacte, h. e. *abundabant* laetis ac fertilibus pascuis. Conf. v. *ῥέω*. – נָתַךְ. Ierem. VII, 19. *ὀργὴ καὶ θυμός μου χεῖται ἐπὶ τὸν τόπον τοῦτον*, ira et excandescentia *effunditur* in hunc locum. – רָחַץ, *lavo*. Iob. XXIX, 6. *ἐχέοντο αἱ ὁδοί μου βουτύρῳ*, *fluebant* viae meae butyro. – *שָׁרַץ, *produco me*, *nascor in multitudine*. *Aquilae* sec. *Theodoretum* et *Procopium* in *Catena Nicephori* p. 553. pro *ἐξήρπυσαν* tribuitur *ἐχέοντο*, quod videtur positum esse ex altera *Aquilae* editione. Sir. XLIII, 23. *πάχνην ὡς ἅλα ἐπὶ γῆς χέει*, pruinam sicut salem super terram *effundet* aut *disperget*, coll. *Homer. Il. ζ*, 147.

ΧΗΛΗ', *ungula bisulca et bipartita instar forficis cancri.* פַּרְסָה, idem. Lev. XI, 3. Deut. XIV, 6. *Hesych.* χηλὴ, ὁπλὴ, ὄνυξ βοὸς, γνάθος. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* et *Suidas:* χηλὴ, ὁπλὴ, ὄνυξ βοὸς, καὶ προβάτου καὶ αἰγός.

ΧΗ'ΡΑ, sc. γυνὴ, *vidua.* אֶבְיוֹן, *egenus.* Ierem. V, 28. κρίσιν χήρας. Speciem pro genere posuerunt. - אַלְמָנָה. Gen. XXXVIII, 11. Exod. XXII, 22. 24. et alibi saepius. Additur passim γυνή. Vide 2 Sam. XIV, 5. 1 Reg. VII, 14. XI, 46. Sic et γυναιξὶ χήραις plene dixisse *Dionem Cassium* XLI. 175. observat *L. Bos. Ellips. gr.* p. 44. Conf. et *Elsnerum* ad Luc. IV, 26. p. 199. - אַלְמְנוּת, *viduitas.* 2 Sam. XX, 3. - גַּלְמוּדָה, foem. *solitaria.* Ies. XLIX, 21. - *צַיִד, *venatio, fera venando capta, cibarium.* Ps. CXXXII, 15. sec. cod. *Alex.*, *Hilarium* et *Apollinarium* χήραν, quod *Grabius* mutavit in θήραν. Conf. *Hieronymi Quaest. in Genes.* XLV, 21. p. 102. T. IV. Opp. ed. *Froben.* et *Cappelli Crit. S.* p. 748. *Vulg. viduam.* Vide supra s. θήρα. *Hesych.* χήρα, ἡ μετὰ γάμον μὴ συνοικοῦσα ἀνδρὶ, ἢ τὸν ἄνδρα στερηθεῖσα γυνή.

ΧΗΡΑ'ΖΩ, *viduo*, *vitam viduam ago.* חָבַל, *oppignero.* Iob. XXIV, 3. ubi tamen alii pro ἐχήρασαν rectius ἠνεχύρασαν habent, h. e. *pro pignore tulerunt.*

ΧΗΡΕΙ'Α, *viduitas*, *vita vidua.* אַלְמוֹן. Ies. XLVII, 9. - אַלְמְנוּת. Ies. LIV, 4. - *קָרְחָה, *calvitium. Hebr. Int.* et LXX sec. cod. *Vat.* Mich. I, 16. τὴν χηρείαν σου, ut signum pro signato positum videri possit. Sed Arabs habet نتف, *pilorum evulsio.* Suspicor illum κουρὰν, *tonsuram*, a κείρω, s. forte κουρείαν, a κουρεύω, *tondeo*, scriptum invenisse, et hanc veram LXX lectionem esse.

ΧΗ'ΡΕΥΣΙΣ, idem. אַלְמְנוּת. Gen. XXXVIII, 14. 19. Vide quoque Iudith. VIII, 5. et 6.

ΧΗΡΕ'ΥΩ et *ΧΗΡΕΥ'ΟΜΑΙ*, *viduam ago*, *vidua sum.* אַלְמָן, *viduatus.* Ierem. LI, 5. *Symm.* Ps. LXXVII, 64. - שְׁמָמָה, verbale foem. *desolata*, etiam *derelicta*, *solitaria.* 2 Sam. XIII, 20. χηρεύουσα sec. *Vat.*, h. e. *vitam solitariam agens. Iudith.* VIII, 4. ἦν χηρεύουσα, *tempus viduitatis sua traduxerat.*

ΧΘΕ'Σ, *heri*, i. q. ἐχθές. אֶמֶשׁ, *heri vesperi.* Gen. XIX, 34. XXXI, 29. 42. - תְּמוֹל. Gen. XXXI, 2. non erat facies eius, ὡσεὶ χθὲς καὶ τρίτην ἡμέραν, sicuti heri et nudius tertius, h. e. *ut antehac, superioribus temporibus.* Vide et Exod. IV, 10. V, 7. 14. Deut. IV, 42. Similiter profani locuti sunt. Vide *Alberti* ad Hebr. XI, 8. p. 443. et *Lex. N. T.* s. h. v.

ΧΘΙΖΟ'Σ, *hesternus.* תְּמוֹל, *heri.* Iob. VIII, 9. χθιζοὶ γάρ ἐσμεν, καὶ οὐκ οἴδαμεν, *hesterni* sumus, nec quidquam

scimus. Conf. ad h. l. quae ex *Herodoto* notat *Raphelius* p. 53. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χθιζοὶ, χθεσινοί.

ΧΘΩ'Ν, *terra*. אֲדָמָה, idem. 1 Reg. XIV, 15. *Aqu.* Gen. II, 6. III, 17. Ies. VII, 16. *Suidas:* χθὼν, γῆ.

ΧΙ'ΔΡΟΝ, *arista*, *spica novella*, *recens frumentum*, etiam *contusum*, *granum in crassiores particulas contusum*, aut *farina crassior*. גֶּרֶשׂ (שׂ pro ס), *contusum*. Lev. II, 16. Vide *Casaubonum* in *Athen.* lib. XIV. c. 15.

ΧΙ'ΔΡΑ ΝΕ'Α, *aristae recentes*, *spicae novellae*, *farra nova*. כַּרְמֶל, *spica virens*. Lev. XXIII, 14. πεφρυγμένα χίδρα νέα οὐ φάγεσθε, tostas *spicas recentes* non comedetis. — כַּרְמֶל et אָבִיב iunctim. Lev. II, 14. νέα πεφρυγμένα χίδρα ἐρικτὰ, novas tostas spicas contusas. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χίδρα ἐρικτὰ, ἐξ ὀσπρίων ἄλευρον. *Gloss.* in *Octat.* χίδρα, κοψώσιτον (forte legendum κοπτόμενον σῖτον. Conf. notata supra ex *Hesychio* in v. ἐρικτός.) λέγει. *Etymolog. ineditum:* χίδρα, στάχυες ἁπαλοῦ σίτου. ὁ νέος καρπὸς, ἢ ἄλευρον τὸ ἐξ ἁπαλῶν φρυκτῶν γενόμενον. *Hesych.* χίδρα, στάχυες νεογενεῖς, ἢ τὰ ἐξ ὀσπρίων ἄλευρα, ἢ σῖτος νέος φρυττόμενος, ἢ τὰ ὀσπριώδη σπέρματα. *Lex. Cyr. MS. Bar.* χίδρα, ἐρικτὰ (Legendum sine distinctione χίδρα ἐρικτά.) ἐκ κριθῆς νέας ἐρίσοντα (Forte legendum ἐρικόμενα vel κρινόμενα ex *Schol. Aristoph. Equit.* v. 803. et *Suida* v. χίδρα ἐρεικτά.), ὡς σεμίδαλιν, διὰ τοῦ ι. χεῖδρα δὲ στάχυς νεογενὴς, ἢ κρῆμνα, ἢ τὰ ἐξ ὀσπρίων ἄλευρα, διὰ διφθόγγου. Sed alii χεῖδρα nesciunt, et χίδρα eodem modo exponunt, quo hic χεῖδρα explicantur. Vide *Suidam* in v. χίδρα, et *Schol. Aristoph. Equit.* v. 803. Plura de χίδροις dabunt *Casaubonus* in *Athen.* lib. IX. c. 16. *Martini Lex. Philol.* s. v. *granea. Flam. Nobilius* et *Rosenmüllerus* ad Lev. II, 14. *Drusius* in *Fragm. Vet. Iutt. GG.* p. 172. et *Heynii Opuscula* T. I. p. 371.

ΧΙΛΙΑΡΧΙ'Α, *praefectura super mille*, *tribunatus militum* mille. אֲלָפִים, *millia*. Num. XXXI, 48. Vide et 1 Macc. V, 13. ubi *mille viros* notat, unde in Cod. *Alex.* vitiose χιλιάδαν legitur pro χιλιάδα.

ΧΙΛΙ'ΑΡΧΟΣ, *praefectus super mille*, *qui mille praeest*. אַלּוּף, *dux*. Zach. IX, 7. XII, 5. 6. — נָשִׂיא propr. *elatus super alios*. *Inc.* Ios. XXII, 30. — רָאשֵׁי אֲלָפִים, *caput millium*. Num. I, 16. *Inc.* Num. X, 4. — שַׂר אֶלֶף, *princeps mille*. 1 Sam. XVII, 18. XVIII, 13. — שָׂרֵי אֲלָפִים, *princeps millium*. Exod. XVIII, 21. 25. Deut. I, 15. et alibi saepius. *Hesych.* χιλίαρχος, χιλίων ἄρχων.

ΧΙΛΙΑ'Σ, in plur. χιλιάδες, *millenarius numerus*, *mille*, *millia*, it. *permulti*, *quam plurimi*. אֶלֶף: אֲלָפִים. Gen. XXIV, 60. Exod. XII, 37. et alibi saepius. Exod. XX, 6. ποιῶν ἔλεος εἰς χιλιάδας τοῖς ἀγαπῶσί με, faciens benignitatem in millia illis, qui diligunt me, h. e. in *quam plurimas gene-*

rationes illorum, qui diligunt me. Sic χίλιαι sunt *quam plurimae Aristophani* in *Vesp.* v. 705. εἰσὶν γε πόλεις χίλιαι, αἳ νῦν τὸν φόρον ἡμῖν ἀπάγουσι. ubi *Schol.* πόλεις χίλιαι ἀντὶ τοῦ πολλαί. Sic et ἑκατὸν profanis saepe dicitur pro *multis.* Vide *Eustathium* ad Il. α', p. 37. et quae ex *Pindari Scholiasta* affert *Alberti Obss. in N. T.* p. 369. sequ. In Vers. *Symm.* 2 Sam. XVIII, 3. pro χιλιάσιν vel χιλιάδες vel χιλιάδας scribendum erit, nisi ellipsin adiectivi ὅμοιος statuere velimus. *Vulg. quia tu unus pro decem millibus computaris.* – *אַלְפִים Chald. plur. (ים pro ין). Dan. VII, 10. Vide quoque supta s. v. χιλιαρχία.

ΧΙ'ΛΙΟΣ, *mille.* אֶלֶף. 2 Par. I, 6. ἀνήνεγκεν ἐπ' αὐτῷ ὁλοκαύτωσιν χιλίαν, obtulit in illo holocausta mille. Sic *Herodoto* χιλίη ἵππος sunt *mille equites.*

ΧΙ'ΛΙΟΙ, ΑΙ, Α, *mille.* אֶלֶף. Gen. XX, 16. Exod. XXXVIII, 25. Deut. VII, 9. et alibi saepius. – *אֲלַף: אֶלֶף: אַלְפָא chald. Dan. V, 1. (ubi *Vulgatus*, qui *aetatem* habet, loco χιλίων legit ἡλικιῶν, *aetatum.*) VII, 10. – *מִשְׁפָּתַיִם. Iud. II, 15. sec. *Alex.* ἐμμέσῳ χιλίων. Lege ἐν μέσῳ χειλέων, ut בֵּין הַשְּׂפָתַיִם legerint. – *שֵׁשׁ מֵאוֹת, *sexcenti.* 2 Paral. I, 17. sec. *Ald.* ἐν χιλίοις ἀργυρίου. Legendum ἐν χ' ἀργυρίου, h. e. 600 siclis. Cf. *Stanisl. Grseps. de Sicl. et Talent.* p. 92. qui χ' σίκλοις legere mavult.

ΧΙΛΙΟΠΛΑΣΙ'ΩΝ, *millies potior.* עֲשָׂרָה אֲלָפִים, *decem mille. Symm.* sec. cod. *Coisl.* 2 Sam. XVIII, 3. σὺ γὰρ χιλιοπλασίων ἡμῶν, tu enim millies potior es nobis.

ΧΙΛΙΟΠΛΑΣΙ'ΩΣ, *millies, pluries.* אֶלֶף פְּעָמִים, *mille vicibus.* Deut. I, 11.

ΧΙ'ΜΑΙΡΑ, *capra, capella.* שְׂעִירָה, *pilosa.* Lev. IV, 28. V, 6. χίμαιραν ἐξ αἰγῶν, *capellam.* Utrobique codd. nonnulli *Holm.* χίμαρον habent. *Gloss. in Octat.* χίμαιραν, περουνὴν (scribendum videtur περυσινὴν, *superioris anni*) αἶγα.

ΧΙ'ΜΑΡΟΣ et χίμαῤῥος, *hircus, hoedus hieme natus.* *נַחַל, *fluvius, torrens.* Mich. VI, 7. χιμάῤῥων. Legerunt רְחֵלֵי, si modo ipsa eorum lectio sana est, nec potius legendum χειμάῤῥων πίονος, *torrentium olei*, loco χιμάῤῥων πιόνων. – עַתּוּדִים plur. *Inc.* et LXX Ps. XLIX, 10. LXV, 14. – צְפִיר. 2 Par. XXIX, 21. Esdr. VI, 17. VIII, 34. – צִפּוֹר, *avis.* Nehem. V, 18. Hic legerunt צָפִיר. – שֶׂה, *pecus.* Deut. XIV, 4. – שָׂעִיר, *hirsutus.* Lev. IV, 23. 24. IX, 3. 15. et alibi saepe. *Suidas:* χίμαρος, ὁ τράγος, καὶ χίμαιρα, ἡ αἶξ. χείμαῤῥος δὲ ὁ ἐν τῷ χειμῶνι ῥέων ποταμός.

ΧΙΟΝΙ'ΖΟΜΑΙ, *nive dealbor, nivis instar splendesco.* הִשְׁלִיג Hiph. *nivesco, albesco. Symm.* Ps. LXVII, 15. χιονισθεῖσα.

ΧΙΟΝΙ'ΖΩ, *dealbo, niveo colore induo.* Vide infra s. v. χρονίζω.

ΧΙΟΝΟ'Ω, *nivibus obruo*, *nive operio*, *dealbo*, *niveo colore imbuo*. Passive *χιονόομαι*, *nivis instar albus fio*, *dealbor*. הִשְׁלִיג Hiph. Ps. LXVII, 15. *χιονωθήσονται ἐν Σελμὼν*, *nivis instar splendescent* in Selmon. Quorsum respiciens *Suidas χιονωθήσονται* interpretatur *ψυχρανθήσονται ἢ λαμπρυνθήσονται*. Vide illum in v. *χιόνος*. *Lex. Cyrilli MS. Bar.* *χιονωθήσονται*, *λαμπρυνθήσονται*, *λευκανθήσονται*. Similiter quoque exponitur apud *Hesych.* et in *Lex. Cyrilli MS. Brem.*

ΧΙΤΩ'Ν, *tunica*, *vestimentum interius*. בֶּגֶד, *vestis*. Exod. XXXV, 18. 1 Reg. XXI, 27. Ies. XXXVI, 22. – כְּתֹנֶת. Gen. XXXVII, 2. Lev. XVI, 4. 2 Sam. XIII, 18. et alibi. – *כֻּתֹּנֶת. Gen. XXXVII, 30. Lev. VIII, 7. X, 5. – כָּתְנוֹת plur. Gen. III, 21. Exod. XXXIX, 26. Esdr. II, 69. – מַד, *mensura*, it. *vestis*. Levit. VI, 10. – מְעִיל, *pallium*. Ies. LXI, 10. – *מַדְוֵי, *vestis*. *Aqu.* 2 Sam. X, 4. *Χιτῶνα vestimentum interius* denotare ostenderunt viri docti laudati a *Wolfio* ad Matth. V, 40. p. 108. Adde *Feithium Antiqu. Rom.* lib. III. c. 6. p. 252.

ΧΙΩ'Ν, *nix*. שֶׁלֶג. Exod. IV, 6. 1 Par. XI, 22. – חֲלַג *chald.* Dan. VII, 9.

ΧΛΑΙ˜ΝΑ, *laena*, *vestis lanea*, *quae tunicae inferiori superindui solebat*, *ut frigus a corpore arceret*, *hybernum vestimentum*. Vide *Intt.* ad *Antonin. Lib. Metam.* c. 23. ac *Pitisci Lexic. Antiqu. Rom.* s. v. *chlaena*. מַרְבַדִּים plur. *tapetes lectorum*, *lectisternia*. Prov. XXXI, 22. *δισσὰς χλαίνας ἐποίησε τῷ ἀνδρὶ αὐτῆς*, duplices *laenas* fecit marito suo. – עֲלִיצוּת, *exultatio*. Hab. III, 13. (Legisse hic videntur חֲלִיצוֹת, *exuviae*, *vestes*, aut potius עֲלִיצוּת contulerunt cum arabico غلظة vel غلاظة, *crassus pannus*, *crassities panni*.) *διανοίξουσι χλαίνας αὐτῶν*, aperient *laenas* suas. Sic enim pro *χαλινοὺς* legendum coniicit *L. Bos Proleg. in LXX Intt.* cap. 5., qui etiam Graecos hebr. חֲלִיצוֹת Iud. XIV, 19. vertisse *ἱμάτια* et *στολὰς* observat. *Hesych.* *χλαῖνα*, *χλαμὶς* (an *χλαμύς*? *G.*) *ἢ ἱμάτιον χειμερινὸν*, *ἀπὸ τοῦ χλιαίνειν*, *ὅ ἐστι θερμαίνειν*. *Suidas*: *χλαῖνα*, *τὸ παχὺ καὶ χειμερινὸν ἱμάτιον*, *παρὰ τὸ χλιαίνω*. *χιτὼν δὲ λεπτὸν ἱμάτιον*, *τὸ ὑποκάμισον*, *παρὰ τὸ ἐγχεῖσθαι τοῖς μέλεσιν*. *Χλαῖναν* vestem fuisse crassiorem, et ad arcendum frigus comparatam, et *Homerum* propterea *χλαίνας* vocasse *ἀνεμοσκοπίας* et *ἀλεξανέμους*, docet *Feithius Antiqu. Hom.* lib. III. c. 6. p. 233. Sicuti autem LXX vestimenta illa *χλαίνας δισσὰς* appellarunt, ita *Homerus* alias idem vestimenti genus *χλαῖναν διπλῆν* et *δίπλακα* vocat (Vide *Il. κ'*, v. 133. *Odyss. τ'*, 225.), illique opponit *ἁπλοΐδας χλαίνας*, *Il. ω'*, v. 230. et *Odyss. ω'*, 275. Unde *Pollux* lib. VII. c. 13. segm. 47. *εἰσὶ δὲ χλαῖναι*, *αἱ μὲν ἁπλοΐδες*, *αἱ δὲ διπλαῖ*. Alias vero Graeci laenas duplices etiam *διπλοΐδας*, *διπληγί-*

δας, διβόλους, et διπλᾶ ἱμάτια vocabant. Vide *Pollucem* l. c., *Hesychium* in *Διβόλους χλαίνας*, *Salmasium* ad *Tertullianum de pallio* p. 397. et notata supra in v. διπλοΐς. De eodem vestimenti genere *Festus*: *Laena vestimenti genus est habitus duplicis: quidam appellatam existimant thusce, quidam graece, quam χλαίνην dicunt.* Et *Varro* lib. IV. de l. latina: *laena, quod de lana multa. Duarum enim togarum instar, ut antiquissimum mulierum ricinium, sic hoc duplex virorum.* Fallitur autem hic, cum *laenam* a *lana* derivat. Nam procul dubio est a graeco χλαῖνα, et hoc a χλιαίνειν, *calefacere*, ortum traxisse, verisimile.

ΧΛΑΜΥ'Σ, *chlamys, vestis, quae tunicae superindui potest, et quidem fere militaris.* Conf. *Pitisci Lexicon Antiqu. Rom.* s. v. *chlamys.* מְעִיל. *Inc.* 1 Sam. XXIV, 5. 2 Macc. XII, 35. *Hesych.* χλαμὺς (Sic enim bene *Palmer.* pro χλαμὸς), χλαῖνα. *Etym. M.* χλαμὺς τὸ περιφερὲς καὶ κυκλοειδὲς, τὸ ἐν συνηθείᾳ λεγόμενον σάγον.

ΧΛΕΥΑ'ΖΩ, *subsanno, irrideo, illudo.* *הָלִין Hiph. *dimoveor. Theod.* Prov. IV, 21. Secundum *Cappellum Crit. S.* p. 829. legit יָלִיצוּ a לוּץ, χλευάζειν, *ridere, subsannare.* Sed huic voci non bene convenire χλευασθήτωσαν (*irrideantur*) iudice *Scharfenbergio* docent ea, quae sequuntur, ἀπὸ ὀφθαλμῶν σου.. Ubi tamen mihi errasse videtur, nam: *ne ludificentur ab oculis tuis*, est: *ne cum contemtu ac irrisione reiiciantur.* – הֵלִיץ Hiph. *Aqu. Theod.* Prov. XIV, 9. et XIX, 28. – *הִתְלוֹצֵץ Hithp. a לוּץ. *Aqu.* Ies. XXVIII, 22. Vide et Sap. XI, 15. 2 Macc. VII, 27. et conf. Act. II, 13. et ad h. l. *Wolfium* p. 1029. et Act. XVII, 32. et ad h. l. eundem p. 1270. *Hesych.* χλευάζει, ἐμπαίζει, γελᾷ.

ΧΛΕΥ'ΑΣΜΑ, *subsannatio, irrisio, illusio.* שְׂחוֹק, *lusus, risus.* Iob. XII, 4.

ΧΛΕΥΑΣΜΟ'Σ, idem. *לָצוֹן, *irrisio. Aqu.* Ies. XXVIII, 14. – קֶלֶס. Ps. XLIII, 15. LXXVIII, 4. Ierem. XX, 8. Dicitur alias χλεύη. *Hesych.* χλεύη, γέλως, χλευασμὸς, ἐμπαιγμός.

ΧΛΕΥΑΣΤΗ'Σ, *subsannator, illusor, irrisor.* *אִישׁ לָצוֹן, *vir irrisionis*, h. e. *profanus, impius. Symm. Theod.* Ies. XXVIII, 14. – לֵץ, *irrisor, impius. Aqu. Symm. Theod.* Prov. XXII, 10. *Aqu.* Ps. I, 1. Idem Prov. XIX, 29. *Aqu.* et *Theod.* Prov. XX, 1. χλευαστὴς οἶνος, *vinum, quod irrisionem s. illusionem efficit.*

ΧΛΙΔΩ'Ν, *brachiale, ornamentum brachiorum, monile circa brachia.* אֶצְעָדָה, idem. Num. XXXI, 50. χλιδῶνα καὶ ψέλλιον, brachiale et *armillam. Al.* 2 Sam. I, 10. καὶ τὸν χλιδόνα (vel χλιδῶνα) τὸν ἐπὶ τοῦ βραχίονος αὐτοῦ, et *brachiale*, quod in brachio eius: ubi vid. *Montf. Aquila* ibi habet βραχιάλιον. Conf. Sir. XXI, 23. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χλιδῶνα, κόσμον περὶ τοὺς βραχίονας. – צְעָדָה. Ies. III, 19. καὶ

τοὺς χλιδόνας (al. rectius χλιδῶνας) καὶ τὰ ψέλλιά, et brachialia et armillas. - שְׁלָטִים plur. *scuta*. 2 Sam. VIII, 7. Iudith. X, 4. ubi videndus *Grotius*. *Hesych.* χλιδῶνες, κόσμοι, ὧν αἱ γυναῖκες περὶ τοῖς βραχίοσιν εἰώθασι φορεῖν καὶ τοὺς τραχήλους. Conf. *Pollucem* l. V. c. 16. segm. 99. Apud *Suidam* χλιδόναι vocantur. En verba: χλιδόναι, κόσμοι περὶ τοὺς βραχίονας. καλοῦνται δὲ βραχιόλια. ubi tamen χλιδόναι mendosum esse videtur pro χλιδῶνες, suspicante etiam *Bonfrerio* ad Num. l. c. p. 879. Plura de χλιδῶσι vide apud *Bartholinum* de *armillis vett.* p. 9. et 97. sequ.

ΧΛΟ'Α vel *ΧΛΟ'Η*, *herba viridis*, *gramen*, *herba, quae folia tantum emittit et nunquam in caulem erigitur*, interdum: *herbae folia, foenum*. דֶּשֶׁא, *herba tenera*. 2 Sam. XXIII, 4. Iob. XXXVIII, 27. Ps. XXII, 1. *Symm.* Iob. VI, 4. - דִּתְאָה chald. Dan. IV, 12. - חָצִיר, *gramen, foenum*. 2 Reg. XIX, 26. Ps. LXXXIX, 6. - *כֹּל, *omnis*. *Inc.* Iob. XXIV, 22. Vide supra s. v. μολόχη. - עֵשֶׂב, *herba*. Ps. CIII, 15. *Aqu.* Ies. XXXVII, 27. et Deut. XI, 15. sec. cod. X. *Holmesianum*. Adde Dan. IV, 29. sec. cod. *Chis.* *Hesych.* χλόη, βοτάνη, φύλλα.

ΧΛΟΗΦΟ'ΡΟΣ, *viridans*, *herbam viridem* seu *viridia gramina ferens*. Sap. XIX, 7. χλοηφόρον πεδίον. *Vulg.* *campus germinans*. Adde *Eurip. Phoen.* v. 649.

ΧΛΩΡΙ'ΖΩ, *viresco*, *viridis sum*. יְרַקְרַק, *subviridis*. Lev. XIII, 49. XIV, 37. in quibus locis rectius per *pallidum esse* seu *pallescere* redditur.

ΧΛΩΡΟ'Σ, *viridis*. דֶּשֶׁא, *herba tenera*. *Symm.* Ps. XXXVI, 2. - חָצִיר, *gramen*. Prov. XXVII, 25. sec. cod. *Alex.* ἐν τῷ πεδίῳ χλωρῷ. Sed legendum est χλωρῶν sec. *Vat.* et *Clementum Alex.* *Strom.* I. p. 317. *Symm.* Ps. XXXVI, 2. Ita *Montfauconius*. Sed *Drusius* retulit ad כְּיֶרֶק. - יֶרֶק, *olus viride*. Gen. I, 30. Exod. X, 15. Num. XXII, 4. - *יָרָק, idem. 2 Reg. XIX, 26. - *יָרֹק, idem. Iob. XXXIX, 8. - לַח, *virens*. Gen. XXX, 37. Ezech. XVII, 24. XX, 47. *Samar.* Deut. XXXIV, 7. - סָעִיף, *ramus*. Ies. XXVII, 11. - עָרוֹת plur. *virentia*. Ies. XIX, 7. - עֵשֶׂב, *herba*. Deut. XXIX, 28. - שִׂיחַ, *frutex*. Gen. II, 5.

ΧΛΩΡΟ'ΤΗΣ, *viriditas*, *viror*, *palliditas*, *pallor*. יְרַקְרַק, *subviridis*, *subfulvidus*. Ps. LXVII, 14. ἐν χλωρότητι χρυσίου. *Lat. Int.* *in pallore auri*.

ΧΝΟ'ΟΣ, contracte *ΧΝΟΥ~Σ*, (quod a χοῦς, addito ν, deduci ait auctor *Etymologici Magni*), *tenuis palea*, *gluma*, it. *pulvis*. אֲבָקָה, *pulvis*. *Inc.* Cant. III, 6. - מוֹץ, *gluma*. Hos. XIII, 3. ὡς χνοῦς φυσούμενος ἀπὸ ἅλωνος, tanquam *tenuis paleas* sufflata ab area. Vide et Ps. I, 4. XXXIV, 6. Ies. XXIX, 5. et conf. Sap. V, 15. *Hesych.* χνοῦς, τὰ λεπτὰ τῶν ἀχύρων. *Didymus Geop.* II, 26. illas tenues paleas ἄχνην

vocat. Vide *Schosttgenii Antiqu. Tritur.* p. 9. — מַק, *macies*, Arab. مُوق, *pulvis*, *tabes*. Ies. V, 24. — עָפָר, *pulvis*. Ps. VII, 5. XXIX, 12. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χνοῦς, λεπτὸς κονιορτός.

ΧΟΕΥ'Σ, *congius*, *mensura liquidorum apud Atticos*, *capiens sextarios sex*, seu *libras novem*; seu *cotylas Atticas duodecim*, a χέω, *fundo*. בַּת, *bathus*. 1 Reg. VII, 25. 35.

ΧΟΘΩΝΩ'Θ. Ipsa vox hebr. כָּתְנוֹת plur. *tunicae*. Nehem. VII, 70. 72.

ΧΟΙ~ΝΙΞ, *choenix*, *mensurae aridorum nomen*. Est medimni pars quadragesima octava, sextarium habens Atticum et semissem. Appellatur quoque ἡμεροτροφὶς, *quia in diem victum continet*. בַּת, *bathus*. Ezech. XLV, 10. 11. Conf. *Wolfium* ad Apoc. VI, 6. p. 495. *Perizon.* ad *Aelian. V. H.* I, 26. ac *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΧΟΙ'ΡΕΙΟΝ, sc. κρέας, *caro suilla*. בְּשַׂר חֲזִיר, *caro porci*. *Symm. Theod.* Ies. LXVI, 17.

ΧΟΙΡΟΓΡΥ'ΛΛΙΟΣ, *choerogryllius*. Est *porci genus*, cum tam χοῖρος quam γρύλλος, ex quibus vox componitur, *porcum* significet. Non autem est *communis porcus*, sed parvum animal cuniculi magnitudine, ἀκανθόχοιρον sc. seu herinaceum, qui licet capite valde similis sit porco, reliquo corpore spinis horret. Vid. *Bonfrerius* ad *Pentateuch.* p. 620. שָׁפָן. Lev. XI, 5. sec. *MS. Sar.* et *Compl.* Deut. XIV, 7. Prov. XXX, 26. (ubi *Schol.* εἶδος ἰχθύος, ἤτοι οἱ λαγωοὶ, ἢ οἱ καλούμενοι οἶστροι). *Al.* Ps. CIII, 19. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χοιρογρύλλιος, ἐχῖνος θηρίον, ὕστριξ, ἀρκόμυς (scr. ἀρκτόμυς), χοιρόσυνος. Hic pro ἀρκόμυς reponendum esse ἀρκτόμυς patet ex *Hieronymo*, qui in *Epistola* ad *Suniam*: *Sciendum est*, inquit, *animal esse non maius hericio*, *habens similitudinem muris et ursi*, *unde et in Palaestina ἀρκτόμυς dicitur*. Conf. *Bochartum Hieroz.* P. I. lib. III. p. 1008. sequ., ubi, recensitis aliorum de choerogryllio sententiis, probare conatur, quod per illum et hebr. שָׁפָן *mus* intellegendus sit in *Aegypto*, *Africa*, *Palaestina* occurrens, qui posteriores pedes prioribus habeat longiores, bipes incedat, et prioribus pedibus tanquam manibus utatur, atque adeo, cum ursis in eo similis fuerit, etiam ἀρκτόμυς, *ursinus mus*, vocatus sit, immo docet etiam, quod ille ipse mus χοιρογρύλλιος dictus sit a porci sagina aut specie.

**ΧΟΙ~ΡΟΣ*, *porcus*. חֲזִיר, idem. *Inc.* Ps. LXXIX, 14. *K.*

**ΧΟΛΑ'Ω*, *irascor*, *indignor*. 3 Macc. III, 1. ἐπὶ τοσοῦτον ἐχόλησεν. Ioh. VII, 23. *Phavor.* χολᾷ, ὀργίζεται. *Schol.* ad *Aristoph. Plut.* v. 12. χολᾷν παρὰ τοῖς Ἀττικοῖς τὸ μαίνεσθαι, παρὰ δὲ τοῖς κοινοῖς τὸ θυμοῦσθαι. Vide *Lexicon N. T.* s. h. v.

ΧΟΛΕ'ΡΑ, *cholera*, *morbus*, *ventris perturbatio immodica*, *per quam bilis per vomitum et secessum excernitur*. זָרָא, *fastidium*. Num. XI, 20. ubi codex unus *Holmes*. explicationis caussa addit: εἰς βλάβην ἐξ ἀδηφαγίας. Sec. *Grotium* deduxerunt a זור, quod *alienationem* notat. Vide et Sir. XXXI, 23. XXXVII, 33. *Hesych.* χολέρα, ἔκκρισις (sic enim ex *Phavorino* legendum est pro ἔκρισις) κάτωθεν διὰ γαστρὸς, καὶ ἄνωθεν διὰ στόματος ἔμετος. *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χολέρας, ἐκκρίσεως διὰ στόματος ἢ (lege καὶ) γαστρός. *Suidas*: χολέρα, νόσος, διὰ χολῆς πάθος.

ΧΟΛΗ', *fel*, *bilis*. לַעֲנָה, *absinthium*. Prov. V, 4. Thren. III, 15. – מְרֵרָה, *amaritudo*. Iob. XVI, 13. ἐξέχεαν εἰς τὴν γῆν χολήν μου, effuderunt in terram bilem meam. – מְרֹרָה, idem. Iob. XX, 14. Ita quoque *Theod.* – פֶּרֶץ, *ruptura*. *Aqu.* Ies. LVIII, 12. sec. *Hieronymum*. *Montfauconius* legere mavult διακοπῆς. *Wesselingius Probab.* p. 218. ἐπιφράσσων διακοπήν. – ראשׁ, *cicuta*. Deut. XXIX, 18. Ps. LXVIII, 26. Ierem. VIII, 14.

ΧΟΛΟ'ΟΜΑΙ, *ad iram concitor*, *exacerbor*, *irascor*, *indignor*. הִתְעַבֵּר Hithp. *Symm.* Ps. LXXVII, 21. LXXXVIII, 39. *Suidas*: ἐχολώθησαν, ὠργίσθησαν. *Hesych.* χολοῦται, πικραίνεται, θυμοῦται. Idem: χολωθεὶς, ὀργισθεὶς, εἰς χόλον ἀχθείς. Conf. *Hom. Il.* α', v. 9.

ΧΟ'ΛΟΣ, *fel*, *bilis*, *ira*, *excandescentia*. חֲמָת, *Chamath* vel *Emath* sec. *Vulg.*, nomen propr. *urbis*. *Inc.* Amos. VI, 14. Sc. חָמַם de *animi aestu* s. *fervore*, speciatim *ira* dicitur. – *חֵמָה, *furor*, *ira*. *Aqu.* Ps. LVIII, 14. τέλεσον ἐν χόλῳ secundum *Eusebium* in *Comment.* ad h. l. Verba haec desiderantur in *Hexaplis*. – עֶבְרָה, *excandescentia*, *ira*. *Symm.* Ps. VII, 6. – *עֹבְרִים, *transgressores*. *Theod.* Prov. XXVI, 10. Legit עֶבְרוֹת seu עֶבְרָתָם. Conf. supra s. v. ὀργή. – קֶצֶף, *fervor irae*. Cohel. V, 16. – רוּחַ, *spiritus*. *Inc.* Iob. VI, 4. Quanquam negare nolim, רוח quandoque *iram* et *indignationem* significare, tamen ab h. l. certe haec notio maxime aliena est. Admodum enim incommode, immo nullo fere sensu dici potest: *venenum sagittarum divinarum bibit ira mea*, nisi fortasse hoc dicere voluerint: admodum aegre nec sine summa indignatione fero mala, quae mihi sunt a Deo inflicta. Sed ut ita statuamus, non permittit pietas Iobi. Igitur vocem χόλος ad כַּעְשִׂי v. 2. retrahendam arbitror. Nec obstat vox θυμὸς apud LXX, quae h. l. de *animo* explicari commode potest.

ΧΟΝΔΡΙ'ΤΗΣ, sc. ἄρτος, *panis ex chondro*, i. e. *alica* vel *zea*, *factus*. חֹרִי sing. *foraminosus*, vel plur. חֹרֵי pro חֹרִים, *foramina*. Gen. XL, 16. χονδριτῶν. Est haec interpretatio LXX minime repudianda. Nam panis ex chondro vel zea factus est foraminosus. *Hesych.* χονδρίτης, σεμίδαλις.

Athenaeus lib. III. 109. c. 115. d. ed. *Schweighäuseri*: γίνεται μὲν, φησὶν (Τρύφων ὁ Ἀλεξανδρεὺς), ὁ χονδρίτης ἐκ τῶν ζειῶν· ἐκ γὰρ κριθῆς χόνδρον μὴ γίνεσθαι. *Hesych.* χόνδρον, σεμίδαλιν μεμιγμένην ὡς πλακοῦντα. Plura de χονδρίτῃ vide apud *Flamin. Nobil.* et *Drusium* ad *Gen.* l. c.

ΧΟ'Ρ vel ΧΟΡΧΟ'Ρ, vel κορχὸρ, vel κορχορὺς, vel, ut alii rectius, χαδχόδ. Ipsa vox hebr. כַּדְכֹּד, *pyropus*, *lapis pretiosus*, *scintillans*. Ezech. XXVII, 16.

ΧΟΡΔΗ', *intestinum*, *chorda*, *fides ex intestino contorto et arefacto*. *מְנָא, *prae No*. Nah. III, 8. sec. *Vat.* ἁρμόσαι χορδήν. Duae hic coaluerunt versiones. Auctor versionis ἁρμόσαι χορδὴν legit מַנָּא, vel, ut alii interpretes legerunt, מְנִי, et existimavit, hoc esse singulare vocis מִנִּים, quae *chordas* s. *nervos citharae* significat. – מִנִּים plur. *Aqu. Inc.* LXX Ps. CL, 4. ubi χορδὴ videtur esse instrumenti genus, in quo nonnisi chordae continentur sine ulla testudine. *Harpam* Itali vocant. Quasi sc. pro מִנִּים legerint נִימִים. *Hesych.* et *Lex. Cyrilli MS. Brem.* χορδὴ, νευρὰ κιθάρας.

ΧΟΡΕΙ'Α, *chorea*, *saltatio*, *tripudium cum cantico mixtum*. מַחֲלַת. *Aqu.* Ps. LII, 1. et LXXXVIII, 1. ἐπὶ χορείας vel ἐπὶ χορείᾳ. *Theod.* ὑπὲρ τῆς χορείας. Vide et Iudith. XV, 16. *Suidas*: χορείαν, οἱ παλαιοὶ τὴν μετ' ᾠδῆς ὄρχησιν.

*ΧΟΡΕΙ͂ΟΝ, *chorus*. 4 Macc. XV, 20. πολυάνδριον τὸ χορεῖον. *Lat. Int.* *locum illustri choro laete pulsatum*. *Zonaras Lex.* col. 1857. χορεῖον, ὁ τόπος τοῦ χοροῦ. Vide quoque *Hesychium*.

ΧΟΡΕΥ'Ω, *choreas duco*, *ago*, *salto*, *tripudio*. חָלַל, idem. Iud. XXI, 21. αἱ θυγατέρες τῶν οἰκούντων Σηλὼ χορεύουσαι χοροῖς, filiae incolarum Siluntis *agentes choreas*. *Plutarchus* χορεύειν χορείαν dixit eodem sensu in *Theseo* (I, 42, 10. *Reisk.*), ubi ita: ἐχόρευσε μετὰ τῶν ἠϊθέων χορείαν. *Hesych.* χορεύει, μελῳδεῖ, βακχεύει, ὀρχεῖται. Sermo autem *Iud.* l. c. est de choreis in vineis (Conf. *Carpzovii* notas ad *Schickardi Ius Regium* p. 316. sequ.), in quibus apud Graecos etiam antiquissimis temporibus virgines aeque ac iuvenes vindemiantes saltasse, discimus ex *Homero*, qui inde Il. σ', v. 565. sequ. in vinea, in Achillis clypeo conspicua, virgines repraesentat cum iuvenum choro ad instrumenta musica tripudiantes. Verba iam alii produxerunt. Vide *Irhovii Coniectanea* in *Psalm. titul.* p. 89. Adde quoque locum *Hesiodi Scut. Herc.* v. 293. sequ. Conf. quae ex *Phavorino* allata sunt supra in v. ὀρχέομαι. – *בִּמְחֹלוֹת, *in choris*. *Inc.* et LXX sec. ed. *Compl.* χορεύουσαι.

ΧΟΡΗΓΕ'Ω, *munere choragi fungor*, *sumtus praebeo*, etiam simpliciter *suppedito*, *praebeo*. *זוּן, *alo*, *cibo*, *pasco*. Dan. IV, 9. sec. cod. *Chis.* – כִּלְכֵּל Pih. a כּוּל, *sustento*. 1 Reg. IV, 7. Iudith. XII, 2. ἐκ τῶν ἠκολουθηκότων μοι χορη-

χορηγηθήσεται, ex iis, quae me secuta sunt, *suppeditabitur*. Sir. XLIV, 7. ἄνδρες πλούσιοι κεχορηγημένοι ἰσχύϊ, viri divites *instructi* robore. Ita *Diodorus Sic.* lib. II. p. 94. ἦν δὲ συνέσει καὶ τόλμῃ καὶ τοῖς ἄλλοις τοῖς πρὸς ἐπιφάνειαν συντείνουσι κεχορηγημένη. 1 Macc. XIV, 10. ταῖς πόλεσιν ἐχορήγησε βρώματα, civitatibus *suppeditabat* alimenta. Vide et 2 Macc. III, 3. IV, 49. IX, 16. *Hesych.* χορηγεῖ, παρέχει, δίδωσιν. Conf. *Lex. N. T.* s. h. v.

ΧΟΡΗΓΙ'Α, *munus choragi*, *largitio*, *erogatio*, *sumtus*, *stipendium*, it. *spectaculum*, vel *ludus chorieus*. אֻשַּׁרְנָא chald. *murus*. Esdr. V, 3. 9. τὴν χορηγίαν ταύτην καταρτίσασθαι, *impensam hanc* (sc. ad murum reficiendum) facere. Libere transtulerunt. 3 Esdr. IV, 54. ἔγραψε δὲ καὶ τὴν χορηγίαν (τοῖς ἱερεῦσι), scripsit vero etiam *stipendium* sacerdotibus. Vide et v. 55. 2 Macc. IV, 14. μετέχειν τῆς ἐν παλαίστρᾳ παρανόμου χορηγίας, participem fieri iniqui in palaestra *spectaculi*, nempe publicis sumtibus praebendi.

